This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/

884
C26

LIBRARY
OF
THE UNIVERSITY OF PENNSYLVANIA.

THE LEUTSCH LIBRARY.

CLASS 884 NO. C26

881
C34

ISAACI CASAVBONI
DE
SATYRICA GRAECORVM POESI
ET
ROMANORVM SATIRA
LIBRI DVO.

IN QVIBVS ETIAM POETAE RECENSENTVR,
QVI IN VTRAQVE POESI FLORVERVNT.

EDIDIT,
PRAEFATVS EST,
ET
THOMAE CRENII
SVASQVE NOTAS ADIECIT
IOANNES IACOBVS RAMBACH

ACCEDIT
EZECHIELIS SPANHEMII
DE EODEM ARGVMENTO DISSERTATIO,
NEC NON
VITA IS. CASAVBONI.



ad pag. 52

HALAE,
APVD I. I. GEBAVERI VIDVAM ET FILIVM.
MDCCLXXIV.

PRAEFATIO.

Auocare animum a publicandis hisce Caſauboni libellis poterant multa. Non enim ignoro, quam aliena ſint haec ſtudia ab eo, qui nunc eſt, ſeculi genio, qui iucundiſſima quaeque et ludicra conſectatur, flores vndique quaerit, inter roſeta mollesque uiolas exſpatiatur, ac velut ſentes ſpinasque reformidat ea, quae ſenſus parum titillant, nec grata voluptate demulcent. Itaque latere me non poteſt, paucos futuros eſſe, quibus opella qualicunque mea, in edendo hoc libro poſita, rem feciſſe videar iucundam. Erunt adeo, qui, *Hui!* dicant, *tantum verborum de re tam leui?*

a 2 Quin-

162428

Quinque ſatis fuerant, vel ſex ſeptemque pagellae:
Et nimium. — —

Sed tamen impetrari a me facile ſum paſſus, vt hanc Diatriben ederem, quae tantum abeſt, vt loquacitatem et ἀδδηλογίαν Caſauboni mei prodat, vt potius ingenium viri acre et intelligens commonſtret, lectionemque infinitam. In quo errare vix poſſum, cum res ipſa loquatur, et Caſauboniani nominis gloria, tot libris eruditiſſimis parta, ad nos vsque ſit propagata. Itaque nullam ego adulationis notam metuo, licet non diffitear, ſed ingenue prae me feram, magnopere a me Caſaubonum vel ob ſolum hunc de Satyrica Graecorum poeſi libellum amari. Sunt enim magna illius bona, quorum hoc non vltimum eſt, quod inſignia multa, nec facile alibi reperiunda tradat. Ac certe, eo ſi deſtituti eſſemus libello, quantum antiquiſſimarum rerum neſciremus; quot veterum auctorum emendationes nobis eſſent ereptae; quot denique errores, ſub auctoritate magnorum nominum quanto tutiores, tanto ſaepe grauiores et deprehenſu difficiliores, nobis imponerent? Nemo enim hunc antiquitatis locum excuſſit diligentius, nemo illuſtrauit melius. Et ſi qui forte ſunt, quorum in eodem campo poſt Caſaubonum excurrit virtus; plurima certe e Caſaubono hauſerunt, eiusque fontibus hortulos ſuos irrigarunt. Idque ipſum SPANHEMIVS (at quantum nomen!) diffiteri non poteſt, cuius disquiſitionem Caſauboniano libello adiici curauimus.

mus. HEINSIVS vero, qui Caſaubonum refutaturus ſuam *de Satyra Horatiana* ſcripſit commentationem, non ſuis, ſed Caſauboni oculis ſaepe videt, viamque ſequitur, a tanto viro munitam. Nihil dico de DACIERIO [a]), DRYDENIO [b]), VVLPIO [c]), quorum omnium diligentiam vehementer adiuuit Noſter. Quid igitur impedit, quo minus Caſaubonum laude ſua exornem, et edito eius libello, ſi non omnium, quorundam tamen gratiam me promeriturum putem? Atque niſi illius denuo edendi conſilium cepiſſem, (quod vtinam ab alio factum fuiſſet, me longe doctiore et literarum ſtudiis magis imbuto!) verendum omnino erat, ne ipſa raritate ſua periret. Namque prima illa editio, quae Pariſiis a. MDCV. octonis prodiit, ita fere euanuit, omniumque ſe ſubtraxit conſpectui, vt a VOIGTIO [d]) et FREYTAGIO [e]) rariſſima habeatur. Veruntamen com-

a) Inſerta eſt eius diſſertatio de ortu et progreſſu Satirae Memoriis Academiae Inſcriptionum et elegantiorum literarum Tom. II. p. 199 ſeqq. edit. Pariſ. MDCCXVII. in 4.

b) Scripſit ille de ortu et progreſſu Satirae anglice. Habes eam commentationem germanice verſam in libro, qui inſcribitur: *Sammlung vermiſchter Schriften zur Beförderung der ſchönen Wiſſenſchaften und freyen Künſte*, P. V. Berol. 1762.

c) Huius *de Satyrae latinae natura et ratione, eiusque ſcriptoribus qui ſuperſunt, Horatio, Perſio, Iuuenale*, liber prodiit Pataui cIↃIↃCCXLIV. in 8. Scripſit etiam de Satira *Franc. Robortellus*, ſed pauca, et quae ad Horatium illuſtrandum maxime ſpectant. Extat denique et *Nicolai Rigaltii* de Satira Iuuenalis diſſertatio peculiaris.

d) In Catalogo librorum rariorum pag 172.

e) In Analectis de libris rarioribus Tom. III.

rat? Immo quis eſt, qui non laudet et admiretur? Veruntamen ille ad IANVM GRVTERVM ſcribens, eum non eruditis hominibus, ſed tyronibus indoctis ac rudibus ſcriptum dicit. Quid? quod IOS. SCALIGERVM a lectione eius auocat et quaſi deterret, his verbis g): *Perſium nunc mitto, non vt legas:* οὐ γὰρ τετύφωμαι οὕτω· *ſed ne officio meo defuiſſe poſſim videri. Olim cum Geneuae eſſem, non leui opera eum Poetam auditoribus meis expoſui. Inde illa tanta libri moles; quam nolim te offendere. Non enim profecto tibi; quid dico, tibi? mediocriter doctis eam operam nauauimus. Quare bonum factum, ne illa tu attingas, quae nihil ad te.* Quae verba eo libentius adduximus, cum in eadem epiſtola, ad ſcribendam de Satyrica Graecorum Poeſi commentationem, vnica SCALIGERI admonitione excitatum ſe dicat Caſaubonus. Admonuit autem Scaliger virum optimum eo vehementius, cum ex prolegomenis in Perſium notus iam eſſet horum libellorum titulus. In iis enim, ſe tale quid aliquando ſcripturum, pollicetur; nec negat, ex eorum argumento hanc natam eſſe opellam. Idque adeo DANIELI HEINSIO perſcribit, quem non ita multo poſt in eadem re aduerſarium habuit, aut potius diſſentientem. Is enim licet accederet Caſaubono, Satyros Graecorum a Latina Satira tam accurate diſtinguenti: longe tamen aberat, vt exiſtimaret, nihil inter ſe commune has poeſes habuiſſe. Itaque duo *de Satyra Horatiana* ſcripſit libros, in quibus

g) Epiſt. CCCCXLII.

quibus de affinitate eius cum Graecorum Satyris multa erudite diſputantur. Legit eos ſine dubio Caſaubonus. Namque in epiſtola DCLXV. ad Heinſium data, HORATIVM, inquit, *ſimul acceptum ſtatim deuoraui. Non poſſum verbis exprimere, quantae voluptati mihi fuerit illa eruditiſſima diſſertatio, qua* τὰ ἀριϛεῖα *tuo Poetae iuiſti aſſertum. Per me quidem,* τὸ ἓν καὶ τὸ ἀληθὲς νικάτω. *Neque ego is ſum, qui meas ſententias* κυρίας δόξας *putem: quin potius ſcito, ac tibi perſuade,* ὅτι ἐμοὶ εἷς οἰωνὸς ἄριϛος ἀμύνεσθαι περὶ ἀληθείας. *Hanc ipſe neque in magna re, neque in parua ſciens prodam unquam.* Habuit tamen Heinſius haud ita multos, qui ſententiae ſuae fauerent, et Satyricam Graecorum atque Satiram Romanam magna aliqua cognatione inter ſe contineri affirmarent. Ipſe ego, cum ante aliquot annos diſſertationem *de Hegeſia* πεισιθανάτω ſcriberem, et data tum occaſione hos, qui nunc prodeunt, Caſauboni libellos me editurum promitterem, rationibus diligenter ſubductis magnum inter Satyricam Graecorum et Romanorum Satiram reperiſſe mihi viſus ſum diſcrimen. Nec grauabuntur lectores, ea hic legere, quae tum ſcribebam.

I. Graecorum Satyricae ex eorum carminum genere fuerunt, quae, quoniam agendo faciendoque omnia imitantur, actiua ſiue *dramatica* dici ſolent. Cum enim Satyricas tragoediis adnectere moris eſſet, vt ſpectatorum moeſtitia et planctus grata hilaritate temperaretur: intro-

ducti in iis ſunt non Satyri ſolum, ſed et aliae perſonae dignitate notabiles. Hoc ipſum vero de Romanorum ſatiris affirmare, quis eſt, qui ſuſtineat?

II. Satira carmen fuit apud Romanos, non vero apud Graecos, maledicum, i. e. vitiis hominum carpendis moribusque ridendis vnice dicatum; quod tamen alio prorſus modo factitatum eſt in ſatira Enniana, alio in Varroniana, alio denique in Luciliana. Habuerunt quidem et Graeci carmina maledica et bilis plena, quae Silli vocantur, quorum ſcriptores ſunt TIMON PHLIASIVS, DEMETRIVS CHALCENTERVS atque alii, quibus ἰαμβογράφοι ARCHILOCHVS et HIPPONAX annumerari poſſunt. At vehementer differunt Silli a dramate ſatyrico.

III. Graecorum Satyrica conſiſtere nullo pacto poterat ſine choro Satyrorum, nunc ſaltantium, nunc iocos illiberales et laſciuos mouentium: quo ipſo, dici vix poteſt, quam diuerſa fuerit a Satira Romana.

IV. Satyrica Graecorum (ita enim rectius dici putant viri egregie docti, quam *ſatyra*, quippe quod vocabulum ignorent Graeci,) a Satyris in ſcenam prodeuntibus nomen habet; Satira Romana vero a *ſatura*, ſiue plurium rerum mixtione dicitur, quoniam pro argumento habet diuerſorum vitiorum, in quae inuehitur, farraginem.

V. In Satyricis ſcribendis iambico plerumque et trochaico metro uſi ſunt Graeci; Romani vero

ro verſibus heroicis; niſi quis Ennium Luciliumque excipiat, quos varia carminum genera adhibuiſſe conſtat.

Haec fere ſunt, quae meditando legendoque tum adſecutus mihi videbar. Iam vero laetor impenſe, idem mecum et multo magis cum Caſaubono ſentire EZECHIELEM SPANHEMIVM, qui vtriusque rei diſcrimen in eo etiam poſitum dicit, quod Satyricarum argumenta vel ficta fuerint et fabuloſa, vel ex ipſa antiquitate depromta, cum Satirarum Romanarum ſcriptores ſuo inhaeſerint ſeculo, atque ex vita communi et conſuetudine quotidiana hauſerint ea, quae ridere volebant. Legant, qui plura noſſe cupiunt, viri illius incomparabilis diſſertationem. Quam dum nomino, facere non poſſum, quin debitas easque maximas gratias perſoluam S. V. ERNESTIO, qui, qua eſt humanitate ac beniuolentia ſingulari, hanc mecum communicauit diſputationem, et ſuauiſſimi mei DOHMII precibus facilem ſe praebuit atque benignum.

De vita Caſauboni, quae diſſertationem Spanhemianam excipit, paucula habeo, quae moneam. In ea vero deſcribenda ſequutus quidem ſum ALMELOVEENIVM, ſed ita, vt omitterem multa, mutarem alia, adderem etiam pauca, quae memoratu digna videbantur [b]). Neque tamen

b) Scripſeram iam Caſauboni vitam atque adeo bibliopolae typis exſcribendam transmiſeram, cum aliud quid quaerenti mihi, et, vt fit, hunc illumue librum euoluenti,

tamen ille ego ſum, qui ea in re vel minimam laudem mihi tribuendam putem, cum facile ſit, via ab aliis munita incedere, et quae prolixiora ſunt, lateque patentia, arctioribus circumſcribere limitibus. Multa autem ſunt, quae me mouerunt, vt Caſauboni vitam quomodocunque deſcriptam hic exhiberem. Eſt enim iucundum ac vtile, ſummorum virorum imagines velut in tabula depictas videre, eorumque celebrare memoriam, quorum maxima in rem vel publicam vel literariam exſtiterunt merita. Fuit praeterea Caſaubonus rara virtutis indole conſpicuus, tantaque ingenii et eruditionis laude florens, quantam plurimi optant, pauci aſſequuntur. Vt igitur operae pretium ſit, tantum virum poſt tot etiam annos admirari, et ex inferis quaſi in vitam reuocare. Denique fortuna in Caſaubono experta videtur, quam iniqua ſit hominibus ad magna natis, quamque ſuccenſeat gloriae in dies magis magisque effloreſcenti. Namque acerbiſſima fuit Caſauboni vita, et innumeris fortunae telis expoſita. Plurimas vero, quibuscum conflictatus eſt, calamitates attulerunt Pontificii, ad quorum ſacra, tantum aberat, vt perduci poſſet, vt ea adeo deteſtaretur. Niſi forte quis ſit, qui fidem adiungat iis, quae habet BARCLAIVS in *Paraeneſi ad ſectarios ſui temporis* p. 292: *Iſaacus Caſaubonus paucis ante obitum menſibus, in Sereniſſimi*

uenti, in manus venit *Bibliothecae*, quam *Clericus* ſcripſit, *ſelectae* (Bibliotheque Choiſie) Tomus XIX, cui inſeruit vitam Caſauboni, ex ipſo illo Almeloueeniano opere excerptam.

ſimi Britanniarum Regis triclinio erat; ego illi conloquebar, et alius praeterea non catholicus homo, aulicus, adhuc hodie in regis familia, et quem, ſi opus, facillime indicem. Tunc igitur vt ſermo inciderat, contigit, de eucbariſtia inter nos agi, quam ego dum propugno, nihil, inquit Caſaubonus, opus eſt, ut labores; ſponte profiteor, et ex antiquae eccleſiae ritibus conſtare contendo, eucbariſtiam eſſe ſacrificium; nec ſacrificium modo laudis, ut plurimi noſtrum volunt, ſed ſacrificium propitiatorium, ſacrificium ἱλαςικόν. *Haec ipſius verba fuere; ita gemina lingua, cuius generis hoc ſacrificium cenſeret, expoſuit. Gaudio ego perfundi; ille alter, qui tertius conloquio aderat, ita ſentientem vehementer mirari, et vero plus hac ſe voce perculſum adſerere, quam centum papiſtarum argumentis.* Haec enim ſi vera ſunt, dubitari non poteſt, Caſaubonum ad Pontificiorum inſtituta paullo fuiſſe propenſiorem, ſuaeque fidei, quam toties totiesque defendit, deſertorem. Putasne vero, ſerio ita dixiſſe virum, quem Pontificii nunc pollicitationibus, nunc minis atque inſidiis ad partes ſuas pertrahere fruſtra quaeſiuerant? quem filius ad Romanenſium caſtra tranſiens ſummo moerore afflixerat? quem paucis ante obitum menſibus Baronium, religionis pontificiae propugnatorem, refutaſſe ſcimus?

Reſtat, vt de latinitate Caſauboni mei dicam. Ea enim vt quibusdam improbetur, et, quod aiunt, bilem moueat, vereor. O peregrinum, inqui-

inquient, ſcribendi genus! Cur tot ſententias graecas ſermoni ſuo immiſcuit? Cur non potius, cum latine ſcribere vellet, latina omnia fecit? Hoc, hoc eſt, quod nos mordet, quod angit, quod excitat. — Sed bona verba, quaeſo. Habeo enim, quo Caſaubonum defendam. Ac primo quidem plane eſt excuſandus, quoties auctores graecos, Ariſtotelem, Athenaeum, Lucianum, Diodorum, teſtes aduocat, quod in tali argumento non poterat non fieri ſaepiſſime. Deinde is fuit ſeculi iſtius genius, vt, quisquis latine tum ſcriberet, graecis etiam vocibus tanquam ſtellulis orationem ſuam diſtingueret. Qui mos an vituperandus ſit, diſquirere iam nolo. Certe non vanus fuit, et ad oſtentationem ſolam fumumque aliis obiiciendum compoſitus. Fuerunt enim, quod optimus quisque grata adhuc mente et laetabunda agnoſcit, fuerunt praeſtantiſſimi eius aetatis viri graecis literis adeo imbuti, vt in iis quaſi viuerent, atque in his ſtudiis excellere, id demum laudabile ac glorioſum putarent. Quo factum, vt, quoniam cogitata quaeque graece exprimere facile poſſent, graecae etiam ſententiae non opinantibus ſaepe effluerent. Itaque graeca latinis inſeruiſſe videmus CASAVBONOS, SCALIGEROS, SALMASIOS, LIPSIOS, HEINSIOS, VOSSIOS: ne quid de aliis dicam, quos, longum eſſet, recenſere. Et quid multa? Nonne CICERO in ſcriptis philoſophicis et in epiſtolis, ad Atticum praeſertim datis, graeca latinis, quaſi luminibus, diſtinxit? Namque in orationibus, vbi populari

vtendum erat ſermone, et quem omnes facile intelligerent, ita abſtinuit a peregrinis vocibus, vt bis tantum, aut ter graecum verbum reperiatur [i]). Nec deſunt alii auctores latini, qui graecas voces ſententiasque ſermoni ſuo inſeruerunt, cum vel quid ceteris vellent occultum, vel rei probandae illuſtrandaeque cauſa Graecos ſcriptores citarent, vel ſuauitate verſuum graecorum lectores tenere et delectare vellent, vel graeca latinis ſignificantiora putarent [k]). Verum haec hactenus.

Nihil certe reliquum eſt, quam vt de *ſacerrimo* illo *libro*, cuius in epiſtola dedicatoria mentionem iniicit CASAVBONVS, addam pauca. Hanc cum legerem epiſtolam, ſignificari autumabam *Amphitheatrum honoris*, a CAROLO SCRIBANIO editum; idque etiam notula a me ſubiecta docet. Iam vero non amplius autumo, non auguror, non coniecturam facio; ſed ſcio et exploratum habeo, eundem, nec alium, ſignificari librum. Omnem enim erroris formidinem eripuit mihi Caſaubonus, cuius in epiſtolis, eodem, quo epiſtola illa dedicatoria, anno ſcriptis, frequens eſt huius libelli mentio. Nam ad HEINSIVM ſcribit: *Amphiteatrum Honoris, librum ſacerrimum, non dubito vidiſſe te: de eo quae ſint iſthic hominum iudicia, ſcire ex te cupio. Non diſſimu-*

i) In Verrina II. c. 52. V. c. 57. in Piſon. c. 25.

k) Cuius generis eſt vox σωτήρ, de qua *Cicero* in Verrina II. c. 63: *Itaque eum non ſolum* Patronum *iſtius inſulae, ſed etiam* Sotera *inſcriptum vidi Syracuſis. Hoc quantum eſt! ita magnum, vt latino vno verbo exprimi non poſſit. Is eſt nimirum* Soter, *qui ſalutem dedit.*

ſimulabo apud te gaudium meum, cum in tuum nomen incidi. Spero enim, fore te memorem: ſed de his breui fortaſſe plura [l]). Quae ſequuntur literae, ad IOSEPHVM SCALIGERVM eodem die datae, haec habent [m]): *Vidiſſe te non dubito Stygii cuiusdam canis Amphitheatrum Honoris. Eo ſatanico libro nos quoque vocamur in partes: quamquam equidem, ſi maxime ambitionis fermento turgerem, non alium gloriae cumulum optauerim, quam vt dignus poſſem merito videri, qui tecum nominarer: quem honorem ſceleſtiſſimus ille Loyolita perſaepe in ea ſcriptione mihi detulit. — — Miror tamen, quis ſit hic furor, quae rabies, quietos homines atque* εἰρηνικοὺς *ſine cauſa inuadere, atque ad certamen prouocare. Poſſem haec facile contemnere, niſi ſecuro ſomnum adimat illa cogitatio: qui talia dicant ſcribantque, hos quid cenſendum eſt moliri? Aut quis poteſt dubitare, homines cerbereos nihil niſi flammam et ferrum meditari?* Egregie etiam huc faciunt, quae CONRADO RITTERSHVSIO perſcribit CASAVBONVS [n]): *Vidiſti credo, Amphitheatrum, quod aliquis eorum* (Loiolitarum) *compoſuit. Non quaero de eo libro iudicium tuum: non ita male te noui, vt probari tibi poſſe putem vlla ex parte nefarii hominis (ſcimus, quis ille ſit,) partum, blaſphemiis in Deum et in conſtitutos a Deo reges plenum, in omnes bonos contumelioſiſſimum. Hae ſunt artes cerbereae illius familiae, quam non pudet,* τρισάγιον *illud nomen vſurpatione ſua contaminare.*

l) Epiſt CCCCLV.
m) Epiſt. CCCCLVI.
n) Epiſt. CCCCLIX.

nare. Nam quid homines ἀλάστορας mouit, cur in magnum Scaligerum tanta cum ἀναισχυντίας ὑπερβολῇ inueherentur? Me vero quod nominatim traducere tanti putarunt, non pluris equidem facio, quam olim Socrates aſinum λακτίζοντα. Hoc doleo non eo loco eſſe me, vbi poſſim μετὰ παῤῥησίας literarum cauſam aduerſus hanc peſtem defendere. Eſt mihi cum Frontone Ducaeo, eius quidem φρατρίας viro, at non eorum morum, et praeterea doctiſſimo, familiaritas magna. Is iuxta mecum auctorem libri, vel potius auctores et approbatores abominatur execraturque. En, mi Rittershuſi, infelicium temporum diram ſortem! quando veritas non cuniculo, ſed palam oppugnatur; mendacium publicos profeſſores habet; maledicere Deo hominibusque, rixas ſerere in bella mox erupturas, pietas cenſetur. Nec praemittere poſſum epiſt. CCCCLXIII. ad IOSEPHVM SCALIGERVM gallice ſcriptam. In ea enim, poſtquam libellos de Satyrica Graecorum Poeſi commemorauit, mirari ſe, ait, qui factum ſit, vt in praefatione vel vnico verbo tetigerit librum ſatanicum, (ita vero plerumque nominat *Amphitheatrum honoris*,) a Scaligero ſibi miſſum. Addit etiam, COTTONVM audiente Rege HENRICO IV. ieſuitica fronte aſſeruiſſe, falſa eſſe, quae de eo libro circumferantur, et magnopere errare eos, qui illum a Ieſuita conſcriptum putent. Optat denique, vt monſtrum illud e tenebris in lucem protrahatur, quo melius ſibi quisque cauere poſſit a patribus iſtis, quibus ſollemne ſit mentiri, veritatemque euertere. Haec fere ſunt, quae in epiſtolis Ca-

ſauboni reperire mihi licuit. Quae adſcribere eo conſultius duxi, cum auctores, quorum de libris rarioribus extant ſcripta, vel taceant de eo libello, vel iuſto pauciora dicant.

Si qui denique ſunt, quorum id ſcire intereſt, ignorare eos nolo, AESCHYLI Promethea δεσμώτην, quem Caſaubonus pag. 127. a Prometheo πυρφόρῳ, fabula ſatyrica, recte diſtinguit, ſplendide nuper a MORELLO editum fuiſſe, hoc indice: Αἰσχύλȣ Προμηθεὺς δεσμώτης, *cum Stanleiana verſione, ſcholiis ampliſſimisque variorum notis, quibus ſuas adiecit, nec non ſcholia de metro ac anglicanam verſionem T. Morell, Londini* MDCCLXXIII. in 4. Laudantur praeſertim ſcholia de metro: nec vanam eam laudem putamus, cum, quanta ſit eius rei in Morello ſcientia, dubitare nos non ſinat editus ab eo *Theſaurus graecae poeſeos.*

Vale, Lector, et, quos tibi offero, Caſauboni libellos, a laudatiſſimis viris dudum laudatos, ita accipe, vt diligentiae in iis edendis poſitae me non poeniteat. Dab. Quedlinburgi XI ante Kalendas Septembres MDCCLXXIV.

IO. IAC. RAMBACH.

THOMAE

THOMAE CRENII
PRAEFATIO,

PRAEMISSA

ISAACI CASAVBONI
DE SATYRICA GRAECORVM POESI ET ROMANORVM SATIRA LIBRIS.

LECTORI BENEVOLO
THOMAS CRENIVS
S.

In tertiidecimi 21. (al. 22.) inciſo capitis non ſolum ſummi *Prophetae*, ſed et *Euangeliſtae*, vt Hieronymus in ad Euſtochiam Virginem laudat prooemio, et *Apoſtoli Ieſaiae*, quid שעירים ſint, quique hoc nomine veniant, diſquirunt interpretes, in quibus tamen b. D. noſter Sebaſtianus Schmidt, Commentario in h. l., non ſolus tacet; cum et praetereat Ioannes Oecolampadius, cuius Commentarios omnes in Prophetarum libros lego ex editione optima Criſpiniana Geneuae MDLVIII. in folio, ac F. Franciſcus Foererius Vlyſſiponenſis, ſuae Theologiae Profeſſor Dominicanus et Concionator Regius, p. m. 54. Commentarii in Ieſaiam editionis Venetae 1563. in folio ſcribat: *Parum refert, ſcire, quae genera animalium*

lium haec nomina proprie indicent: ſat eſt, hic intelligere Prophetam, quod omnes aues ferales, et animalia, quae ſolitudinibus gaudent, ad ruinas Babylonis concurrerent, quo ſignificat vaſtitatem et deſolationem illius inclytae ciuitatis. Vide Hieronymum. Ante paullo tamen, *Piloſi,* inquit, *Hebraeum nomen,* שעירים, *non dubium, quin a pilis ſit dictum, quaſi hirſuti, ſeu piloſi, et nomen* ſatyri-*cum hoc hebraeo conuenit; ego ſimias dicerem. Chaldaeus daemones dixit.* Ioannes Lorinus in p. 110. Commentarii in Leuitic. IV, 23. putat, Foererium eas velle *ſimias,* quae piloſae ſint. Sane, quod a radice שער *horrere, horreſcere,* nomen Toar, vt Kimchi vocat, שעיר *piloſus, abundans pilis,* et ab hoc ſingulari plurale, quod hic cum praefixo legitur, ושעירים deſcendat, nemo hanc linguam doctus negabit. Talis שעיר ſiue hirſutus fuit Eſau Gen. XXVII, 11. vnde et cognomentum Eſaui *Seir,* quaſi piloſus, Numer. XXIV, 8. auctore Victorino Bythnero in Claue linguae ſanctae p. m. 43. editionis Cantabrigienſis MDCXLVIII. in 8. Talis שעיר fuit Elias, II Regum I, 8. Longis quia pilis ſiue villis hircus eſt, obtinuit is quoque hoc nomen. Sic *Et coniunget* (adplicabit, admouebit) *manum ſuam ſuper caput* השעיר *hirci,* Leuit. IV, 24. *Et iugulauerunt* (occiderunt) שעיר *hircum caprarum,* Gen. XXXVII, 31. vbi eſt in ſtatu conſtructo. ושעיר, *et hircus caprarum vnus,* Numer. XV, 24. In regimine legitur Leuit. XVI, 5. יקח שני שעירי עזים, *accipiet duos hircos caprarum.* Sed verſu 7, *et capiet duos* השערים *hircos,* vox haec Iod altero caret, notatque illic Maſora, omnia eſſe talia praeter duo, quae vtrinque plena ſunt, ſcilicet Ieſaiae XIII, 21. et 2 Paralip. XI, 15: *Et ſtatuit ſibi ſacerdotes excelſis* ולשעירים *et daemonibus, et vitulis, quos fecit.* Dico *daemonibus,* cum pluribus ex Hebraeis שעירים exponantur poſt Chaldaeum *daemones,* qui hircorum ſub ſimilitudine

et

et forma hirſuta in ſiluis, agris, montibus ac deſertis locis adparebant, *et hi ſunt Fauni*, inquit Bythnerus laudato loco; *ſiue Satyri*, *quibus gentiles ſacrificabant*. Addit et Aben-Ezra, *quod phantaſmate ſuo homines exhorrere faciant*, *ſeu horripilare*, vt in Theſauro Xantis Pagnini Ioannes Mercerus adduxit col. m. 3076. editionis rarae ac optimae Colonienſis MDCXIV. in fol. Varias ſane adferunt Hebraei cauſas, daemones cur ſic appellentur. Aben-Ezra in Leuiticum: נקראו כן שנצטער הגוף הרואה אותם *Sic vocatur*, *quia moeret quisquis illos videt*. Sequitur: המשוגעים כדמות שיזירים וחקרוב בעבור שיראו אותם, *Sed vero ſimilius eſt ſic vocari*, *quia maniaci vident eos in ſpecie hircorum.* Quod idem ſequitur *Abarbanel* in Ieſaiam. Et *Kimchius* in Lexico: *Eos ita nominat Moſes*, *quia hircorum ſpecie ſibi credentibus apparent*. *Maimonides* itidem in *More Nebochim* lib. III. c. XLVI: *Ex Zabiis quidam fuerunt*, *qui daemones colebant*, *et eos exiſtimabant habere formam hircorum*. *Vnde etiam daemones* שעירים, ſeïrim, hoc eſt, *hircos appellabant*. *Quae opinio Moſis aeuo iam longe lateque in orbe diffuſa fuit*, *ſicut ait* Leuit. XVII, 7: *Et non ſacrificabunt vltra ſacrificia ſua* לשעירים *hircis*, *id eſt*, *daemonibus ita appellatis*. Huc refer, quod in *Iamblichi Babylonicis* apud *Photium* τράγου τι φάσμα ἐρᾷ Σινώνιδος, *hirci ſpectrum deperit Sinonidem*, id eſt, diabolus hirci ſpecie: et totam veterum Theologiam de *Pane*, *Fauno*, *Syluano*, *Silenis* et *Satiris*, qui et ipſi *hirci* dicti ſunt. Proinde *Etymologus* Tragoediam ex eo nomen habere adſerit, ὅτι τὰ πολλὰ οἱ χοροὶ ἐκ Σατύρων συνίςαντο, οὓς ἐκάλουν τράγους, *quod chori plerumque ex* Satyris *conſtabant*, *quos hircos appellabant*. Quin arabice *ſatar*, plur. *aſatir*, *hircum* ſonat. Ad daemones referunt, adductum praeter Chaldaeum, et Syrus et Arabs. Targum hic et cap. XXXIV. Ieſaiae comm. 14. habet שירין. LXX. hic verterunt δαιμόνια. At in

in altero Ieſaiae loco decurtata eis oratio, vt Matth. Martinius col. 2692. editionis Bremenſis MDCXXIII. ait: *καὶ βοήσονται ἕτερος πρὸς τὸν ἕτερον*, cum anteceſſiſſet, *καὶ συναντήσουσι δαιμόνια ὀνοκενταύροις.* Santes Pagninus hic et ibi tranſtulit *daemones:* Et in Theſauro col. 3076 adducens Ieſ. XXXIV, 14. ושעיר *et* daemon *ad ſocium ſuum clamabit*, addit: *Et vocatur ſic; eo quod adpareat (conſpiciatur) piloſus credenti illi, inquit Rab. Dauid. in lib. Radicum: poſſibile tamen eſt, inquit in Commentario, vt ſit genus animalis in deſerto commorantis.* Inde forte Hieronymus Oſorius Luſitanus, Epiſcopus Siluenſis, lib. II. Paraphraſ. in Ieſaiam, quam habeo in 8. Coloniae editam anno MDLXXIX, ita tranſtulit pag 50. b *Silueſtria animantia pilis hirſuta.* Sane in Leuit. XVII, 7. per שעירים *hircos*, et per hos daemones intelligunt R. Dauid Kimchi in libro Radicum, et R. Moſes Maimonides, loco a nobis ante producto. Ac cauſſam vti dictum, adferunt, quia Satanas praecipue in hirci figura ſe ſoleat hominibus obferre. Vnde gentiles inter numina retulere Faunos ſiue Aegipanas: pro quo *capripedes Panes* ait Propertius lib. III. eleg. XVI. v. 34. Vti *capripedes Satyros* Lucretius in IV. v. 581.

Haec loca capripedes Satyros Nymphasque tenere,
Finitimi fingunt, et Faunos eſſe loquuntur.

Nec ſane alii ab his Sileni: niſi quod *Satyri* nomen generale ſit, praecipue autem iunioribus tribuatur, at *Sileni* ſint ſeniores, qui iunioribus Satyris praefecti. Nec a vero abludit, auctore Voſſio in I de Idololatria c. VIII. p m. 31. edit. Amſtelod. CIↃIↃCLXVIII in folio, *Satyrus* vnius literae immutatione fieri a voce ea, qua Moſen vſum vidimus, nempe a *ſahir*, quo dicebamus proprie notari *piloſum*, vel *hircum*, ac *μετωνυμικῶς daemonem.* Ieſaiae tamen XIII, 21. vbi ſermo de vrbis excidio, ſic vt

in

in aedium ruinis habitaturi ſint furunculi, et vlulae, et *ſehirim*, Aben-Eſra, quia de vlulis anteceſſit, aues intelligit horrendas locorum deſertorum. Ac Iunius ſimiliter, qui *ſcopes* interpretatur. Verum LXX, qui Leuitici XVII, 7, ματαίοις verterant, non dubitant hic δαιμόνια transferre. Ac ſatis veriſimilis eſt opinio Serarii, qui ſuo in Tobiam commentario p. m. 86. cenſet, μνιζιζὶν, (quomodo, Pſello et Eugubino lib. VIII. cap. XXVIII. teſtibus, Chaldaeis et Hebraeis vocabatur lapis, ſacrificari ſolitus aduerſus daemonem terreſtrem,) ſic dici, quaſi *menos tſarim*, vel *tſirim*, vel *zeirim*, hoc eſt, fugans aduerſarios, dolores, ſeu piloſos, ſiue daemonas, prout iſtos interpretatur hîc Hieronymus et in Ezech. XXXV. Sane et daemonia locis gaudere deſertis, notiſſimum eſt. B. Lutherus in noſtro vertit *Feldgeiſter;* at in poſteriore Prophetae loco *Feldteufel.* Belgae vtrobique *de duyvelen.* B. Ioanni Wigando, Comment. in h. l. p. m. 109. editionis Erphordienſis MDLXXXI. in 8. *piloſi* ſunt *Satyri*, *Fauni*, *hoc eſt*, *ſpectra diabolorum.* Iacobus Tirinus Antwerpianus, Ieſuita, p. m. 596. editionis Antwerp. MDCXLV. in fol. Comment. in h. l. *Piloſi*, inquit, *i. e. Fauni et Satyri*, *Chaldaeus et* LXX. daemones, *qui in ſiluis et deſertis locis ſolent hirſuti*, *ſpecie hirco-ceruorum*, *et ſimilium animalium immundorum*, *quaſi dii nemorum*, *viatoribus apparere.* Audiamus et Gaſparum Sanctium, Centumputeolanum Ieſuitam, cuius in p. m. 156. a. n. 26. Commentarii in h. l. editionis Moguntinae MDCXVI. in folio haec ſunt verba: *Quae ſint haec ferarum monſtra*, *quae habitatura dicuntur in Babylonicis ruinis*, *adeo obſcurum eſt*, *vt neque inter autores noſtros*, neque inter hebraeos magiſtros de illorum ſignificatione *conueniat.* *Pro* piloſi, *hebraice eſt* שעירים, ſehhiarim, (male) *quidam exponunt* Satyros, *alii* hircos, *quia hi piloſi ſunt et hirſuti: Septuaginta cum Chal-*

 daeo

daeo vertunt daemonia. *Neque id improbat Hieronymus, quod mihi placet praeter caetera, tum quia daemones antiqua gentilitas Satyrorum, Faunorumque ſpecie venerabatur, qui Dii putabantur nemorum: et Babylon non iam vrbs, ſed ſylua, commodum videbatur domicilium ſylueſtrium Deorum. Et huc facit, quod* שעירים, ſehhiarim, *aliis in locis ſacrae ſcripturae pro daemonibus vſurpatur:* Leuit. XVII, 7: Nequaquam vltra immolabunt hoſtias ſuas daemonibus; *et II Paralip.* XI, 15: Qui conſtituit ſibi ſacerdotes excelſorum, et daemoniorum. *Sed probat maxime Ioannes Apocal.* XVIII, 2. *Qui reſpiciens ad hoc et ad XIII. Ieſaiae caput, ſic inquit de Babylonia:* Cecidit, cecidit Babylon illa magna, et facta eſt habitatio daemoniorum, et cuſtodia omnis ſpiritus immundi, et cuſtodia omnis volucris immundae et odibilis.„ Haec Sanctius.

Quandoquidem vero et Foererius nos ad Hieronymum ablegat et Sanctius, age, ſubiiciemus integram Sancti illius expoſitionem. *In tantum*, inquit Hieronymus, *Babylon vaſtata erit, vt ne ad paſcua quidem armentorum et pecorum vtilis ſit. Non enim tendet ibi Arabs Sarracenusque tentoria, nec paſtores poſt veſtigia gregum feſſi labore quieſcent; ſed inter parietinas anguſtias veterum ruinarum habitabunt* ציים, *quod ſoli* LXX. θηρία *i.e. beſtias transtulerunt. Alii ipſo nomine, quod apud Hebraeos ſcriptum eſt: volentes genera daemonum intelligi vel phantaſmata. Et replebuntur, inquit Dominus, vt nos diximus, draconibus; vt Aquila tranſtulit, typhonibus; vt Symmachus* אחים, *ipſum verbum hebraicum exprimens:* LXX. *vero et Theodotio* ἤχους, *i.e. clamores vel ſonitus interpretati ſunt. Quodque ſequitur: Piloſi ſaltabunt ibi; vel incubones vel ſatyros, ſylueſtres quosdam homines, quos nonnulli Faunos ficarios vocant, aut daemonum genera intelligunt. Pro vlulis quoque omnes ipſum verbum hebraicum* איים,

ſoli

ſoli LXX. *onocentauros tranſtulerunt. Sirenes autem* חגים *vocantur, quos nos aut daemones, aut monſtra quaedam, vel certe dracones magnos interpretati ſumus, qui criſtati ſunt et volantes. Per quae omnia, vaſtitatis et ſolitudinis ſigna monſtrantur: quod tanta ſit depopulatio vrbis quondam potentiſſimae, vt prae multitudine daemonum ac beſtiarum nullus in eam audeat paſtorum, i. e. deſerti appetitor, intrare.* Quae verba ideo adduxi, vt pateat, b. noſtrum Salomonem Geſnerum, Commentar. in h. l. p. 397. editionis Wittebergenſis MDCIX. in 8. expoſitionem Hieronymi, quam de חגים, voce in textu noſtro ſequente, habet, confundere cum explicatione vocabuli שעירים En verba magni illius theologi: *Seirim* LXX *expoſuerunt daemonia; Chaldaeus daemones; Hieronymus, natiuam hebraicae vocis ſignificationem exprimens, nuncupat piloſos, et in commentario ait, ſe daemones aut monſtra quaedam, vel certe dracones magnos intelligere, qui criſtati ſunt et volantes. In qua ſententia etiam D. Lutherus eſt, qui reddidit, daemones in ſyluis et incultis locis miris praeſtigiis obuios deludentes; cuius generis ſunt Fauni, Satyri, Dryades, Hamadryades, de quibus ſpectris, in locis deſertis apparentibus, paſſim poetae et claſſici auctores.* Nolo et ſequentia eius e pag. 399. dicti in Ieſaiae priora capita commentarii praetermittere verba forte minime vana: *Babylonis Aſſyriacae vaſtitas typus fuit babylonicae confuſionis ſub Antichriſti Romani imperio. Sicut illa facta eſt ſtabulum beſtiarum: ita de tenebrarum regno Romani Papatus Apocal.* XVIII, 2. *ſcribitur: Cecidit Babylon magna, et facta eſt habitatio daemoniorum, et cuſtodia omnis ſpiritus immundi, et cuſtodia omnis volucris immundae et odibilis. Nam romana eccleſia reuera eſt receptaculum et ſtabulum omnium ſuperſtitionum et impiarum opinionum, ſceleratiſſimorumque hominum colluuies. Demus autem diligenter operam, ne noſtra laſciuia, helluationibus, nocturnis clamoribus, et tumultibus, noſtram hanc*

 Wite-

Witebergam in eiusmodi Babylonem conuertamus, de qua dici poſſit, beſtias, dracones, bubones, ſtruthiones, nyEticoraces, ſatyros, ſiue (vt vulgo loquimur,) incarnatos diabolos hic graſſari, latrare furioſos canes, mugire temulentos boues, grunnire ebrios porcos, vlulare nocturnos bubones. Quod deteſtabile deus auertat omen! Ego valde metuo, ne futura praedixerit, eaque, quae vſu forte partim venerunt, partim venient, cecinerit vt vates. Adſcribo et huc facientia Rodolphi Gualtheri, Eccleſiae Tigurinae Antiſtitis quondam, verba, quae leguntur in Homiliarum eius in Ieſaiam Archetyp. p. m. 41. b. editionis Tigurinae MDCVII: *Opponit hoc praeſentibus illorum moribus. Habebant palatia, hortos, et in his animalia et aues peregrinas: cantores item, ludiones cum choreis laſciuis etc. Viciſſitudinem ergo fore dicit, vt palatia fiant ſpeluncae et luſtra ferarum, vbi vlulent bubones, ſaltent ſpectra diabolica. Ita captat occaſionem diabolus, et permittit Deus, vt teſtetur, quam ſibi diſpliceat luxus et petulantia.*

Redeamus autem ad expoſitionem, et audiamus, quid Ioannes Caluinus ſentiat. *Alii*, inquit apud Auguſtinum Marloratum p. m. 121. b. Expoſitionis eccleſiaſticae in Ieſaiam editionis Geneuenſis MDCX. in folio, *daemones quoque ſaltabunt ibi. Alii Fauni. Hebraeorum quidam dicunt, hic ſignificari hircos ſylueſtres. Poſſumus de Satyris aut Panibus exponere, quos Galli, pro regionum varietate, nunc* Luiitons, *nunc* folets, *nunc* loupsgarous *appellant. Vt enim Satan variis praeſtigiis hominibus illudit, ita varia in iis nomina ſortitur. Et certe ſcopus Prophetae eſt, oſtendere, tantam illic ſolitudinem futuram, vt non tantum locus ſit deſertus ab hominibus, ſed etiam daemones illic praeſtigiis ſuis illudant. Captant enim daemones occaſionem ex locis, qui ſolitudine ſua horrorem incutiunt. Quemadmodum enim hoſtes et latrones, quum ex occulto et latebroſo loco*

erum-

erumpunt, *terribiliores ſe praebent: ita daemones noctem et tenebras et loca ab hominum conſpectu remota captant, quo maiorem terrorem hominibus alioqui natura meticuloſis inferre poſſint. Nec dubium eſt, Satanam in talibus locis ſaepe ac variis modis Gentibus apparuiſſe, vt eas ad idololatriam prouocaret.* — Zacharias Vrſinus Vratislauienſis Comment. in h. l., qui eſt in II. Volumine Tractationum eius theologicarum, p. m. 436. editionis Neuſtadienſis MDLXXXIX. in folio, שְׂעִירִים *vox*, inquit, *alicubi piloſos, alicubi hircos in ſcriptura ſignificat. Inde ad Satyros et Faunos, id eſt daemones, piloſa et hircina ſpecie adparentes, Hieronymus et alii ſequuti Ionathan expoſuere. Alii ſcopes, aues deformes et nocturnas ex noctuarum genere exponunt: cum ſit auis ſaltatrix, apud Plinium lib.* X. *cap.* XXIII. Sequitur Ioannes Piſcator Tom. IV. Commentarii in omnes libros Veteris Teſtamenti p. m. 48. b. editionis Herbornenſis MDCXLV. in folio: *Vox hebraea* סעירים *aliàs hircos ſignificat. Noſtri reddunt ſcopes, id eſt, aues deformes, motu ſatyrico, voce incondita. Vide adnotationes Fr. Iunii.* Scribit סעירים, deriuans forte a סער. Laudatus Piſcatori Iunius vertit: *et ſcopes ſaltabunt illic*, in notis ſcribens: *aues deformes, motu ſatyrico, olim inauſpicatae, voce incondita, quarum meminit Homerus Odyſſ.* E. v. 66. *Latini etiam Aſiones vocant: Galli ſua adpellatione dominas, quae auis eſt imitatrix ac paraſita, et quodam genere ſaltatrix, vt loquitur Plinius lib.* X. *Hiſtor. Natural. c.* XXIII. *Quamobrem nos, habita ratione proxime praecedentis membri et huic adiuncti verbi, malumus ſic interpretari, quam ad ſatyros, faunos, tragopanades aut eiusmodi portenta adcommodare.* — Iuuat Aben-Ezra, notans hic, praeſtare, vt intelligantur aues horrendae, deſertorum locorum, quam hirci ſilueſtres, daemones, Fauni, aut animalia ſimilia, vt vidimus. At Wolfgango Muſculo non diſplicet. *Ebr.* inquit in Commentario in h. l. p. m.

p. m. 235. editionis optimae Baſileenſis MDCXXIII. in folio, שעירים. *Vox* שעיר *ſonat* piloſum. LXX. daemonia *verterunt, ſicut et Ionathas. Leuit.* IV, 24. *ponitur pro* hirco. *Quidam verterunt* Satyros, *qui ſuperne hominis ſpeciem habent, inferne deſinunt in pedes hircorum, aduncis naribus, et fronte cornibus aſperata, qualis illorum forma a Hieronymo in vita Antonii ſolitarii deſcribitur, talemque ſub Conſtantino viſum eſſe Alexandriae memoratur. Meminit item Hieronymus, Antonio cellam Pauli quaerenti, talem eſſe factum obuiam, et petiiſſe, vt communem Deum oraret pro ſuo grege, cuius legatione fungeretur, teſtatumque eſſe, ſe ex iis eſſe, quos ſuperſtitio gentilium faunos, ſatyros et incubos coleret.* Aquila interprete *οἱ τριχιῶντες ὀρχήσονται ἐκεῖ*, cui Vulgata conſentit: *piloſi ſaltabunt ibi*, et Anglicana: *and ſatyres ſhal dance there.* Matth. Martinius col. 2692. Etymologici, voce *Piloſus*, intelligit *ſpectra diabolica, quae in locis deſertis dominantur.* Vetus Vocabularium: *Piloſi, ſicut dicit gloſſa Eſ.* XXXIV, 14, *monſtra ſunt ad ſimilitudinem hominum, vel daemones incubones, vel ſatyri, id eſt, ſilueſtres homines, quorum forma ſecundum Papiam ab humana effigie incipit, ſed beſtiali extremitate terminatur.* Iſidorus autem lib. VIII. Origin. cap. vlt. ſic ait: *Piloſi dicuntur, qui graece Panitae,* (Io. de Ianua habet *Ephialtae*,) *latine incubi adpellantur, ſiue innii,* (al. *iniui*, forte *inui*, vel *inii*,) *ab ineundo paſſim cum animalibus, vnde et incubi dicuntur, ab incumbendo, hoc eſt, ſtuprando. Saepe enim improbi exiſtunt etiam mulieribus, et earum peragunt concubitum, quos daemones Galli Duſios nuncupant, quia aſſidue hanc peragunt immunditiam. Quem autem vulgo incubonem vocant, hunc Romani Faunum ſicarium dicunt, ad quem* Horatius *dicit lib.* III. *Carminum* Od. XVIII. princip.

Faune, Nympharum fugientum amator,
Per meos fines et aprica rura
Lenis incedas — — —

Hunc

Hunc alii Satyrum vocant. Sed alii diſtinguunt, quod Faunorum pater Saturnus, at Satyrorum Picus. An inde Ficarii, quaſi Picarii? aut quod ficuum amatores? Ioannes Maldonatus, Andaluſius, Ieſuita, p. m. 233. Commentarii in Ieremiam lib. XXXIX. editionis Moguntinae cIↄIↄcxi. in 4. Fatuos, Faunos, aut *Satyros, qui cum hominibus conludunt*, ait, *eſſe genus daemonum, quod Galli adpellant* Folets, *ſtultulos; et ſiccarios dici a locis aridis.* Doctiſſimus Ioannes Henricus Vrſinus noſter, Spirenſis, orthodoxae eccleſiae Chriſti Ratisbonenſis quondam Paſtor et Superintendens, Volumine I. Analectorum ſacrorum lib. VI. cap. XXVII. p. m. 366. editionis Francofurtenſis MDCLXVIII. in 8. *Ficarios* dici putat ab infami ſalacitate, vnde et Panos nomen Innuus, cum *ficum* obſcoeno vſu dici, nemini non notum. Vnde vernaculum noſtratium prouerbium: *Ficum oſtendere;* quod ſit eo geſtu, quo veteres *faſcinum*, aut *turpiculum virile* effingebant. Vetus Onomaſticon graeco-latinum *Ficarium* exponit συκόβιον. Sic Bacchus Graecis *Sycites* et *Milichius;* et fabula *ficum inueniſſe*, quaſi dixeris *Ficarium*, quia libidinis incentor eſt, de quo Athenaeus Deipnoſ. lib. III. cap. IV. Nec alia de cauſa in Triumpho Bacchi:

Baſſaridas, Satyros, Panas, Faunosque docebat
Ludere Silenus, iam numine plenus alumni.

Hic enim Bacchi magiſter creditus eſt, illi comites, vt eſt in Sidonii Apollinaris Burgo. — Eucherius Lugdunenſis, *Piloſi*, inquit, *in Eſaia daemonum genera. Nonnulli etiam doctiſſimorum hos incubones, vel ſatyros, aut quosdam ſilueſtres homines intelligendos putauerunt.* — Mamotrectus: *Piloſi monſtra ſunt ad ſimilitudinem hominum, quorum forma ab humana effigie incipit, ſed beſtiali extremitate terminatur; vel ſunt daemones incubones, vel ſatyri, vel homines ſilueſtres.* —

Nobi-

Nobiliſſimo Barthio auctore, libro XXIII. Aduerſariorum cap. XV. col. m. 1142. *Piloſi* illi, qui δαιμόνιοι redduntur, ſunt capiendi pro Panibus, Siluanis, Faunis, Satyris, Silenis, et tali petulcorum figmentorum choro, quos antiquitas caeca atque ſurda rerum caeleſtium formis ſaltitantium et piloſorum hircoſorumque daemoniorum effigiauit. — De *Satyris* NONNVS miſtis videlicet ex *tauro* et homine lib. XXI; ex equo et homine lib. XIV. Baſſaricorum. De forma eorum LVCIANVS in Eccleſia ſiue Concilio Deorum p. m. 907. Tom. II. Operum editionis Baſileenſis in 8uo: ὁ δὲ καὶ ὅλην φρατρίαν εἰσεποίησεν ἡμῖν, καὶ τὸν χορὸν ἐπαγόμενος πάρεστι· καὶ θεοὺς ἀπέφηνε τὸν Πᾶνα, καὶ τὸν Σιληνὸν, καὶ Σατύρους ἀγροίκους τινὰς καὶ αἰπόλους τοὺς πολλοὺς, σκιρτητικοὺς ἀνθρώπους καὶ τὰς μορφὰς ἀλλοκότους· ὧν ὁ μὲν κέρατα ἔχων καὶ ὅσον ἐς ἡμισείας ἐς τὸ κάτω αἰγὶ ἐοικὼς, καὶ γένειον βαθὺ καθειμένος ὀλίγον τράγου διαφέρων ἐστὶν, κ. τ. λ. i. e. Vincentio Obſopoeo interprete, *ille veró totam fratriam nobis induxit, et toto choro aducto praeſto eſt, deosque declarauit et Pana, et Silenum, et Satyros, agreſtes quoſpiam et caprarios permultos homines, ſaltationi deditos, et forma monſtroſa ſpectabiles: quorum hic quidem gerens cornua, dimidia parte corporis capram referens, barbamque profundam nutriens, parum ab hirco diſcrepat.* Sed forma tam bellorum Numinum nullibi non obuia eſt, vnde merito piloſi, hircinis barbis et pilis obſiti a Scriptura adpellantur. Ioanni Lorino Ieſuitae Auenionenſi in p. m. 506. a. Comment. in Leuit. XVI, 22. editionis Lugdunenſis MDCXIX. in folio, שעירים *daemones ſunt, qui hirci adparent forma, capriniſque cornibus et pedibus, et Satyri, vel Tityri, ac Sileni Fauniique adpellati ſunt,* (quamuis aliqui diſtinguant,) *de quibus Athenaeus Deipnoſophiſt. lib. V. Plinius Hiſt. Nat. lib. VI. cap. vltimo,* (falſo, forte erit cap. XXX extr.) *lib. VII. cap. II. lib. IX. cap. LIV.* (rurſus male, eſt enim lib.

lib. VIII. cap. LIV. extr. Tu adde lib. V. c. VIII.) *Pauſanias in Eliacis et Atticis*, *Ptolomaeus* (Ptolemaeus) *lib. VII. Geographiae*, *Athanaſius in Anton. Hieronymus in eodem et in Paulo*, *Scaliger lib. I. de Arte Poetica c. XII. Natalis Comes lib. V. Mythologiae cap. VIII. Iſidorus lib. XI. Etymologici cap. III. homunciones facit aduncis naribus, cum cornibus et pedibus, quos dixi. Pauſanias in Atticis* (p. m. 41. v. 32. editionis Hanouienſis MDCXIII. in folio,) *rufos caudisque praeditos minoribus, quam ſint equinae, infra clunes. Plinius H. N. lib. VII. c. II. pernicioſiſſimos* (mendoſe; *perniciſſimum animal* lego in Plinio) *quadrupedes, recta* (in Plinio eſt *recte*) *currentes humana effigie. Forſitan Satyri modica variatione ab hebraeo vocabulo deriuati ſunt.* Hactenus Lorinus, cuius et adde Commentarium in Numer. XXVIII, 22. p. m. 1066. ſeq. edit. Lugdunenſis MDCXXII. in folio.

Placet et Io. Conr. Dieterico haec ſententia, cuius in p. m. 450. b. Antiquitatum biblicarum haec ſunt verba: *Arias in loco Eſaiae XXXIV. vertit* Satyrus, *quae vox ad ebraeam propius accedit. Praeprimis ſi cum hiſce conferas locum Deuteron. XXXII, 17. vbi habetur* שדים daemones, *quocum conferendus eſt Leuit. XVII, 7. etiamſi ibi habeatur* שעירים, *cum vtramque vocem Pagninus reddat* daemonia. *In vtroque loco reprehendit Iſraelitas Moſes ob cultum Satyris praeſtitum, vt aut non nocerent, aut mala depellerent. In forma hirci piloſi apparuiſſe daemones, indicium exhibet, tum vox* שעירים, *tum illud, cum hac in forma maieſtatem aliquam ſibi apud ſuos comparare putauerint, vti adhuc in nocturnis ſagarum conuentibus comparere ſolent, Confer Nic. Remigium de daemonolatria lib. I. cap. XXII. vel ideo, quia ſtulta mortalium eaque peruetuſta erat opinio, Pana deum eſſe naturae, vnde τὸν τῆς ὕλης κυϱιον, herum materiae, et κόσμοιο τὸ σύμπαν, totum hoc vniuerſum, dicebant, prout videre eſt apud Macrobium lib. I. Saturnalium cap. XXII. Natalem*

Comitem lib. V. cap. VI. Is vero bipes et vt piloſus hircus pingi ſolebat. Hanc daemonolatriam didicere Iſraelitae ab Aegyptiis, qui hircum diuino coluere cultu, prout tradit Diodorus libro I. Bibliothecae: τὸν δὲ τράγον ἀπεθέωσαν, καθάπερ καὶ παρὰ τοῖς Ἕλλησι τετιμῆσθαι λέγουσι τὸν πρίαπον, *vt et libidinoſis et impuris vetulis plus placeat,* τὸ μὲν γὰρ ζῶον εἶναι τοῦτο κατωφερέστατον πρὸς τὰς συνουσίας, τὸ δὲ μορίον τοῦ σώματος τὸ τῆς γενέσεως αἴτιον τιμᾶσθαι προσηκόντως ὡς ἂν ὑπάρχον ἀρχέγονον τῆς τῶν ζώων φύσεως: *Hircum inter Deos retulere ob genitale membrum, ſicut Graecis propterea aiunt venerationi eſſe Priapum, etc. Apud Mendeſios hircum fuiſſe cultum, ſcribit Clemens Alexandrinus in Admonitione ad gentes, et Herodotus in Euterpe:* Σέβονται πάντας τοὺς αἶγας οἱ Μενδήσιοι, καὶ μᾶλλον τοὺς ἄρσενας τῶν θηλέων, καὶ τούτων οἱ αἰπόλοι τιμὰς μείζονας ἔχουσι: i. e. Capris etiam diuinum Mendeſii honorem tribuunt, ac magis maribus quam feminis. Atque ex iis caprarii praecipuo ſunt in honore. *Subdit deinde, vt, ſi caprariorum princeps deceſſerit, ingens totam Mendeſiorum regionem occupet luctus. Imo et iisdem ab hirci cultu nomen eſſe, ex eo colligitur, quia* μένδης αἰγυπτιστὶ τράγον καὶ πᾶνα *notet. De cetero cum Leuit. XVII, 7. Ieſ. XIII, 21. et XXXIV, 14. in textu originali habeatur vox* שעיר, *quae proprie ſignificat piloſus, hinc nonnulli arbitrantur, intelligi his locis, ſi* ἀκριβεῖν *licet, Satyros, Faunos et Syluanos, quia non diaboli, ſed horrenda fuere animantia bruta, vnde etiam in vtroque loco Ieſaiae adnumerentur brutis feriſque aliis animalibus, quorum etiam apud profanos frequens fit mentio, quae ſuperiori parte hominem, inferiori vero hircum praeſentabant. Quorum horrenda et monſtroſa forma abuſus Spiritus infernalis, Gentilibus perſuaſit eſſe Deos, atque per et in Satyris iſtis apparuit, reponſa dedit, ſeque in iis coli voluit et iuſſit. Ex quibus conſtat, diabolum praecipue hircina delectari forma, quippe qui et caput eſt hircorum*

rum Matth. XXV, 33. *ad ſiniſtram locandarum.* Haec Dietericus.

Illuſtrat et hanc rem eruditiſſimus Bochartus in I. Canaan cap. XVIII. p. m. 483. editionis Francofurt. MDCLXXXI. in 4, ideo eius verba adſcribo. *Satyris*, inquit, *hircorum ſpecies ideo tribuitur, quia* שעיר ſair *Hebraeis et hircum ſignificat, et daemonem hircina forma. Quam fuiſſe daemonum formam credidere* צביים, Zabii, *vt autor eſt Maimonides More Nebochim lib. III. cap. XLVI, quia diabolus ea ſpecie ſaepe ſe praebet conſpiciendum, Sic in Iamblichi Babylonicis apud Photium,* τράγε τὶ φάσμα ἐρᾷ Σινώνιδος, hirci ſpectrum quoddam deperit Sinonidem, *id eſt, diabolus hirci ſpecie. Et e recentioribus Bodinus et Delrius multa teſtimonia congerunt, quibus probent, daemonem in hac potiſſimum forma ſibi placere. Neque id Hebraeos latuit. Kimchius enim non ſemel ſcribit,* שעירים, *id eſt, hircos vocari daemones.* לפי שהם נראים כדמות השעירים למאמינים בם. quia credentibus in ſe hircorum ſpecie conſpiciendos ſe offerunt. *Quod ipſum legere eſt in Aben-Ezrae commentariis ſuper haec Leuit, cap. XXVII,* 7: Et non ſacrificabunt amplius ſacrificia ſua לשעירים hircis (*Satyris*,) quibuscum fornicantur. *Vnde videtur occaſio nata, illos deſcribendi ſalaces, quamuis alia ſpecies fornicationis, idololatria nimirum, ibi intelligatur. Vide Philoſtr. lib. VI. cap. XIII. et Pauſaniam in Atticis. Neque pertinet minus ad Satyrorum characterem, quod eos in eremis ſaltare dicit Ieſaias XIII,* 21. *Ita enim Poetae paſſim. Virgilius Ecloga V, v.* 73.

Saltantes Satyros imitabitur Alpheſiboeus.

Et Nonnus libro XIV. Dionyſiacorum:

Ἴδμονες ὀρχηστῆρες etc.

Haec Bochartus.

Ceterum ſuperbiſſimus cur ille ſpiritus, cum alias Protei in morem multiformis ſit, aliquam maieſtatis

hircina quaerat in forma imaginem, inque ea adpareat, quando a ſuis, vt ferunt, adoratur, eosque ſignat et initiat, non aeque planum apud Scriptores eſt ac expeditum. Vulgo enim quae adferuntur cauſae, capri cur adpareat in forma, quia nimirum ob graueolentiam, obſcoenitatem et alia hircorum ſit ſimilis, (quibus de videndus in II. Diſquiſitionum Magicarum Quaeſt. XXVIII. ſect. III. p. m. 304. editionis Moguntinae cIↃ IↃc xxiv. in 4. *Martinus Delrio Ieſuita*) item, quod et Dieterico placere vidimus, quia hircorum ad ſiniſtram locandorum ſit caput, ad quaeſitum de maieſtatis imagine parum aut nihil faciunt. Quid ergo? quaerit ante paullo laudatus Vrſinus Volum. I. Analectorum ſacrorum lib. VI. cap. XXXIX. et reſpondet, p. m. 389. *ſtulta mortalium eaque peruetuſta illa opinio*, Pana *Deum eſſe naturae, qui vt bipes hircus pingi ſolebat et coli, ſtultiſſimum ſpiritum ita cepit, ne non aliter adpareat, vbi magnificentiſſime vult, quam hirciformis, quaſi ſe iactet Dominum naturae, in hirco ab antiquiſſimis temporibus cultum, cuius ſymbolum hircus ſit et a ſuis fidelibus habeatur. Sic Lucae cap. IV, v. 6.*

Tandem ne quid deſit, quod vllo modo huius ad rei explicationem facere poſſit, addam ſententiam et verba cl. *Bocharti*, quo neſcio an doctiorem philologum, linguarumque orientalium peritiorem Reformati habuerint in Galliis vnquam, ex optimo eius libro, cui titulum fecit *Hierozoici*, quemque inter et Phaleg oppido differentia magna eſt. *A* שעיר, *pilo*, inquit in partis poſterioris lib. VI. cap. VII. col. m. 828. *hebraeis* שעיר *eſt hircus, animal hirſutiſſimum. Sic graece τράγον dici volunt ἀπὸ τῆς τραχύτητος, a pilorum aſperitate. Et in* Feſto *hircipili ſunt denſorum pilorum homines. Rem ita ponit ob oculos* Theocritus *in Thalyſia:*

Ἐν

Ἐκ μὲν γὰρ λασίοιο δασύτριχος εἶχε τράγοιο
Κνηκὸν δέρμ' ὤμοισι.

Hirſutum et villoſum humeros circumdabat hirci
Exuuium.

Sed et nomine שעירים *idola, vel daemones appellari videas Leuit. XVII, 7. et II Chron. XI, 15. vt puto propter Aegyptios, qui non modo τὸν τράγον ἀπεθέωσαν,* inter Deos hircum retulerant, ſed et in eius cultum tanto furore ferebantur, vt oporteret τοὺς ἱερεῖς, τοὺς παραλαβόντας πατρικὰς ἱερωσύνας κατ' Ἄιγυπτον, τούτῳ τῷ θεῷ πρῶτον μυεῖσθαι, ſacerdotes, qui paterna ſacerdotia per *Aegyptum* ſuſcipiebant, huic deo primum initiari. *Ita* Diodorus *libro primo Bibliothecae. Accedit, quod complures Dii gentium, vt* Pan Mendeſius Faunorumque et Satyrorum *omne genus, aut hircina ſpecie, aut hirco proxima culti ſunt. Et in* Maimomonide, More Nebochim *lib. III. cap. XLVI.* צביים, Tſabii, *id eſt, Ethnici apud Arabes et Chaldaeos, daemones exiſtimabant hircorum habere formam. Nempe diabolus hirci ſpecie ſe praebet conſpiciendum. Sic in* Iamblichi *Babylonicis,* τράγου τὶ φάσμα ἐρᾷ Σινώνιδος, hirci ſpectrum aliquod deperit Sinonidem, *id eſt, diabolus hirci ſpecie. Et apud* Philoſtratum, Vitae Apollon. lib. VI. cap. XIII ἐπεφόιτα δὲ ἀρα τῇ κώμῃ δέκατον ἤδη μῆνα σατύρου φάσμα, λυττῶν ἐπὶ τὰ γύναια, καὶ δύ' ἀπεκτονέναι σφῶν ελέγετο, ὧν μάλιστα ἐδόκει ἐρᾷν: Venerat in vicum (Aethiopiae *Nili catharractas*) decimo iam ante menſe Satyri ſpectrum, *id eſt, diabolus Satyri ſpecie,* furens erga mulieres, iamque duas illarum interfeciſſe ferebatur, quas videbatur maxime amare. *Idem iudicium de Siluanis, et Faunis, et Gallorum Duſiis, de quibus* Auguſtinus *de Ciuitate Dei, libri decimi quinti capite vigeſimo tertio:* Quoniam creberrima fama eſt, multique ſe expertos, vel ab eis, qui experti eſſent, de quorum fide dubitandum non

eſt, audiſſe confirmant, *Syluanos* et *Faunos*, quos vulgo *Incubos* vocant, improbos ſaepe exſtitiſſe mulieribus, et earum appetiſſe ac peregiſſe concubitum, et quosdam daemones, quos *Duſios Galli* nuncupant, hanc aſſidue immunditiam et tentare et efficere, plures taleſque aſſeuerant, vt hoc negare impudentiae videatur. *Atque ex his confirmatur id, quod diximus, diabolum in hirci forma, aut, quae ad hanc proxime accedit, in Satyri, Syluani et Fauni ſpecie potiſſimum ſibi placere. Neque id Hebraeos latuit.* Kimchius *enim non ſemel ſcribit*, שעירים *vocari daemones*, לפי שהם נראים כדמות שעירים למאמינים בם, quia credentibus in ſe hircorum ſpecie conſpiciendos ſe offerunt. *Quod ipſum legere eſt in* Aben-Ezra *Leuitic. XVII, 7. Itaque cum Ieſaiae c. XIII, 21. et XXXIV, 14. praedicatur, fore, vt in deſolatis vrbibus* שעירים, hirci, *ſaltent, et clament alter ad alterum, ſpectra potius intelligo, et, vt habetur in* Iamblicho, τράγων φάσματα, *quam veros hircos. Eadem mens ſnit veterum interpretum, qui pro hircis vel daemonia, vel piloſos explicant*, Graecis τριχιῶντας *et* ἐρθοτριχοῦντας, *effictis nominibus ad inſtar* hebraei שעיר, *quod a pilis eſſe diximus. Piloſi* Hieronymo *ſunt* Satyri *vel* Incubones. *Inde ſumpta* Satyrorum *vox in nuperis verſionibus, atque eo libentius vſurpata eſt, quod ſpecies, qualem Poetae deſcribunt, ab hircina non abludit, neque ipſa* Satyri *vox ab* hebraico שעיר, ſahir. *Abſit interim, vt ex his locis quisquam colligat, vllos aut iam exſtare, aut vnquam exſtitiſſe in rerum natura* Satyros. *Nam vel ſi* שעיר *Hebraeis eſſet* Satyrus, *quod non liquet: tamen in Ieſaia vox* שעירים *non ſignificaret veros* Satyros, *ſed daemones, Satyrorum ſpecie hominum oculis illudentes. Proinde non aſſentior narrationi magni ſcriptoris, in qua* Satyrus *introducitur*, Antonium *in eremo rogans, vt pro ſe communem Deum deprecetur, tanquam ſalutis in Chriſto particeps futurus. Non alios ſeruat Chriſtus, quam*

quos

quos aſſumpſit. At non aſſumpſit Angelos, multo minus daemones, aut Satyros, qui nusquam ſunt, ſed ſemen Abrahae. Hactenus Bochartus. Quae ex hoc Prophetae loco de ſtyli ſacrarum literarum efficacia in Philologiae libro I. Tract. III Sect. III. p. m. 202. num. 3. *Glaſſius* adfert, legantur apud ipſum, quem omnibus ſacris theologicis operantibus familiariſſimum velim.

Haec prece permotus praefari volui honeſti bibliopolae, proponentis ſibi, profundae eruditionis *libros de Satyrica Graecorum Poeſi et Romanorum Satira* omni *exceptione*, (vt Ioſephus Scaliger in p. m. 281. Opuſculorum eum vocat,) noſtroque *maioris* encomio, *Iſaaci Caſauboni*, (*qui*, de ſententia Danielis Heinſii in p. m. 196. not. in Horatium edit. Elſeuir. cIↄIↄcxxix. in 12. *vnus hac aetate, quae ad Satyros ſpectant, accurate perſequutus eſt*,) denuo diuturniſſimum ob Pariſienſis editionis anni MDCV. in 8. exemplarium defectum publicare. Cum enim hoc ſuum mihi aperuiſſet conſilium, rogaſſetque, eos vt cognoſcere vellem libros, hancque ſuam exornare editionem ac augere: non potui non laudare mentem eius, benigneque ei polliceri omnia, quae in tanta, qua ipſe me premi non ignorabat, temporis anguſtia, negotiorumque aliorum frequentia, proficiſci a me poſſent; ratus, me non mediocre ſtudioſis politiorum literarum adlaturum hac noua tam eximiorum editione librorum emolumentum, a multis eruditis tam impenſe laudatorum. Iudicio ſane Taubmanni noſtri, p. m. 70. b. Commentarii in Maronis Culicem v. 128: *Satyrorum hiſtoriam poſt hominum memoriam nemo accuratius ſcripſit, quam Iſaacus Caſaubonus.* Operae pretium erit, audire et Andream Schottum, non ſolum ob auctorem (Caſaubonum,) ſed et ob argumentum praeſentis libri. *Ceterum*, in-

 quit

quit in p. 18. Notarum in Procli Chreſtomathiam, *de Satyra nemo, quem viderim, legerim, audierim, ſatis accurate. Errant enim, et vehementer errant, qui nuperam illam Latinorum Satyram, quae in manibus eſt puerorum, ex priſca comoedia natam, cum veteri Satyra, de qua hic ſermo, et Sicinnis olim etiam vocabatur, temere confundunt. Diſces de veteri ſatyra ex Iulio Polluce, Onomaſtici lib. IV. cap. XIV. XVIII. et XIX, ex Athenaeo, Deipnoſ. lib. I. cap. XVI. et lib. XIV. cap. XII, Dionyſio Halicarnaſſ. lib. III. extremo* ῥωμαϊκῆς ἀρχαιολογίας, *Plutarcho in Catone, Arriano de rebus indicis, Laërtio in Platonis, Menedemi item vita, de Achaeo; ex Euſtathio in Homeri Odyſſ.* σ': *inter Latinos vero, vt et hi ſymbolam conferant, ex Liuio lib. VII. initio, Valerio Maximo lib. II. cap. IV, Vitruuio lib. V. cap. VIII, Diomede lib. III. Grammat. et priſci Horatii interpretibus in artem poeticam. Qui vero Satyram fabulam docuerint, hos fere Athenaeus ſuggeſſit: Achaeus Eretrienſis, Anaxandrides, Aſtydamas, Camaeleon, Heracleotes Ponticus, Ecphantides, Lycophron Chalcidicus, (de quo Canterus lib. VI. Nouarum Lectionum cap. XVII.) Phrynichus, Sophocles, Sophron, Sulla Rom. Imperator, Timocles, et Alexander rex: vnum Pratinam nominat ſatyricum Iſacius Tzetza in Caſſandram Lycophronis. Aelianus libro II. Variar. Hiſtor. cap. VIII. de Euripidis Satyris, (cuius et Cyclops exſtare in hoc genere creditur,) et Xenoclis; idem et de Satyris, Tityris et Silenis lib. III. Variar. Hiſtor. cap. XL. Cum haec pridem adnotaſſem, comperi poſt,* Iſaacum Caſaubonum *praeclare multa de Satyra graeca et latina obſeruaſſe.* Hactenus Schottus Ieſuita.

Cui alium eo ex ordine, Schotto ſicuti eruditione inferiorem, ſic impudentia ſuperiorem longe ac maledicentia animique impotentia, Maximilianum Sandaeum, cuius in Commentatione VII. Grammatici profani §. XXVI. p. 266. hoc δῶρον ἄδωρον, ineptum-

ineptumque legitur iudicium: *Praeterire ſilentio non oportet Scaligeri amiciſſimum*, Iſaacum Caſaubonum, *celebri fama* Grammaticum: *ſed quamdiu Grammaticum agere, quamdiu in officina Stephaniana prelo corrigendo, reconditos eius linguae theſauros in vſus domeſticos conuertere, quamdiu Athenaei triclinium euerrere, Suetonium elucidare; Perſium exponere, de Satyra diſputare ſuſtinuit; at poſtquam in Britanniam traiiciens, ex Grammatico derepente in Theologum transformatus, de religionis orthodoxae controuerſiis, regio nomine, ad Cardinalem Perronium, de abditis fidei myſteriis in Exercitationibus ad Annales Caeſaris Baronii, de eccleſiaſtica antiquitate, et difficillimis diuinae ſcripturae locis in iisdem, de ſacra poteſtate in epiſtola ad Frontonem Ducaeum, diſceptare, ac, tanquam auctoritatem habens, pronunciare non eſt verecundatus: et priſtini honorem nominis apud ſuos, id eſt, Grammaticos pene perdidit, et delirantis titulo ſe ridendum apud exteros propinauit. Praeclare Andreas Eudaemon-Ioannes ad Caſaubonum ipſum ſcribens, in Praefat. Reſponſ. ad epiſt. Caſauboni:* „Vellem eam tibi men„tem Deus immortalis dediſſet, Iſaace Caſaubone, „vt artificio tuo contentus, Apellaeum illud ad ex„tremum ſeruares: *Ne vltra crepidam;* et moleſtia „me, et te dedecore liberaſſes. Excitaſti enim vi„rorum doctorum ſtudia, vt patefaciendis qua ca„lumniis, qua mendaciis, qua etiam in omni diſci„plinarum genere erratis tuis, omnium te morta„lium ſannis exponerent. Quamquam enim in illu„ſtrandis, cum Graecis, tum Latinis, etiam dete„rioris ſeculi ſcriptoribus, ita verſatus es, vt non „malus *Grammaticus* haberere, et extinctis non multo „ante iis, quibus viuis, an vllus omnino eſſes, vix „domi tuae ſciebatur, nunc quidem prope ſolus in „hoc *Grammaticae regno* dominabaris: tamen neque „deſunt, qui in eo ipſo genere multa reprehendant „in ſcriptis tuis: et cum aliarum diſciplinarum plene

„ſis expers, tamdiu inſcitiam iſtam tegere potuiſti, „dum te intra fines artificii tui continuiſti. Quae „tua animi moderatio, quanto mirabilior in Calui„niano eoque Grammatico viſa eſt; tanto tibi magis „eorum beneuolentiam conciliauit, a quibus detegi „poterant errata tua. Vt cum neque raro, neque „leuiter lapſus ſis: vix quisquam tamen reperiretur, „qui non ea condonare modeſtiae tuae mallet, quam „iis patefaciendis hominis, vt videbare, moderati „exiſtimationi officere. Fortunatus, cui ſine inui„dia, ſine obtrectatoribus, ſine aemulis hunc qua„liscumque laudis fructum capere liceret, tua tan„tum ſi bona noſſes. Sed raro admodum, ſanum „ſimul et fortunatum eſſe, conceſſit eidem Deus. „Factus momento Theologus, et ſcribere aggreſ„ſus, in argumento verſaris maxime theologico; „ſed non aliter, quam ſi prunas tractes, ita Theolo„gica vix audes attingere. In politicis, quod non„nih lo plus a Caeſarum vitis in iis intelligere te cre„dis, paullo prolixior es, ſed inſulſe admodum, et „imperite. Dialecticas in ratiocinando concluden„doque leges, credo, ne Sophiſta a tuis audias, vix „vnquam ſeruas. Ita denique de rebus grauiſſimis „diſputas, vt *purum putum Grammaticum* te prodas, „diſciplinarum omnium expertem.„ Hactenus ex Eudaemone Sandaeus. Quorum ſumma huc redit: Eſt eruditus Caſaubonus, quando non contra Pontificios ſcribit; ſed cum ad illos diſputat, omnem ſtatim eruditionem amittit, ineptusque redditur. Vsque adeo horum in hominum calumniis nihil ingenioſum, nihil acutum eſt, nihil quod lectoris animum vellicet: inſulſa modo ac frigida conuicia, maledicta de triuio, merae betae.

Sed mittamus hos triſtium ineptiarum candidatos, quos modeſtia ſemper vicit Caſaubonus, vt nunquam

nunquam opus habuerit *Satyri* cera, qua, vt eſt apud Ariſtotelem, amici illius, cum litem habuerunt, aures illi obturarent, ne, cum ab Aduerſariis conuitiis adficeretur, propter iram cauſae turbaretur cognitio. Qua de videndus in quarto Operum Tomo *Deſiderius Eraſmus* fol. 62. ſub med. — *Dominicus Baudius* Centuria II. Epiſt. IX. p. m. 155. editionis optimae Amſtelodamenſis 1654. in 12. ita ſcribit ad Ioannem Wouweren: *Refrixit iam ſermo leuiſſimorum hominum, qui Polymathiam tuam plagii ſuſpicione infamabant. Caſaubonus vir melior et candidior eſt, quam vt huius culpae inſimulandus eſſe videatur. Miſit ad me recens opus de* Satyrica Poeſi Graecorum *etc., cum benigniſſimis literis, in quibus modum non tenuit circa laudes noſtras. Vir ille plurima ſcit, pauca ignorat. Quam multa cottidie eruit, quae fruſtra alibi requiras.* — B. Chriſtophoro Adamo Ruperto, Profeſſori quondam Altorphino, vnice placuit vocabuli *Saturae* interpretatio viri ſummi, Iſaaci Caſauboni; quamobrem et eius verba, vt a doctiſſimorum virorum hallucinationibus iuuentus ſibi caueret, adſcripſit e lib. II. cap. IV. Obſeruationibus ſuis ad Salluſtii Bellum Iugurthinum cap. XXIX. p. m. 369. editionis Noribergenſis MDCLXXI. in 8. — Quoniam *non viderant eruditi viri, quae de Satira et Satyrica poeſi ſcripſit libris duobus ὁ πανεπιςήμων Caſaubonus, mera περιεργία eſt, quae de Satyris et Faunis notant illi* (ſcil. in Horat. I. Epiſt. XIX. 4.) *alteris nimirum Graecos, alteris Latinos deſignari*, auctore principe ingeniorum *Daniele Heinſio*, not. in loc. cit. Horatii Flacci p. m. 37. editionis Raphelengenſ. cIↄ Iↄc x. in 8, vel pag. 56. editionis Lugd. Batau. Elzeuir. MDCXII. in 8; quod ideo addo, quia in editione Lugduno Batana Elſeuiriana anno cIↄ Iↄc xxix. in 12. pag. m. 106. ſuperius adlata verba omiſſa ſunt.

Vt igitur eruditiores tam egregios videre, minoreque moleſtia libros legere ac vſurpare poſſent, integros illos perlegi, a variis liberaui mendis, addenda ab Auctore in fine ſubiuncta ſuis locis inſerui, quaeque ſub lectionem in mentem venerunt, conſignaui, minime tamen omnia, cum ſpatium chartae numerusque paginarum mihi fere definitus fuerit a bibliopola; quod fere ſolent illi. In p. vero 37. a), lib. I. cap. II. addas velim ad laudati ibi *Georgii Francii* Tractatum *de Cornutis*, Cl. Adami *Pryelii*, Paſtoris primum eccleſiae reformatae Francofurtanae ad Moenum, poſtea Bremenſis, Artificia hominum miranda in Sina et Europa cap. XLVI. p. m. 1384 ſeq. editionis Francof. cIↃ IↃc LVI. in 12, vbi aliquos dat homines cornutos, in quibus cornuum tuberibus nonnunquam natura luſit. Quem ſcriptorem, quia Francus omiſit, ego hic adducere volui. Legas item Thomam Bartholinum de Vnicornu cap. I. pag. 17 ſeq. 288. editionis Patauinae MDCXLV. in 8. et Centur. V. Hiſtoriarum Anatomicarum et medicarum rariorum, n. XXXVII. pag. 44. 45.

Catalogo vero Satyricorum Poetarum, quos enumerat *Caſaubonus*, adiungas velim et Philoxenum, cuius cuiusmodi dictio fuerit et ingenium, laudatus dicit *Caſaubonus* lib. IV. Animaduerſionum in Athenaeum cap. XI, nempe plane ad laſciuiam et nugas comparata. Vixit Platonis temporibus, et Syracuſanorum Tyranno, Dionyſio iuniori, familiaris fuit, vt Pauſanias in Atticis p. m. 3. v. 36. editionis Hanouienſis MDCXIII. in folio teſtatur. *Sed idem ab eo eſt interemtus, poſtquam eum ἐσχηματισμένως, ſeu figurate deriſerat in Cyclope ſuo, ſiue de Amoribus Cyclopis et Galateae*, ſcribit Ger. Ioann. Voſſius in de

Poetis

a) Noſtrae edit. 35. R.

Poetis Graecis cap. VII. p. m. 47. Scripſit Δεῖπνον, ſiue Conuiuium, vnde quaedam adducit Athenaeus lib. IV et XIV, qui et lib. I. meminit Philoxeni, ſicuti et Aelianus lib. XII. Var. Hiſtor. cap. XLIV. Diogenes Laertius lib. IV. cap. XXXVI. *Hunc inter Poetas Satyricos*, inquit Giſbertus Cuperus lib. III. Obſeruationum cap. XV. p. m. 323. *referendum cenſeo, cum Cyclops materiam Satyrici Poematis tribuat. Scripſit autem amorem Polyphemi Cyclopis in Galateam Nympham, vbi Cyclops cytharizans introducitur. Suidas:* Θρεττανελό· ἦχος κιθάρας· φιλόξενον γὰρ τὸν διθυραμβοποιὸν, ἢ τραγῳδοδιδάσκαλον, φασὶ γράφειν τὸν ἔρωτα τῦ Κύκλωπος, τὸν ἐπὶ τῇ Γαλατείᾳ· εἶτα κιθάρας ἦχον μιμῦμενον ἐν τῷ ἐπιγράμματι, τῦτο εἰπεῖν τὸ ῥῆμα, θρεττανελό. Ἐκεῖ γὰρ εἰσάγει τὸν Κύκλωπα συρίζοντα, καὶ ἐρεθίζοντα τὴν Γαλατείαν, κ. τ. λ. [b]). *Quae etiam, ſed auctiora, reperies apud Phauorinum. Hunc autem dixi, Satyrici ſcriptorem eſſe, vt addatur numero illorum, quos recenſet eruditiſſimus* Caſaubonus *in pereleganti libello de Satyrica Graecorum Poeſi: et* (ei) *licet adiungas etiam Ariſtium, de quo Suidas:* Αὕτη δὲ παροιμία γέγονεν ἐκ τῦ Ἀριςίυ Κύκλωπος, ὥς φησὶ χαμαιλέων ἐν τῷ περὶ Σατύρων. *Cuius ibidem fragmentum eſt, meminitque eius etiam Zenobius Centuria II. Prouerb. XVI.* Haec Cuperus. — Diximus et nos nonnihil hoc de Poeta in p. 12. [c]) huius libri. At quoniam nemo elegantius hoc de Poeta ſcripſit et iucundius Mureto, placet audire illum in p. m. 264. Commentarii in III. Ethicorum Ariſtotelis ita commentantem: *Fuit Philoxenus genere Cytherius, Poëta. Scripſit dithyrambos, et poema, quod inſcripſit* Δεῖπνον, *quo lauta edulia, et inſtruendi apparandique conuiuii rationem expoſuit. Hunc narrant,*

b) Quae affert Suidas, ſumta ſunt e Scholiaſta Ariſtophanis ad *Plutum*. Pro συρίζοντα rectius legitur κιθαρίζοντα. *R.*

c) Noſtrae edit. p. 281. *R.*

narrant, non tantum ipſum ſtudioſum fuiſſe, laute opipareque viuendi, verum etiam curam adhibuiſſe, vt ciues ſui bene conditis epulis veſcerentur. Itaque eius rei cauſa quotidie, cum lauiſſet, vrbem circuibat comitantibus pueris, vinum, oleum, acetum, aliaque ad cibos condiendos neceſſaria ferentibus, et ſingulorum domos ingrediens inſpiciebat, quid cuique in coenam paratum eſſet, ac ſi quid minus recte conditum erat, ipſe de ſuo condiebat. Tum ita luſtrata vrbe, domum reuerſus epulabatur. Hic cum aliquando Epheſum veniſſet, ac forum cupedinarium vacuum offendiſſet, percontatus, quid eſſet rei? cum accepiſſet, quidquid erat obſoniorum, in aedes cuiusdam, qui nuptias celebrabat, delatum eſſe, ipſe quoque, quam et hoſpes et inuocatus, eodem ad prandium profectus eſt, et cum ceteris accubuit. Cumque dominus epuli, eius ingenio delectatus, dixiſſet: Philoxene, numquid cras quoque nobiſcum epulaturus es? *Etiam,* inquit, ſi, vt hodie, nihil erit in macello. *Adhibitus ad menſam aliquando a Dionyſio Tyranno, cum ipſi quidem Dionyſio ingentem mullum, ſibi autem multo minorem adpoſitum videret, ſuum a patina ſublatum ad aurem admouit, ſimulauitque, quaſi quiddam ex eo percontaretur. Quaerenti cauſſam Dionyſio,* Ego, *inquit,* o Rex, poema quoddam de Galatea ſcribo: quare quaerebam ex hoc piſce quiddam de Nereidibus, quo poema meum exornarem; ſed ipſe iuniorem ſe captum ait, quam vt illa per aetatem cognoſcere potuerit e grandiore illo, qui tibi adpoſitus eſt, ſi quaeram, illum mihi facile ea, quae volo, explicaturum. *Conuerſus in riſum Dionyſius, piſcem, qui ſibi adpoſitus erat, ad Philoxenum miſit. Ab hoc tamen ipſo Tyranno coniectus eſt in latomias, cuius rei haec cauſſa a Plutarcho traditur libro de Fortuna et Virtute Alexandri. Dionyſius ipſe quoque poemata ſcribebat, eaque, cum inconcinna et illepida eſſent, optima videri volebat. Cum igitur tragoediam quandam ſcripſiſſet, eam Philoxeno inſpiciendam dedit, vt corrigeret, ſi quid forte*

corri-

corrigendum videretur. Ille vero vna litura totam emendauit. Indignatus Dionyſius compegit eum in illum carcerem, quem modo nominaui. Vnde tamen poſtea liberatus, cum iterum Dionyſium audiret ſua poemata recitantem, adulantibus et plaudentibus ceteris exſurgens ipſe, mitte me, *inquit,* denuo in latomias; illic enim aetatem degere ſatius eſt, 'quam tam mala poemata audire. *Athenaeus paullo aliter. Narrat enim, ea poena affectum, quod deprehenſus fuiſſet cum Galatea tibicina, quam Dionyſius ipſe amabat. Quin etiam in ipſo carcere conſcripſiſſe poemation in Galateam, in quo ſe quidem Vlyſſem faceret, Dionyſium autem Cyclopa. Solebat hic in balneis non modo manus in aquam feruentem demittere, et ſic aſſuefacere ſe ad perferendum immoderatum illum calorem, verum etiam eadem aqua os ſibi proluere, et, vt Graeci dicunt,* γαργαρίζειν, *vt poſtea in menſa, cum ad rem gerendam ventum eſſet, facilius et contrectare, et deglutire calidiſſima quaeque poſſet. Quin etiam orabat coquos, vt omnia feruentia in menſam inferrent, vt, ceteris calorem illum reformidantibus, ipſe bulgam arbitratu ſuo impleret. Narrat Plutarchus foedius etiam et tetrius quiddam, quod legentibus prope nauſeam moueat: Spuere eum, ait, ſolitum, et emungere ſe in patinas, vt, ceteris a tanta foeditate abhorrentibus, ſolus ipſe impleretur: idem et Gnathonem quendam Siculum factitaſſe. Hoc autem votum ipſius, cuius hic mentio eſt,* (quo collum ſibi dari optabat longius collo gruis, vt diutius ciborum voluptate frueretur,) *refertur etiam apud Athenaeum lib. I. et VIII. Narratur et mors, ipſius vitae conſentanea. Emerat Syracuſis polypum bicubitalem, eiusque praeter caput nihil reliqui fecerat. Ex cruditate igitur ita laborare coepit, vt nulla ſpes ſalutis eſſet.* Quare cum admonitus eſſet a medico, vt ordinaret ſuprema ſua, *ſibi enim ante horam ſeptimam eſſe moriendum.* „De ceteris, *inquit,* non magnopere laboro; ſed quando moriendum eſt, afferte mihi hic polypi caput, vt id quo

que

παίγιον αν' ὕλαν, id eſt, *luſus per ſyluam*, nempe ob ſyluas, quae in eo exhiberentur. Indeque et hoc Horatii in Arte v. 244.

Syluis deducti caueant, me iudice, Fauni.

Sileni mentio, facit, vt hic verba Suidae, quae et Caſaubonus lib. I. et II. p. 48. *) habet, integre adducam; prout ea reperi apud b. Dorſcheum in Interuentione pro Myſterio Trinitatis c. XXIV. p. 364. Σειληνὸς ὁ Διόνυσος παρὰ τὸ σείεσθαι ἐν τῷ ληνῷ. Σειληνὸς ὁ γέρων διὰ τοῦ ι, παρὰ τὸ σείεσθαι ἅλις. Σειληνὸς ὁ σάλος καὶ φλύαρος ἐκ τοῦ σιλλαίνω τὸ φλυαρῶ. Euſtathius: σιληνοὶ δαίμονές τινες ὀρχηστικοὶ Διονύσου ὀπαδοὶ παρὰ τὸ σιλλαίνειν, quod eſt, oculis diſtortis intueri, oculis agitatis deridere, dicaciter et ſalſe illudere. Ergo poſſis a σίλλος dicere. Nicander Alexipharmac. princ. Ὡς δ' ὁπότ' ἀρχρόεσσαν ὑποθλίχαντες ὀπώρην Σιληνοὶ κεραοῖο Διονύσοιο τιθηνοὶ, πρῶτον ἐπ' ἀφρίζοντι πότῳ φρένα θωρηχθέντες, κ. τ. λ. id eſt, *quemadmodum autem Sileni, Bacchi cornuti nutricii, agreſtibus vuis calcatis, primum potu ſpumante mente armati, quod valet, ebrii facti* etc Deſiderius Eraſmus in pag. m. 653. Adagiorum ad *Sileni Alcibiadis* edit. Francof. MDCXLVI. *Aiunt*, inquit, *Silenos imagunculas quaspiam fuiſſe ſectiles, et ita factas, vt diduci et explicari poſſent, et quae clauſae ridiculam ac monſtroſam tibicinis ſpeciem habebant, apertae ſubito numen oſtendebant, vt artem ſculptoris gratiorem iocoſus faceret error. Porro ſtatuarum argumentum ſumptum eſt a ridiculo illo Sileno, Bacchi paedagogo, numinumque poeticorum morione, Quandoquidem habent et illi principum noſtrorum exemplo ſuos γελωτοποιοὺς.* Eadem habet in Adagiis ad Gregorii XIII. praeſcriptum expurgatis Paulus Manutius p. 1179. et ſeqq. Quis Chriſtianae pietatis ſtudioſus illa portenta ad Saluatorem Ieſum adcommodare auſit? Fecit id quidem, ſed non ſine petita venia, Eraſmus

*) Noſt. edit. p. 45. *R.*

Eraſmus l. c. cum poſt Socratem, Diogenem, Epictetum, Silenorum nomine commendatum ait: *An non mirificus quidem Silenus fuit Chriſtus? ſi fas eſt de hoc ad eum loqui modum, quem equidem haud video, cur non omnes pro virili debeant exprimere, qui Chriſtiani nomine gloriantur. Si ſummam Sileni faciem intuearis, quid iuxta popularem aeſtimationem abiectius, aut contemptius? Tenues et obſcuri parentes, domus humilis, ipſe pauper, et pauculos et pauperculos habuit diſcipulos, non e magnatum palatiis, non e Phariſaeorum cathedris, non e Philoſophorum ſcholis, ſed a telonio et retibus adſcitos. Tum vita, quam a voluptatibus omnibus aliena! per famem, per laſſitudinem, per conuitia, per ludibria, ad crucem denique peruenit. Hac illum parte contemplabatur myſticus ille vates, cum eum depingens: Non erat ei, inquit, ſpecies, neque decor. Vidimus eum, et non erat aſpectus, et deſiderauimus eum deſpectum, ac nouiſſimum virorum. Caeteraque permulta, quae in hanc ſequuntur ſententiam. Iam ſi contingat apertum hunc Silenum propius intueri, hoc eſt, ſi cui dignetur ipſe ſe purgatis animi luminibus oſtendere, Deum immortalem! quam ineffabilem reperies theſaurum; in quanta vilitate, quale margaritum; in quanta humilitate, quantam ſublimitatem; in quanta paupertate, quantas diuitias; in quanta infirmitate, quam incogitabilem virtutem; in quanta ignominia, quantam gloriam; in quantis laboribus, quam abſolutam requiem; denique in morte tam acerba perennem immortalitatis fontem. Cur ſic abhorrent ab hac imagine, qui titulo tamen illius ſe iactant? Nimirum erat in procliui Chriſto, totius orbis occupare Monarchiam, atque id poſſidere, quod olim Romani principes fruſtra affectarunt, ſatellitio ſuperare Xerxes, opibus anteire Croeſos, philoſophis vniuerſis ſilentium imponere, et inane ſophos detrahere. Verum haec vna forma placuit, quam ſuis diſcipulis et amicis, hoc eſt, Chriſtianis proponeret. Hanc potiſſimum delegit philoſophiam, a philoſophorum decretis, a mundi ratione longe lateque diuerſam, ſed eam, quae ſola omnium praeſtaret,*

quod alii aliis viis conantur aſſequi, nempe felicitatem. Huiusmodi quondam Sileni fuere Prophetae exules, errantes in ſolitudinibus, cum feris exigentes vitam, vili oluſculo victitantes, ouium et caprarum amicti pellibus. Sed introſpexerat hos Silenos ille, qui dixit, quibus dignus non erat mundus. Huiusmodi Silenus fuit Ioannes Baptiſta, qui Camelorum tectus pilis, zona cinctus pellicea, longe regum purpuras ac gemmas vicit, locuſtis veſcens, principum omnium delicias ſuperauit. Nimirum cernebat, quid theſauri lateret ſub agreſti pallio, qui miro illo elogio laudum eius ſummam complexus, Inter natos, inquit, mulierum non ſurrexit maior Ioanne Baptiſta. Huiusmodi Sileni fuerunt Apoſtoli, pauperes, inculti, illiterati, ignobiles, impotentes, abiecti, omnibus omnium contumeliis expoſiti, irriſi, inuiſi, exſecrabiles, ac pene publicum orbis ſimul et odium, et ludibrium. Verum aperi mihi Silenum. Quis tyrannorum cum horum potentia poſſit aequari, qui dicto imperant daemonibus, nutu ſedant ſaeuientia maria, verbo vita defunctos in vitam reuocant? Quis non Croeſus ad hos pauper eſſe videatur, qui vel vmbra ſua conferunt ſanitatem aegrotis, qui ſolo manus contactu ſpiritum illum coeleſtem impertiunt? Quis non Ariſtoteles ſtultus et indoctus, ac nugator, cum his collatus, habeatur? qui ex ipſo fonte coeleſtem hauſerant ſapientiam, ad quam omnis humana ſapientia, mera ſtultitia eſt? Tum vere regnum coelorum grani ſinapis imaginem habebat, ſpecie puſillum et contemptum, virtute maximum. A quo prorſus vt dixi, ἐκ διαμέτρε (quod aiunt) diſſidet huius mundi ratio. Huiusmodi Silenus fuit contemptus et irriſus ille Martinus Epiſcopus. Tales fuerunt veteres illi Epiſcopi, humilitate ſublimes, paupertate locupletes, gloria neglecta glorioſi. — Sed quia Eraſmus apud Bellarminum *Semichriſtianus* habetur, et dura de eo loquitur Anton. Poſſeuinus *in Adp. Sacr. Voc. Deſiderius et Eraſmus*, et *Bibliothecae ſelectae* Tom. I. p. 114. et 214. et 371: Pontificii ceteri debuiſſent moniti meliora ſequi. Nihilominus Ioannes de Carthage-

thagena, Hiſpanus, Ord. Minorum de obſeruantia prouinciae immaculatae conceptionis, *Hom. Cathol. Tom. II. de ſacris arcanis Deiparae et Ioſephi Hom. VII. num.* 4. ait: *Magni faciebat antiquitas, vt autor eſt Plato in Sympoſio amoris, Silenos, qui ſub figura horrida pulchram intus imaginem continebant. Sed cum hoc diuino Sileno non venirent vllatenus comparandi. Etenim illud ad vnum depingens d. Paulus ad Rom. VIII, 3. ait: Veniſſe in ſimilitudinem carnis peccati. Ecce turpem et deformem, quam hic myſticus Silenus exterius praetendit, figuram. Verum de illo eodem ait, quod eſt ſplendor Patris et figura ſubſtantiae eius. Ecce pulchram et perbellem huius diuini Sileni imaginem intus latentem. Vidi ego non ſemel tam in Hiſpania, quam in Italia, tali perſpectiuae ſcientiae artificio elaboratas imagines, vt, ſi a dextris illas conſpiceres, ditiſſimum Croeſum, ſi vero a ſiniſtris, pauperem Leberidem, hinc Heraclitum illum, illinc Democritum, vnum ridentem et alium flentem, hinc pulcherrimam Lucretiam, hinc teterrimum ſerpentem videres. Hoc ipſo ſupernaturali ac ſupremo artificio factum intueor in Chriſto Domino, Dauide in eius perſona dicente, Pſalmo LXX, 7: Tanquam prodigium, vel, vt vertit Cardinalis Caietanus, tanquam miraculum fortius ſum multis. Si enim ex vna parte illum intuearis, diuitiis affluere non dubitabis: Gloria et diuitiae in domo eius; ex altera vero tanta inuenies paupertate premi, vt diceret: Vulpes foueas habent, filius autem hominis non habet, vbi caput ſuum reclinet, Matth. VIII, 20. Ea vna parte tibi apparebit moeſtus: Triſtis eſt anima mea; ex alia vero laetus: Circumdediſti me laetitia. Ac tandem hodierno die oculis intuentium ſe obiicit tanquam puer paruulus: cum inducerent puerum Ieſum parentes eius. Et tamen aliunde tantae magnitudinis gigas eſt, vt terram tangens, ſimul contingat coelum, vt dixit Salomon Sap. XVIII, 15: Durus debellator, in mediam exterminii terram, proſiliuit, et vsque ad coelum attingebat, ſtans in terra. Ad quod reſpiciens d. Bernhardus dixit Sermon. XXVIII. in Cantica:*

ca: Senſus nigrum renunciat; fides candidum et formoſum probat: manus Eſau, vox Iacob. Haec Carthagena. Ergo dominus Ieſus, diuinus et myſticus Silenus, Satyrorum ſenior, ſemicaper et capripes, et Bacchi cuſtos famulusque. Horrendum! Sequitur tamen Carthagenam Ludouicus Granatenſis, Dominicanus, Chriſtum Silenis comparans, in Duce Peccatorum lib. I. parte II. cap. XI. pag. 191.

Addidi [d]) rogatus Inſcriptionem veterem graecam, ad Vrbem in via Appia effoſſam, dedicationem fundi continentem ab Herode Rege factam, quam praedictus recenſuit *Caſaubonus* et notis inluſtrauit, laudauitque in III. de Synedriis Ebraeorum cap. XIV. p. m. 158. magnus *Seldenus*. Ioſephus Scaliger lib. IV. epiſt. CCCCXXXI p. m. 791. ad Ianum Gruterum: *An Graecam Inſcriptionem nobiliſſimam, nuper non longe Româ effoſſam, videris, ſcire aueo. Eam noluit mihi mittere Caſaubonus, niſi prius commentario ſuo inluſtratam. Itaque eam adhuc exſpecto.* Et lib. II. epiſt. CXL. p. m. 349. ipſum ad Caſaubonum ita ſcribit: *Heri praeſtantiſſimam Herodis Regis Inſcriptionem accepi. Tuae notae non diſcedunt a genio auctoris ſui. Ideo noli quaerere, an placuerint, quum partim a praeſtantia ingenii tui, partim ab ipſa inſcriptione etiam admiratio acceſſerit. Quae quum ſit eiusdem argumenti cum ea, quae literis veteribus ionicis exarata erat: quî factum, vt vel illa tam obſoletis et iamdudum deſuetis characteribus concepta fuerit, haec vero tua communibus literis, altera ſolutâ, haec adſtricta verſuum legibus oratione, non minus miror. Herodem ipſum ſemipaganum, ſemiiudaeum ſcio. Sed de his fortaſſe plura alias omnino dicam. Valde me delectauit illud, quod in eam dictaſti.* Adiicere placet memorati in Caſauboni laudem verba ſequentia e vita Georgii Richteri, Epiſtolis eius praemiſſa, p. m. 45. editionis Noribergenſis MDCLXII.

in

d) Vid *Crenii* Muſeum philologicum et hiſtoricum pag. 337 - 357. R.

in 4to: *De Iſaaco Caſaubono, incomparabili omnigenae eruditionis heroe, memorant, et admirantur hodieque omnes, qui vel legunt, vel audiunt, illum valetudinarium, inter lentos morborum ignes, ſuſpiria, ſtillicidia, aliaque mortis ſatellitia, ſolo animi ardore et conſtantia incredibili fretum, plura elaboraſſe, quam alium, qui flore aetatis et valetudinis faſtigio excelluit; quin et longo denique cum laboribus et morbis conflictu fractum non animo, ſed membris, non mentis acie, ſed organis, ad vltimum vsque ſpiritum in demandato munere ſumma cum laude perſtitiſſe.*

Alio, cum Deo, tempore dabo Salmaſii duarum Irſcriptionum veterum, Herodis Attici Rhetoris et Regillae coniugis honori poſitarum, explicationem, cum eiusdem ad Doſiadae Aras., Simmiae Rhodii Ouum, alas, ſecurim, Theocriti fiſtulam notis admodum eruditis [e]). In praeſentia gratificari quoque volui amicis, quatuor illas, mihi quae adhuc reliquae fuerunt e MSctis, quarumque vna praeſenti ſuper libro ad Scipionem Gentilem exarata, Iſaaci Caſauboni epiſtolas, nunquam antehac in publico viſas, et ideo ſumma cupiditate a me expetitas, vndique ceteras quoque ſummorum virorum, quas in ſcriniis epiſtolas ineditas ſeruo non paucas, protrudendi quaerens occaſionem in publicum. An vero diſputationem ſuam, vt vocat Exercitat. XIV. ad Baronium §. IV. p. m. 319. optimae editionis Londinenſis MDCXIV. in folio, laudatus vnquam ediderit Caſaubonus, *de Cura vniuerſalis eccleſiae, in primitiua eccleſia omnibus epiſcopis communi*, ignoro plane. Illud autem mirum, quod Theodorus Buſſius ad Ioannem Kirchmannum Epiſt. CCII. in Gudian. pag. m. 273. editionis Vltraiectinae MDCXCVII. in 4to ſcribit: *Caſaubonus aliquid contra*

e) Fidem datam liberauit *Crenius* in Muſei Philologici Parte II.

Baronii Annales affectum habet, quod tamen in Gallia non edet, ſi vnquam edet: ipſe enim haeret animi, non tam Pontificiorum, quam ſuae partis hominum inuidiam metuens. Sic enim autumat, ſe parem gratiam Geneuae, quam Romae ſcripto eiusmodi meriturum. In Angliam videtur omnino adſpirare, quorum eccleſiaſticam politiam magis probat, certe ab illa Hugenottarum plane abhorret, quam in ſententiam plurima eſt nobiscum locutus. Niſi per Thuanum aliosque paucos ſtaret, iamdiu abiiſſet: ibit tamen hoc autumno, ſaltem videndi Regis cauſa, qui ipſum vix dimittet.

Tandem inuenies Ὀλυμπικὸν Ἀγῶνα Viri omnium ſeculorum memoria digni, b. D. Aegidii Strauchii, quem legiſſe non poenitebit, cum eximia Diſſertatione hiſtorica de Serapide, Aegyptiorum Deo maximo, Cl Dn. M. Ioannis Lehmanni, hominis naturae dotibus ac eruditione non ſpernenda inſignis. Celeberrimi Olympiadum Scriptoris Phlegontis Fragmentum non ſolum habemus ex editione Ioannis Meurſii; ſed et inuenimus Pindaro praefixum, qui prodiit Oxonii MDCXCVII. in folio. Cui quod integras notas, praefationes et epiſtolas, ipſis editoribus Anglis Pindari, in praefatione tantopere laudati Eraſmi noſtri Schmidii, (vt de Ioannis Benedicti Commentariis, Salmurii vulgatis a. MDCXX. in 4 nihil dicam,) non adiecerint, dicere non habeo, resque alio ſpectat. Haec tantum in praeſentia volui. *Vale*, ſequentemque hanc e lib II. Epiſt. CXV. p. m. 301 ſeq. editionis Lugduno-Batauae MDCXXVII. in 8. Ioſephi Scaligeri ad Iſaacum Caſaubonum, ſuper huius de Satyra librum et Florentis Cyclopem epiſtolam; notas vero memorati Scaligeri in Epiſtolis omiſſas in Cyclopem Euripidis, ipſi illi epiſtolae, in Opuſculis Ioſephi Scaligeri, Francof. MDCLXIV in 8. euulgatis, p. m. 381 ſeq. exſtanti, ſubiunctas, coronidis vice accipe.

IOSEPHVS

IOSEPHVS SCALIGER

ISACIO CASAVBONO.

Nemo viuit hodie, qui melius de me meruerit, quam tu. Omitto amorem tuum in me, qui aeſtimari non poteſt. De doctrina tua loquor, ex qua quotidie haurio, qui melior et doctior, καὶ κρείττων ἐμαυτοῦ fiam. Alii, qui tua legunt et admirantur, non ita ἔνααθαι αὐτῶν poſſunt, vt ego. Propterea in beneficiariis tuis primus locum occupaui; et qui de ſcriptis tuis iudicare ſolent, quamuis, vt debent, optime de illis ſentiunt, tamen patiantur ſe vinci a me, qui melius, quam vllus eorum te noui, et familiarius ad tua ſcripta admittor quotidie. Quantum enim me liber tuus de Satyra oblectauerit, quam multa me docuerit; dicerem, niſi modus epiſtolae me in ordinem redigeret. Omnino totum devoraui, et nihil in eo deſideraui, niſi quod mecum praeclarius ageretur, ſi longior fuiſſet, vt longiore bono fruerer. Itaque nemo eſt, cui in literis plus debeam, quem magis ſuſpicer, in quo bonarum literarum theſauros omnes repoſtos ſciam, quam tu. Quo magis a te exigo, vt in Polybio pergas, quem nemo, praeter te, nobis talem dare poteſt, qualem ego exopto. Quia enim totum nobis inuidit iniuria temporum, id quod nobis relictum eſt, quis melius exornare poſſit, quam tu? Scriptoris illius me ſtudioſum fuiſſe profiteor. Sed quae ad illum notauimus, in alieno libro repoſita ſunt, et nulla ſpes eſt recipi; et praeterea non ſunt tanti, vt aut editionem tuam morari debeant, aut exſpectationi tuae ſatisfacere. Non ſolum contentus fui lectione libri tui de Satyra, ſed etiam, vt honorem haberem manibus et memoriae Florentis noſtri, Cyclopem Graecum reuiſi; quae olim, quum Geneuae eſſemus, in ora libri annotauimus, et quae praeterea nunc inter legendum ſuccurrerunt, in ſchedion coniect, vt te non ſolum magiſtrum, ſed etiam cenſorem habeam. Nunc feruet Chronologia: omnes hoc forum excalfaciunt. Aliquot ſimioli noſtri hoc anno ferias ſuas ediderunt, ἑλικτὰ πάντα κ' οὐδὲν ὑγιές. Solus deſiit

nugari ignoratus hactenus Sethus Caluiſius, homo Germanus, qui accuratiſſimum Chronicon edidit, noſtrarum rationum munimentis inſiſtens, vt ne latum quidem unguem ab illis diſcedat. Eum librum, propterea quod ad nundinas delatus non eſt, videre non potuiſti; quem vero ego habeo, ipſius auctoris liberalitate ad me miſſus eſt, eleganter, vt captus Germanorum eſt, compactus, deauratus, pumicatus. Tamdiu ego miſellus in ſterquilinio delitui, donec repertus eſt iſte bonus et doctus vir, qui rationes noſtras in lucem proferret, earumque fructum huic ſeculo βαρβαρίζοντι proponeret. Viuet ille liber. Calliſthenem illum nunquam vidi: et quia a Pſeudogurionide citatur, omnino Latinum fuiſſe, non Graecum, quem ille vidit, neceſſe eſt. Nam Graeciſmi imperitum eum vincunt ſcripta eius. Iſtiusmodi ὑποβολιμαίων ſcriptorum monſtra olim fuerunt, in quibus Dares Phrygius, Dictys Cretenſis, qui hodie latini exſtant. Eos etiam Graeci habuerunt, quorum fragmenta in Cedreno exſtant. Quid dicas de Epitome Iliados epica latina, quam ridicule Pindarum Thebanum proſcripſerunt? Quid Ariſtaeas ille, quam antiquus eſt, vt etiam a Ioſepho citetur? quod eſt τῶν ἑλληνιστῶν Ἰουδαίων παρεγχείρημα. Quid Ecataeus de Iudaeis, quem ab iisdem Helleniſtis antiquitus confictum fuiſſe, manifeſto ex Origene colligitur? Quid Pſeudoſibyllina oracula, quae Chriſtiani Gentibus obiiciebant, quum tamen e Chriſtianorum officina prodiiſſent, in Gentium autem bibliothecis non reperirentur? Adeo verbum Dei inefficax eſſe cenſuerunt, vt regnum Chriſti ſine mendaciis promoueri poſſe diffiderent. Atque vtinam illi primi mentiri coepiſſent. Vale. Lugduni Batauorum III. Cal. Nouembr. Iuliani CIↃIↃCV.

Ad nouam verſionem Polybii vltro te hortor. Nam illa Muſculi ridicula eſt, Perotti ad quinque libros manca. Aliam non vidi. Iterum vale.

QVAE-

QVAEDAM
IN CYCLOPEM EVRIPIDIS
CARPTIM
A
IOSEPHO SCALIGERO
ANIMADVERSA.

ʽΗνίκ᾽ ἐκ μανεὶς Ἥρας ὕπο) non ἐμμανής [a]).

— — ἐν πρύμνῃ δ᾽ ἄκρᾳ αὐτὸς λαχὼν ἔυθυνον ἀμφῆρες δόρυ [b]). τὸ ἀμφῆρες δόρυ eſt τὸ δίκωπον σκάφος, vt alibi, νεὼς μελαίνης κοῖλον ἐμβῆσαι σκάφος διπλαῖσι κώπαις τῆς δ᾽ ἀποσελῶ χθονός. ἀμφηρικὸν vocat Thucydides. Eiusmodi erant τὰ ληστρικὰ σκάφη. λαχὼν igitur, non λαβών. Et de nauigio, non de clauo τὸ εὐθύνειν intelligendum.

παῖδες μὲν οὐ μοὶ) id eſt, οἱ ἐμοὶ [c]).

βρομίῳ πόλιν ἐοίκαμεν εἰς βαλεῖν) Lege εἴργμεν [d]).

κακῶν τε λῆσις) non λῆστις [e]).

ἰδὲ τάδ᾽ ὑμῖν ποιμνίων βοσκήματα) non ποιμένων [f]).

— — σχοινίνοις τ᾽ ἐν τεύχεσι) non σχοινίοις [g]).

Ὢι μοι. πυρέσσω συγκεκομμένος τάλας) κυριολογία. Inde συγκοπή [h]).

κατὰ τὸν ὀφθαλμὸν μέσον [i]) Ridicule. Quomodo quis vinciri poteſt κλοιῷ τριπήχει κατὰ τὸν ὀφθαλμόν. Legendum;

 δήσαν-

a) Verſ. III. b) V. XIV ſeqq.
c) V. XXVII. al. παῖδες μὲν ἦν μοι.
d) V. XCIX. e) V CLXXI.
f) V. CLXXXVII. g) V. CCVII.
h) V. CCXXVII. i) V. CCXXXIV.

— — — δήσαντες δέ σε
Κλοιῷ τριπήχει, καὶ τὸν ὀμφαλὸν μέσον,
Τὰ σπλάγχν' ἔφασκον ἐξαμήσασθαι σέθεν [k]).

ἀποδώσειν τινὶ πέτρους μοχλεύειν) Paullo ante exenteratum iri dicebat: hic exenteratus imponitur naui deportandus ad metalla lapidum, vt ibi poenae ſeruus ingentia ſaxa moliatur; quomodo, qui exenteratus fuerit? Multas eiusmodi Euripidis ἀλογιστείας deprehendimus alibi paſſim.

τὰ καινὰ γὰρ τῶν ἠθάδων, etc.) Ita melius, neque vulgatam damnamus [l]).

αὐτὸς ἔχ'.) id eſt, εἰς κεφαλὴν σοί. Ita olim notauimus in margine libri [m]).

πολλῷ πέποιθα, καὶ δικαιότερον λόγῳ [n]) non λέγω.

Ὀδυ. Θεοῦ τὸ πρᾶγμα [o]) Retrahe huc duodecimum verſum et ita continua:

ὀδυ. δύσφορά γ' ὀνείδη. φρυξὶν οὐκ ἐδώκαμεν.
ὁ τ. Θεοῦ τὸ πρᾶγμα· μηδὲν αἰτιῶ βροτῶν.

Ita: nos ipſi ſumus, qui Troiam vaſtauimus. Sed non noſtrum eſt factum, quod tot δυσφόρητα ὀνείδη Phrygibus dedimus; ſed Deus in cauſa eſt, qui ita decreuerat. Quis non miretur, illum verſum hinc tam procul ſubmotum?

Γεραίστιοί τε καταφυγαί, τά θ' Ἑλλάδος [p]). τᾶς θ' Ἑλλάδος.

ἐν στέγοντι γαστέρ' ὑπτίαν [q]). Inepte, τοῦ στέγων τε γαστέρ' ὑπτίαν. Muniens ſaturum ventrem πέπλῳ. Tegens ventrem, vt poſtea dicit.

τὴν σάρκα διαφόρητον [r]). non δυσφόρητον.

χο.

k) Pro σέθεν, quod in fine verſus ſequentis legitur, ponendum βίᾳ.
l) V. CCXLIX. Vulgata habet ἐκ τῶν ἠθάδων.
m) V. CCLXIX. n) V. CCLXXIII.
o) V. CCLXXXIV. p) V. CCXCIV.
q) V. CCCXXV. r) V. CCCXLIII.

χο. εὐρείας φάρυγγος. *s*). Ponendum ἡμιχορος, non χορος. Nam dimidium chori, progreſſum, antro iam paratis epulis Cyclopem inuitat: alterum Semichorium intus relictum eſt.

ἑφθὰ καὶ ὀπτὰ κατ' ἀνθρακιᾶς *t*). non καὶ ἀνθρακιᾶς.

μόνος μόνῳ κόμιζε πορθμίδος σκάφος *u*) *Solus ſoli mihi confer hanc celocem*, vt Plautus, fortaſſe huc alludens, loquitur. Vult eum integram famem ad has epulas adferre.

χαιρέτω μὲν αὖλις ἥδε *x*). Hic praeponendum alterum ſemichorium: ἡμιχ. χαιρέτω μὲν αὖλις ἥδε. Semichorium auerſatum Cyclopis prandium foras egreditur. Itaque inter verſiculum μόνος μόνῳ, et χαιρέτω μὲν αὖλις, canticum interiectum eſt ab iis, qui modos faciebant.

ἀποβώμιος ἂν *y*), non ἐάν. Alioquin non parua caligo offuſa erat.

εὐτραφέστατον πάχος *z*), non ἐντρεφέστατον *a*).

σκύφος τε κισσοῦ *a*). Nullus ederae truncus tantus eſt vspiam terrarum, vt ex eo pocillum palmari magnitudine confieri poſſit. Hic tamen σκύφος κισσοῦ eſt latum tres cubitos, profundum quatuor. Papae! eſt ἀλογιστία Euripidis.

ὀβελούς τ' ἄκρους *b*) Obſcuriſſimus et maxime inconcinnus locus. Ponam veram lectionem:

Ὀβελούς τ' ἄκρους μὲν ἐγκεκαυμένους πυρί,
Ξεστοὺς δὲ δρεπάνῳ τἆλλα, παλιούρου κλάδων.

Verua ex paliuri, duriſſimi ligni, ramis aut ſudibus, praeuſtis quidem igne acumine, reliquo haſtili falce dedolatis. Apud Athenaeum legendum κλάδων, non κλάδον. Εὐριπίδης ἐν Κύκλωπι λέγει παλιούρου κλάδων. Quam inepta ſententia antea concipiebatur, quum videretur poeta dicere,

s) V. CCCLV. *t*) V. CCCLVII.
u) V. CCCLXI. *x*) V. CCCLXII.
y) V. CCCLXIV. *z*) V. CCCLXXIX.
a) V. CCCLXXXIX. *b*) V. CCCXCII.

cere: verua non falce dedolata eſſe, ſed paliuri ramo. Haec ſunt plane delira, vt taceam inconcinnitatem verſus.

παίων πρὸς ὀξὺν ϛόνυχα) non γ' ὄνυχα c).

ἀνέπεσε φάρυγος αἰθέρ᾽ ἐξιεὶς βαρύν). non φάρυγγος αἰθέρ᾽ ἐξιεὶς βαρὺν d).

ἐδέξατ᾽ ἐξέσπασ᾽ ἄμυϛιν e) non ἔσπασεν.

χηρεύομεν. τὸν δ᾽ ὐκ ἔχομεν κατεκφυγεῖν f). non καταφυγεῖν.

ῥυσμοῖσί νιν σφίγξαι μενοινᾷς g). non ῥυθμοῖσί νιν σφίξαι.

ὀφθαλμὸν, ὥσπερ σφηκιὰν, ἐκθλίψομεν h). non ἐκτρίψομεν.

ἠμί. μακάριος i). Sunt ᾄσματα ἐπικώμια, quibus ad κῶμον inuitatur Cyclops ſatur. Beatus, qui bene ſatur et appotus, odoratus nitentes capillos, ad fores amicae cantat: θύραν τίς οἴξει μοί;

χλιδανὴν ἔχων ἑταίραν k). Nam χλιδανῆς ἑταῖρος, quod vulgatum eſt, ineptiſſimum.

μυράχριϛος λιπαρὸν l). non λιπαρός. Horatius lib. II. Carminum Od. VII, 7. *Coronatus nitenteis malobatro Syrio capillos.* μυρόχριϛος ξανθὸν λιπαρὸν βόϛρυχον.

γάνυμαι καὶ δαιτὸς ἥβης m). Quo illud ἥβης? Scribendum putarim, γάνυμαι δὲ δαιτὸς (αἰβοῖ.) Eſt ἐπίφθεγμα ſaturorum hominum: hoc enim dicens ructat. Eſt enim exſultantis. Ariſtophanes, Αἰβοῖ ὐκ ἔϛιν ὐδὲν τῦ πέτεσθαι γλυκύτερον. Scholion: αἰβοῖ, τὸ αἰβοῖ ὐ μόνον ἐπὶ χετλιασμῦ ἔϛιν, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ ἡδονῆς, ὡς καὶ ναῦ.

σκάφος

c) V. CCCC.
d) V. CCCCIX.
e) V. CCCCXVI.
f) V. CCCCXXXXIX.
g) V. CCCCXLVI. Cf. *Caſaubonum* lib. I. c. VI. p. 170.
h) V. CCCCLXXIII.
i) V. CCCCXCIII.
k) V. CCCCXCVIII.
l) V. CCCCXCIX.
m) V. DII.

σκάφος ὁλκὰς ὡς n). Euripidea phraſis, σκάφος ὁλκάς. μανίας λύσσημα, in Oreſte. δρομὰς κῶλον, in Helena latina *victricia arma.*

χο. καλὸν ὄμμασι δεδορκὼς o). Praeponenda Semichorii nota: ἡμιχ. καλὸν ὄμμασι. Eſt enim idem ſemichorium, quod antea, inuitans εἰς κῶμον.

καλὸν ἐκπερᾷ p) Obſcuriſſima ſunt ſequentia, idque propter mutationem perſonae ſecundae in tertiam. Alloquuntur enim Cyclopem inuitantes ad amicam ἐπὶ κῶμον, a qua in antro ait eum exſpectari, καλὸν ὄμμασι δεδορκὼς καλὸς ἐκπέρᾳ μελάθρον. φιλεῖ τὶς ὑμᾶς. Eſt quaedam Nympha, quae vos deperit, σὸν χρόαθ᾽, quae te tuumque corpus deperit, vtpote τέρεινα ἐντὸς ἄντρων. Illud (λύχνα δ᾽ ἀμμένα δαίει) includenda parentheſi. Ita lux reddita obſcuriſſimo loco.

καταθὲς αὐτὸν ἐς μέσον q). non κάθες αὐτὸν εἰς μέσον.

θὲς δὴ τὸν ἀγκῶν εὐρύθμως, κᾆτ᾽ ἔκπιε, ὥσπερ μ᾽ ὁρᾷς, πίνοντα, χ᾽ ὥσπερ οὐκ ἐμῶ r) non οὐκ ἐμέ. Nam ingurgitabat ſe Cyclops, ita vt vinum redundans eiiceret. Ipſum docet Silenus, compoſito cubito paullatim bibere, ne vinum vomat.

παρεντρέπισαι δ᾽ οὐδὲν ἄλλο s). Mira verbi elegantia. Vt παρορᾷν aliquid perperam videre, vel potius aliquid omittere videndo; ſic παρευτρεπίζειν, quum aliquid deeſt, quod apparandum erat. Sic *nihil hic, niſi carmina deſunt,* οὐδὲν πάρευτρέπισαι πλὴν τῶν ἐπαοιδῶν.

Χώρει

n) V. DIII. o) V. DIX.
p) V. DX. q) V. DXLIV.
r) V. DLX ſeq. s) V. DXC.

Χώρει δ' ἐς οἴκους, πρίν τι τὸν πατέρα μαθεῖν Ἀλαλαγμὸν, ὥς σοι τἀληθὲς ἐστὶν εὐτρεπῆ *t*) non ἀπαλλαγμὸν et τ' ἀνθενδ'.

καὶ τάδ' ὄμματα μέτεστιν ἡμῶν κόνεως *u*) Barbare et inepte. Immo καὶ τὰ δ' ὄμματα μέστ' ἐστὶν ἡμῶν κόνιος, ἢ τέφρας ποθέν.

πάλαι μὲν ᾔδει σ' ὄντα τοιοῦτον φύσει *x*). Ἀττικῶς ᾔδει, ἐτετύφει, ᾔδειν, ἐτετύφειν.

ὁ μιαρὸς, ὅς μοι δοὺς τὸ πῶμα κατέκαε *y*). non κατέκαυσε.

καὶ δεδορκότως λέγε *z*). Plane ita olim in ora libri annotatum eſt ante 31 annos.

t) V. DXCII ſeq. *u*) V. DCXXXV ſeq.
x) V. DCXLV. *y*) V. DCLXXIII.
z) V. DCXCVII. Confer Caſaubonum lib. I. c. VI. p. 171.



NOBILIS-

NOBILISSIMO VIRO IOHANNI DE RIEU, RVTENORVM PRAESIDI,

ISAACVS CASAVBONVS S. D.

Obſtrictam tibi fidem ante aliquot annos, cum vna Mompelii eſſemus, tuque domum ad me, viſendi et ſalutandi cauſa, veniſſes, quae tua eſt humanitas et in literas ſingularis amor, Praeſes digniſſime, ſerius quidem, ſed eo cumulatius iam tandem libero. Diatribam enim ſuper Romanae Satirae natura atque appellatione, cum inter colloquendum de literarum ſtudiis in eum forte ſermonem incidiſſemus, tibi pollicitus; ne tam benignus creditor ſortem ſine aliquo fenore, longo adeo praeſertim interuallo, reciperes: diſputationem aliam adieci, vt non plane eiusdem, ita nec vsquequaque diſſimilis argumenti. Nam qui ſciremus, non mediocriter ſolum eruditos cum vulgo credere, ſed longe doctiſſimos etiam viros et ſummae in literis auctoritatis docere, genus illud latinae poeſeos a Graecorum Satyrica originem ſimul ac nomen traxiſſe, quum ſecus rem habere nobis perſua-

ſiſſemus,

ſiſſemus, ne ſine iuſta ſatis cauſa a communi hac et omnibus ferme recepta opinione videremus diſcedere: faciendum eſſe duximus, vt de vtraque poeſi, quae veniebant in mentem, vna eademque opera ſcriptis mandaremus. Accipe igitur, Praeſes clariſſime, et quod ſapientes haud minoris fecerint, vir doctiſſime, non, vt ſpoponderam, paucarum horarum diatribam: ſed aliquot ſaltem dierum lucubrationem, tuo nomini multo etiam prius, quam naſceretur, dicatam, meritiſſimeque conſecratam. Etſi enim magno et locorum et temporum interuallo diuidimur: haeret tamen animo nihilominus, ſemperque haerebit, mutui amoris noſtri iucundiſſima memoria, et honoris eius grata recordatio, quem ſtudiis meis aliquando habuiſti, cum, vt fructus illorum aliquis in vulgus manaret, vigiliaeque noſtrae publicarentur, quia Mompelii res erat propter loci conditionem difficilior, nullis parſurum te ſumtibus, et verbis prolixe oſtendiſti, et re etiam luculente probaſti. Equidem non ſum adeo ignotus ipſe mihi, vt, quae a me fuerint profecta, tanto hoc cuiusquam, nedum tuo, viri eruditiſſimi, ſtudio digna cenſeam: tu tamen, quum amore noſtri aciem iudicii tui praepediente aliter ſentires, praeclare hoc pacto, quantum humanitatis literis tribueres, palam feciſti. Simul amentiam illorum auctoritate ſententiae tuae confutaſti, quos nihil pudet exquiſitiorem linguarum et antiquitatis notitiam, ceu Reip. inutilem, pietati vero etiam aduerſantem, differre conuitiis ac diffamare. Qui error

fanati-

fanaticus cum, occulto quodam Dei iudicio per multa ſecula hominum mentes occupaſſet: memoria demum auorum pene vndique e Gallia noſtra profligatus, certorum nunc hominum ſcelere immani in eamdem et vniuerſam quoque Europam reuocatur. Quid? nonne ſuperioribus menſibus ſacerrimus liber prodiit*), quo impietatis omnes promiſcue arceſſuntur, qui poſt literarum παλιγγενεσίαν cum aliqua laude in iis ſunt verſati? Aut quisquam dubitet, melioris literaturae perniciem eos moliri, qui nefario auſu in doctiſſimum quemque noſtrae aetatis, et de rep. literaria optime meritum, tanta cum petulantia atque impudentia inuehuntur? Saltem ſi maledicere volebant, portentis mendaciorum abſtinerent; ſi ſcribere geſtiebant, latine ſcriberent. Nam quis barbariſmos, ſoloeciſmos, ſtribligines eorum enumeret, aut

*) Forte *Amphitheatrum honoris contra Caluiniſtas*, a *Carolo Scribanio*, ſub ficto *Clarii Bonarſcii* nomine, editum, ſignificat Noſter. Peſſimi libri auctorem primus agnouit *Ribadeneira* in Catalogo Scriptorum Societatis Ieſu (Antv. 1613.) Habuit vero Scribanius, cur nomen occultaret ſuum. Ea enim defendit dogmata, quae monarchomachica recte dixeris, quaeque illa aetate a *Mariana*, *Roſſaeo* et *Santarello* plurimis libris tradita fuiſſe ſcimus. Senſit etiam libri turpitudinem *Cottonus*, qui eum a Ieſuita quoquam conſcriptum coram Henrico IV, Galliarum rege, negauit. Sed fuit Scribanius *Ieſuita*, et Collegii Antwerpienſis, deinde Bruxellenſis Rector. De cuius vita et *ludo in ſeculi amorem inimicum amori diuino*, verſibus iambicis ſcripto, vide, quae habet *Freytag* in Adparatu literario Tom. II. pag. 1349. *R.*

aut patienter ferat? Non hortabor te, Praeſes integerrime, vt certo huic iſtorum male conciliatorum furori te opponas, quod in te fuerit; ne prudentiae et conſtantiae tuae in amore literarum videar diffidere. Gratulabor potius bonitati naturae tuae, quae neque in ratione ſtudiorum, neque in adminiſtratione reipubl. a recto tramite et via regia deflectere unquam ſe ſiuit. Quamobrem qui et bonas artes ſemper ornaris, et bonas partes fortiſſime ſemper defenderis, magnumque ex ea re nomen tibi pepereris: pulcherrimam hanc laudem illibatam ad extremum te conſeruaturum, omnes ſperamus, qui excellentem virtutem tuam habemus notam: atque adeo, vt ita facias, ex animo optamus. Vale. Lutetiae Pariſiorum IX. Kalendar. Septembr. cIↄ Iↄc v.

INDEX CAPITVM,

QVAE
DVOBVS HISCE LIBRIS
CONTINENTVR.

LIBRO PRIMO

CAPVT I.

De SATYRICAE poeſeos origine, et appellationibus. ἀρχέτυπον σημεῖον γενέσεως omnium inuentorum. Poetices principia ὑπάλληλα tria, ἡ φύσις, τὰ αὐτοσχεδιάσματα, ἡ τέχνη. De his accommodate ad propoſitum argumentum ordine dictum. Feſtorum dierum origo et cauſae. Quomodo et per quos gradus inde nata SATYRICA cum Tragoedia et Comoedia. τρυγῳδία ſiue τραγῳδία commune nomen. Athenaei locus emendatur. Σατύρων προσαγωγή. Σάτυροι et Σάτυρος pro fabula ſatyrica: item Σατυρικόν. Locus Xenophontis illuſtratur. *Satyri* et *Satyrica* apud Latinos. Error eorum, qui Satyricam graecam vocant *Satyram*. Donati error. Satyra Graecorum, οἱ σίλλοι, non ἡ σατυρική.

CAPVT II.

Illuſtratur SATYRICAE definitio ὀνοματώδης. Cur Satyri initio in hanc poeſim inducti, variae cauſae afferuntur, eaeque ordine expoſitae. De choro Bacchi duplici: vetuſtiore e Nymphis et Muſis; recentiore, additis Satyris, Silenis, aliis. Orpheus illuſtratur et corrigitur. *Satyri* qui, quam vetuſti, quo genere orti? Λευκαλίδας

χαλίδαι et Δευκαλίωνες. Error credentium, exſtare in rerum natura Satyros. Hiſtoria hominis cornuti. Satyrorum et Silenorum veriloquium varie expoſitum. σεσηρέναι. σατυρὸς, libidinoſus Σατύρα proprium nomen. σάτηρ et διασάτηρ voces Dorum. Φῆρες et φηρέες Satyri Atticis et Ionibus. Locus Suidae animaduerſus. Appellationes communes Baccho et eius miniſtris: *Sabus*, *Satyrus*, *Lenaeus*, *Bacchus*. Βακχέχορος vox Orphei. Is poeta pluries emendatus. De recondita Satyrorum et Silenorum ſapientia. Silenus a Mida captus. Silenus Virgilii. Socrates Silenus dictus. Mos artificum ſtatuariorum Athenis Marſyas ἐπὶ συνέσει καὶ σωφροσύνῃ θαυμαζόμενος. De figura Satyrorum et Silenorum. Sintne iidem Satyri et Sileni? Gemma pulcherrima, Bacchi chorum ob oculos ponens; et eiusdem dilucidatio. Mos pingendi ludos. Δενδροφορίαι Bacchi et aliorum deorum. Bacchus κάρπιμος, idem varie depictus. Sileni eius βαίκλοι: Satyrorum epiſtatae. Loci aliquot Orphei correcti. Variae formae Silenorum, et caluities ac barba Satyrorum vultus. Locus Ariſtotelis emendatus. Σατυριασμὸς triplicis morbi nomen. Tumor circa aures Satyrorum. Φηρᾶα Satyriaſeos et priapiſmi differentia. Auiſenae locus animaduerſus, Cauda Satyrorum. Tityri. Cornu Amaltheae inter Bacchi πομπεῖα: item cantharus, et perſonae. θύρσος et νάρθηξ. Baccharum ludicra. Περισφύριον. tibiae binae.

CAPVT III.

De perfecta ab arte SATYRICA. Genus illius inueſtigatur a partitione poeſeos, quae apud Platonem et Ariſtotelem. Locus Ariſtotelis illuſtratus et emendatus. ὁτὲ μεν, non ſequente ὁτὲ δὲ. Differentia inter μιμεῖσθαι δρῶντας et μιμεῖσθαι δρῶντα. Δραματικὴ et δράματα vnde ſint dicta? Locus inſignis Ariſtotelis illuſtratur, et ter quater emendatur. Πράττειν pro tragoediam componere. *Fabula* vnde dicta? Diomedis locus animaduerſus. Dramaticae poeſeos ſpecies varie recenſitae veteribus. Noua earundem diuiſio. Finis dramaticae. Οἱ διδάσκοντες Οἱ τοῦ γέλωτος ποιηταὶ μῖμοι γελοίων Mimorum ſpecies, παίγνια et ὑποθέσεις. SATYRICA media inter tragoediam et comoediam. Τρυγῳδία pro *Satyrica*. Horatii locus illuſtratur. Affinitas SATYRICAE cum tragoedia; item differentia. Affinitas SATYRICAE cum comoedia. L. Sullae

Sullae σατυρικὴ κωμῳδίᾳ. σατυρίζειν et κωμῳδεῖν. σατυρικὸς φίλος, κωμικὸς, τραγικός. Propria SATYRICAE: chorus e Satyris, item perſonae ridiculae Burris. Breuitas fabulae et ſimplicitas: dicacitas hilaris potius, quam palam obſcena: character verſuum Satyricorum: SATYRICA tragicis dramatis interiecta aut ſubiecta. Mos tragicorum poetarum, quaternis fabulis certandi. τετραλογίᾳ τραγικῶν et τριλογίᾳ. Colligitur definitio SATYRICAE. Variae tragoediae παρεκβάσεις.

CAPVT IV.

De nonnullis, quae SATYRICAE extrinſecus accidunt. Artes ſubſidiariae poeſeos dramaticae: partes dramatices ὄψεως κόσμος, et μελοποιΐα. De perſonis Satyricis et earum ornamentis. Locus Pollucis illuſtratus. Πάππος, παππίδιον, παπποσείληνος. Ἰζώνη, ἰσάλη, ἰξαλῆ. Locus Hippocratis iam olim διττογραφούμενος. Φόβαι ὀρθότριχες in capitibus Satyrorum. Παρδαλῆ ὑφασμένη. Θύρσιον Διονυσιακόν. Χλανὶς ἀνθινὴ Satyrorum. Χορταῖοι χιτῶνες Silenorum. Apparatus ſcenae ſatyricae. De ſaltatione ſatyrica. σόβοι. σόβαι in manibus Satyrorum. σοβάς. κονίσαλος. σικιννισταί. Athenaei et Plutarchi loci emendati. Pyladis et Bathylli ſaltatio. ὑπόρχημα διατίθεσθαι. Κῶμος, et de eo obiter nonnulla.

CAPVT V.

De poetis SATYRICARVM fabularum. Σατυρογράφοι. Quando coeperint Satyricae componi? Primus auctor *Theſpis*, aut *Pratinas:* eorum dramata. *Cratinus* male pro Pratina. *Aeſchylus* et *Choerillus* antagoniſtae Pratinae. Agonum ſcenicorum inſtitutio. Mos certandi pluribus dramatis. Τριλογίαι et τετραλογίαι tragicorum. Liberalia trina Athenis. Panathenaea ibidem et Chytri. Mos poetarum in tetralogiis componendis. *Oreſtia* Aeſchyli et Philoclis *Pandionis*. Catalogus poetarum huius generis, et Satyricarum, quae apud veteres nominatae reperiuntur, poſt Theſpidem et Pratinam. *Aeſchylus:* quot Satyricas ſcripſerit? quae illae? Loca animaduerſa in vita Aeſchyli et veteri catalogo fabularum ipſius. Cercyon. Obiter quaeſitum de olympiade, qua natus et denatus Aeſchylus. Eius Σατυρικόν. *Ionis* μέγα δρᾶμα. *Phryni-*

chus tragicus. *Sophoclis* Satyricae fabulae: item *Achaei*, *Euripidis*, *Xenoclis*, *Philoclis*, *Aſtydamantis*, *Iophontis*, *Platonis*, item *Lycophronis*, *Bionis*, *Demetrii*. Comici, qui Σατύρȣς ſcripſerunt. Aenigma de loro, quo appenſa ampulla. O pro OT. ȣ̓ γάρ; Ἐκπίπτειν, non ſtare. πῶλος et παρθένος pecuniae nomina. Poetae οἱ Ταρσικοὶ λεγόμενοι. Tarſenſium extemporalitas. Loca multa apud Athenaeum, Aelianum, Diogenem Laërtium, Pollucem, Heſychium, et Graecos Scholiaſtas corriguntur atque explicantur.

CAPVT VI.

Corollarium huius libri, ſiue in *Cyclopem*, fabulam ſatyricam, notae. *Euripidis* eſſe oſtenditur. κώπης ἄναξ. ἀναπίπτειν. Athenaei locus animaduerſus. Satyricam eſſe probatur, ex choro, ſcena, ornatu, tempore, quo docta fuit. Veris principium in Antheſterione. Alia argumenta ex natura ipſius fabulae. Exitus illius, triſtis an laetus ſit cenſendus? Obſeruatio ſuper inſcriptionibus dramatum. Hanc fabulam eſſe ἠθικήν. Ioci in ea multi illuſtrantur. βλέφ' ὧδε. ἀνὴρ κρόταλον. διακροτεῖν. ἐκπατάσσειν. διακκνάσσειν. Metra ſatyrica. Loca aliquot huius fabulae emendantur. συνασπίζειν εἰς δόμȣς. ἀποθλίβειν. ἀποδρύπτειν. αὐτὸς ἔχει. ἀποχνάυειν. βρύκειν. Δαναΐδες νύμφαι. λελημμένος πτέρυγος. ῥυσμός. δεδορκότως.

LIBRO SECVNDO

CAPVT I.

SATIRAE Romanae forma pro temporibus diuerſa: parum hactenus cognita. Praecipua capita hoc libro tractanda. Antiquiſſima poeſis latina, Saturnii verſus, Feſcennii, et Satira. Quae illa? Initia rei ſcenicae apud Romanos: item incrementa per Liuium Andronicum. Satira ſpreta, poſtquam fabulae doceri coeptae. Eadem redit in ſcenam: ſed aliter atque olim. *Exodiarius*. Atellanarum exodia. ᾀσόδιον. ἐξόδιον. Atellanum canticum.

CAPVT II.

De Satira *Ennii* et *Pacuuii*. Ea cuiusmodi fuerit? Varietas metrorum in illis: item argumentorum. Quadrati verſus,

ſus, non ſoli iambici. *L. Pomponii* Satira. Graeci, qui poemata ex diuerſis metris compoſuerunt *Homeri* Margites. *Chaeremonis* Centaurus Satira Enniana Graecis incognita. Locus Horatii in eam rem correctus. De *Varroniana* Satira. Quomodo prior *Luciliana?* Qualis illa? et quam multiplex in ea varietas? Locus Ciceronis animaduerſus. *Menippus* et *Meleager*, duo ſcriptores σπουδογέλοιοι. Strabo ex coniectura correctus. *Varro* Menippum imitatus. Eius Satirae *Menippeae* dictae et cynicae. Ipſe quoque Menippus cognominatus. Probi error ſuper Satiris Menippi. Character dicendi Menippeus. Παρῳδίαι in legitima ſcriptione vitioſae. Παρῳδεῖν pro conuitiari. Differentia inter Menippi ſcripta et *Varronis* Satiras. *Iuliani* Caeſares. *Luciani* ſtilus. *Senecae* Apocolocynthoſis. *Petronii* Satiricum: item *Martiani*. *Boetbii* liber de conſolatione philoſophiae, Satirae ſimilis.

CAPVT III.

De *Satira Luciliana*. Quomodo Lucilius eius inuentor. Qui differat ab *Enniana*. Varia metra apud *Lucilium*. Materia huius Satirae: imitatio priſcae comoediae in libertate maledicendi. Stilus populo accommodatus. *Pedeſtre eloquium*. *Sermo* et *ſermocinari* de Comicis. Graeca mixta latinis a *Lucilio*. Error Iſidori, qui Satiram facit ſpeciem comoediae. Quomodo tota Romana. Error eorum, qui Satiram cum Satyrica confundunt. Quid differant. Similitudo Satirae cum Sillis. *Timonis* Silli, et *Xenophanis*. Locus Apuleii correctus. Recenſus poetarum, qui poſt Lucilium Satiras ſcripſerunt: et de titulis Satirarum *Horatianarum* nonnulla. Item aliquot locorum emendationes.

CAPVT IV.

De SATYRICA poeſi Romanorum. Atellanae cum Satyrica Graecorum comparatae. Non tamen proprie erant Satyricae. Sullae Σατυρικαὶ κωμῳδίαι, quae? Vere Satyrica carmina apud Romanos obſcura. Montanus poeta. De nomine SATIRA diſputatio. Opinio eorum, qui a Satyrica Graeca deduxerunt, et per *y* ſcribere inſtituerunt. σατυρίζειν, σατυρεῖν, σατύρωμα. *Satyroma*. Confutatur poſita ſententia variis argumentis Religio Romano-

manorum in deriuatione vocum graecarum. Antiquitas vocis huius apud Romanos. Oſtenditur error, ex ſola dictionum ſimilitudine ortus. Cautio neceſſaria in rimandis vocabulorum originibus. Varia ſcriptio huius dictionis. *u* et *i* promiſcue poni in multis. *Satura* et *Satira* idem. Quid proprie *Satura?* Variae illius vocis translationes. Lex *Satura* Per *ſaturam* exquiſitae ſententiae. Eiusdem vocis vſus in librorum inſcriptionibus. *Hiſtoria per ſaturam.* Πίναξ. Quomodo variis poeſeos generibus ante expoſitis idem nomen conueniat, ſingillatim declaratur. *Farrago. Satiricum. Satyricon.*

CAPVT V.

COROLLARIVM huius libri, quo diſcutiuntur duae ab Horatio propoſitae quaeſtiones: AN SATIRA SIT POEMA? ET, AN SIT IVSTVM POEMA? Platonis item et Ariſtotelis placita ſuper natura poeſeos expenduntur.

ADDENDVM.

In pag. 207. et 208. habet Caſaubonus, Iuliani Saturnalia ſiue Sympoſium in veteribus codicibus ita, male vero *Caeſares* inſcribi. *Nec tamen*, inquit lib. IX. Aduerſarior. cap. II. col. 2840. C. Barthius, *Caeſarum titulum ego ſpreuerim, vt quem agnoſcant clare Socrates in Eccleſiaſtica Hiſtoria, Suidas et Zonaras.*

ISAACI

ISAACI CASAVBONI
DE
SATYRICA
GRAECORVM POESI
ET
ROMANORVM SATIRA.
LIBER PRIMVS.

CAPVT I.

ARGVMENTVM.

De Satyricae *poëſeos origine et appellationibus.* Ἀρχέτυπον σημεῖον γενέσεως *omnium inuentorum. Poëtices principia* ὑπάλληλα *tria:* ἡ φύσις, τὰ αὐτοσχεδιάσματα, ἡ τέχνη. *De his accommodate ad propoſitum argumentum ordine dictum. Feſtorum dierum origo et cauſſae. Quomodo et per quos gradus inde nata* Satyrica *cum Tragoedia et Comoedia.* Τρυγῳδία *ſiue* τραγῳδία *commune nomen.* Athenaei *locus emendatur.* Σατύρων προσαγωγή. Σάτυροι *et* Σάτυρος *pro fabula ſatyrica: item* Σατυρικόν. *Locus* Xenophontis *illuſtratus.* Satyri *et* Satyrica *apud Latinos. Error eorum, qui Satyricam Graecorum vocant* Satyram. Donati *locus. Satyra Graecorum* οἱ σίλλοι, *non* ἡ σατυρική.

SATYRICA Graecorum poeſis cum Tragoedia et Comoedia atque vniuerſa dramatica, Scenicorum ſiue Muſicorum ludorum propria olim fuit [a]). Hi dierum feſtorum maxime cauſſa ſunt inuenti: res enim tota eſt

a) Ludi muſici ſiue ἀγῶνες μουσικοί, quorum frequentiſſima eſt apud Graecos mentio, *vel* ludos in vniuerſum omnes ſignificant, in quibus muſica inſtrumenta adhiberi ſolebant, quod ſpectatorum oblectandorum celebritatisque

ἑορταστική *b*). Çelebratio feſtorum duas praecipue cauſſas habuit: honorem diuini numinis, et hominum a conſuetis laboribus ſuis ceſſationem *c*); cui poſtea adiunctus eſt luſus et iocus, quia, vt ait ARISTOTELES, ἀναπαύσει ἔοικεν ἡ παιδία *d*). Vtraque cauſſa a natura eſt, vt et omnium nobilium inuentorum. Natura enim, quod ait vere et docte LONGINVS, πρῶτόν τι καὶ ἀρχέτυπον γενέσεως στοιχεῖον ἐπὶ πάντων ὑφέστηκε *e*). Neque vlla

que augendae cauſſa ſaepiſſime factum fuiſſe, nemo ignorat, *vel* ea potiſſimum certamina, in quibus de principatu contenderent ingeniorumque dexteritatem oſtentarent ii, qui muſicae artis eſſent peritiſſimi. Muſicam autem dum nomino, eam intelligi volo, quae modulatione, canore ac ſonis conſtat. Non enim ſum neſcius, vocem hanc pro omni liberali inſtitutione nonnunquam ſumi. *Quintilianus* Inſtit Orat. lib. 1. c. 10. n. 18. De certaminibus muſicis legenda ſunt, quae in elegantiſſimo libro: *Neue Bibliothek der ſchönen Wiſſenſchaften und freyen Künſte*, P. VII. hac de re diſputantur. Mirifice enim huc faciunt. *Ram.*

b) Ita ſane eſt. Neque obſcurum eſſe cuiquam poteſt, ludos Graecorum fere omnes, maxime vero Olympicos, Pythicos, Nemaeos et Iſthmicos, appellatos fuiſſe *ἀγῶνας ἱερούς*, *certamina ſacra*, tum quod in honorem deorum celebrarentur, tum quod reliquis omnibus eſſent inſigniores. Ἱερὸν enim id quoque vocatur, quod in ſuo genere caeteris praeſtat et magnum eſt. Quare *Archias* Poeta in epigrammate, quod in Anthologia extat:

Τέσσαρές εἰσιν ἀγῶνες ἀν' Ἑλλάδα, τέσσαρες ἱροί.

Ram.

c) Duae praeterea adiungi poterant cauſſae, quarum altera ad iram deorum placandam, malaque omnia auerruncanda pertinet, altera ad homines, virtute rebusque magnifice geſtis conſpicuos, et pro patria mori non timidos. Hos enim et poſt fata ſua colere, hos venerari ſolebant. *Ram.*

d) i. e. *quieti ſimilis eſt ludus.*

e) *Natura in omni genere principium eſt et exemplar gignendi.* LONGINVS περὶ ὕψους c. 2. p. 9. edit. Cel. MORI. *Ram.*

vlla res memorabilis a mortalibus eſt vnquam inuenta, cuius ingenita animis principia et ab initio impreſſa non extarent: quae LONGINVS appellat ἀρχέτυπα ϛοιχεῖα γενέσεως, ſiue elementa generationis, vnde hominum inuenta manant. Horum veniat in mentem neceſſe eſt, quoties alicuius ſcientiae aut artis originem quaerimus. Ideo ſapientiſſimus philoſophorum, ARISTOTELES, cum poetices vniuerſae ortum ſcrutaretur, hac via et methodo vſus, tria haec illius ὑπάλληλα principia propoſuit, τὴν φύσιν *f*), τα αὐτοσχεδιάσματα, τὴν τέχνην: *naturam, initia rudia ſine arte, artem ipſam.* Hanc viam et nos inſiſtemus, dicemusque ordine de his tribus dramaticae poeſeos, quae Satyricam complectitur, principiis. Non enim veterum aut recentiorum grammaticorum placet exemplum, qui de propoſita quaeſtione hoc ſolum ferme nos docent: Satyricam poëſin a Satyris eſſe denominatam, et auctorem illius primum fuiſſe Pratinam, aut neſcio quem alium, de quo poſtea videbimus *ff*). Sed prius, quem inſtituimus ſermonem, perſequamur. Ac quoniam iucundiſſima eſt in tractatione rerum antiquarum ἡ μεταλλεία τῦ ἀληθοῦς, rem paullo altius ab ipſo capite repetamus. Celebrationem igitur feſtorum eſſe homini naturalem, quod ante dicebamus, etiam a veteribus ſapientibus admonemur *). STRABO libro X. Κοινὸν τῦτο καὶ τῶν Ἑλλήνων καὶ τῶν Βαρβάρων ἐϛὶ, τὸ τὰς ἱεροποιΐας μετὰ ἀνέσεως ἑορταϛικῆς ποιεῖσθαι, τὰς μὲν μετ' ἐνθουσιασμοῦ, τὰς δὲ χωρὶς· καὶ τὰς μὲν μετὰ μουσικῆς,

f) Φύσις autem tum ingenii felicitatem vimque excogitandi a natura inſitam, tum impetum illum atque ἐνθουσιασμὸν ſignificat, quo, qui feruntur, *diuino ſpiritu afflati* vocantur *Ciceroni* pro Archia c. 8. Cf. *Voſſium* de artis poëticae natura et conſtitutione c. 11. p. 63. *Ram.*

ff) Lib. I. c. 5. Adde *Voſſium*, quem Caſauboni riuulis prata ſua irrigaſſe, plurimis locis obſeruaui, *Inſtitut. poet.* l. 2. p. 95. *Ram.*

*) De Feſtis leguntur integri tractatus Hoſpiniani, Dreſſeri, Caſtellani, Meurſii et Balthaſ. Meisneri. CREN.

τὰς δὲ μή· καὶ τὰς μὲν μυστικὰς, τὰς δὲ ἐν φανερῷ. καὶ τοῦθ' ἡ φύσις οὕτως ὑπαγορεύει g). Feſtorum dierum cauſſas facit ἱεροποιΐαν, ſacrorum curam, ad honorem deorum, et ἄνεσιν, hoc eſt, laborum intermiſſionem: atque hoc inuentum non tam ab ingenio hominum eſſe profectum oſtendit, quam ab ipſa natura ſuggeſtum; neque Graecorum proprium eſſe, ſed Graecis commune cum aliis omnibus orbis terrarum gentibus: id enim eſt, τῶν Βαρβάρων. Recte quidem iſtud prudentiſſimus *Strabo:* ſed virum πολυμαθέστατον fugit, quod erat praecipuum et momenti maximi. Hic enim tantus omnium, vt ait, gentium conſenſus, non ſolum ab inſtinctu quodam communis naturae eſt profectus, verum etiam a Dei ipſius, qui naturae auctor, inſtitutione ac iuſſione. Dierum enim diſtinctio in ἐργασίμους καὶ ἑορτασίμους, *feſtos et profeſtos*, non hominum eſt inuentum, ſed illius, qui et hominem et omne hoc ſolus eſſe iuſſit, et iubendo fecit. Quod cum nobis ex literis ſacris liquido conſtet, operae pretium eſt animaduertere, quomodo partim retinuerunt, partim ſtultiſſimis inuentionibus diuinum inſtitutum nationes vniuerſae, praeter Hebraeornm τὸν περιούσιον λαὸν, deprauarunt. Quod igitur finem recte deſignarint honorem numinis, et quotidianarum curarum intermiſſionem cum hilaritate quadam ac voluptate: memoriam in eo primaeui inſtituti agnoſcimus. Itaque etiam Hebraeorum magiſtri dierum ἑορτασίμων et omnium ſolennita-

g) Laudat et hunc Strabonis locum e p. 467. (p. 716. edit. Almelov:) *Io. Marshamus*, Anglus, eques auratus, in Canone Chronico ſec. IX. p. m. 193. edit. Lipſienſ. MDCLXXVI. in 4to, qua prae ceteris non ab re vtor, addens: *ab omni populo, ab omni tempore factum eſt. Longe vetuſtiſſimus mos fuit dies ſacros celebrare, et faſtos a profaſtis diſtinguere; eiusque origo a priſcis fuit agricolis, qui (conditis in horreum frugibus) collectarum primitias Diis offerre ſolebant; et quum daretur feriandi occaſio (poſt exactos vertentis anni labores) conuentus celebrabant, vt relaxarent animum et hilaritati indulgerent.* CREN.

lennitatum, quas ille populus obſeruauit, cauſſas ſimillime afferunt, non ſolum iſtas: מְשַׁבַּת, *ἀνάπαυσιν καὶ ἀπὸ τῶν ἔργων ἐκεχειρίαν*, vt ait IOSEPHVS b) de ſabbati inſtitutione loquens, et תַּעֲנִית ſiue תַּעֲנוּת ac מִסְפֵּד, peccatorum expiationem per ieiunia, luctum et ſimiles *κακουχίας* ritus, quos etiam gentium ſuperſtitio agnouit et varie eſt imitata: verum etiam תַּעֲנוּג, id eſt *εὐφρασίαν* et hilaritatem ac iocundioris vitae vſum: vnde etiam laetos illos dies vocarunt יוֹמִים טוֹבִים, *ἀγαθὰς ἡμέρας*: de quorum laetitia multa ſunt praecepta in *Talmud* parte ſecunda, tam in capite מועד כטן, quam in aliis, et in Iad *Rambam*, in eo tractatu, qui inſcribitur טוב הלכות שביתת יום, itemque in libro *R. Moſis Mikkotſi*, quo praecepta vetantia iubentiaque, ſiue, vt ipſi dicunt, negatiua atque affirmatiua et fuſius proſequitur, et diuerſo ordine, quam ipſe Rambam, aut alii. Inſtituti huius auctorem pronunciat PLATO in ſecundo *De legibus* non ſolum naturam, vt *Strabo*, ſed vero etiam Deum. Vnde et iſtud in Graecorum moribus remanſit, quod omnium ſuorum ludorum, ſolennitatum, oblectationum, atque adeo *πάσης εὐωχίας*, vt ait *Athenaeus*, *τὴν αἰτίαν εἰς τὸν θεὸν ἀνέφερον*. Sed qui veri Dei notitiam amiſerant, et modum primitus inſtitutum feſtos dies agitandi erant obliti, tantum in vtroque delirarunt, quantum a prima antiquitate receſſerunt. Deos igitur cum alios ſunt commenti, tum in primis Liberum patrem: quem, cum non ſolum vt vini largitorem venerarentur, ſed ipſam etiam intermiſſionem laborum, *καὶ τῆς συντονίας ἀνάπαυ-*

 παυ-

b) Idem lib. III. Antiquitat. c. 10. fol. m. 93. edit. Colon. MDCXCI. in fol. *Nullum agitur feſtum ſine holocautomate et laborum vacatione. Scilicet,* ſubiiciente Marshamo loco paullo ante citato p. 192, *duae ſunt Feſtorum cauſſae, Dei honor, et laborum intermiſſio. Quotidianorum laborum intermiſſionem ſecuta eſt* hilaritas *et iucundioris vitae vſus. Quod apud gentes notiſſimum, etiam ab Ebraeis obſeruatum eſt. Praecepta enim multa ſunt apud magiſtros de laetitia dierum illorum, quos* bonos dies *vocant.* CREN.

παυσιν, vt ait *Ariſtoteles*, ferrent illi acceptam, vt primo feſtiuitatis omnis auctori, Lyaeum, Methymnaeumque propterea dixerunt. ATHENAEVS libro IX: *Τὰς εὐωχίας ἐκάλουν οὐκ ἀπὸ τῆς ὀχῆς, ἥ ἐςὶ τροφὴ, ἀλλὰ ἀπὸ τοῦ κατὰ ταύτας εὖ ἔχειν. εἰς ἃς δὴ συνιόντες οἱ τὸ θεῖον τιμῶντες, καὶ εἰς εὐφροσύνην καὶ ἄνεσιν αὑτοὺς μεθιέντες, τὸ μὲν ποτὸν μέθυ, τὸν δὲ τοῦτο δωρησάμενον θεὸν Μεθυμναῖον καὶ Λυαῖον, καὶ Ἔνιον, καὶ Ἰήϊον προσηγόρευον* [i]). PLATO vero paullo aliter: qui huius rei inſtitutionem ad potiores deos refert; Bacchum vero cum Apolline et Muſis quaſi miniſtros munere deorum conceſſos hominibus, feſtorum dierum exhilarandorum cauſſa. Sic enim ait: *Οἱ θεοὶ οἰκτείραντες τὸ τῶν ἀνθρώπων ἐπίπονον πεφυκὸς γένος, ἀναπαύλας τε αὐτοῖς τῶν πόνων ἐτάξαντο, τὰς τῶν ἑορτῶν ἀμοιβὰς τοῖς θεοῖς· καὶ Μούσας, Ἀπόλλωνά τε Μουσηγέτην καὶ Διόνυσον ξυνεορταςὰς ἔδοσαν* [k]). Sed enim omnis vetuſtas principatum huius honoris Baccho ſemper detulit. Huic ſcenicos ludos conſecrarunt: huic dramaticam poeſin, et vniuerſam *θεατρικὴν μουσικὴν* dicarunt, quam antiquiſſimi homines eam ob cauſam *τρυγωδίαν* appellarunt [l]): ſicut poſtea

i) i. e. *εὐωχίας quidem non ἀπὸ τῆς ὀχῆς, quo vocabulo indicatur alimentum, nuncuparant, ſed quod in iis recte omnia fierent,* (melius, quod conuiuis bene eſſet.) *Nam ad epulas conuenientes, primum deos venerabantur, deinde ad hilaritatem animique remiſſionem ſeſe traducebant, potionem quidem τὸ μέθυ appellantes, eiusque largitorem deum Methymnaeum, Lyaeum, Euium et Ieium. Athenaeus* Deipnoſoph. lib. IX. p. 363. edit. Caſaubonianae. *Ram.*

k) *Dii miſerati genus humanum ad aerumnas natum, requiem a laboribus ei eſſe iuſſerunt, feſtorum ſollemnium viciſſitudines inſtituerunt. Muſas vero et Apollinem Muſagetem cum Baccho feſtiuitatum quaſi miniſtros dederunt.* PLATO de Legibus lib. 2. Hinc illud dictum prouerbiale: *ἀεργοῖς αἰὲν ἑορτά, inertibus ſemper feſtum. Ram.*

l) Rem egregie illuſtrant, quae *Athenaeus* Deipnoſ. lib. 2. p. 40. edit. Caſaub. habet: *Comoediae prima quidem origo et tragoediae fuit ex compotatione ac temulentia in Icario Atti-*

poſtea cum nomen commune in plures ideas eſt diuiſum, Satyrica et Silli a Bacchi comitibus, Silenis et Satyris, appellationem inuenerunt. Scenici quoque hiſtriones vniuerſi propterea Graecis Διονυσιακοὶ τεχνῖται, *artifices Bacchi*, ſemper ſunt dicti m). Satyricae igitur poëſeos, non ſecus ac tragoediae et comoediae origo prima, ab illis repetenda conuentibus, quos vetuſtiſſimi mortales collectis frugibus cogere ſoliti, vt gratias diis acturi ſacrificiis operarentur, et laborum, quos ſuſtinuerant, memoriam poſituri, animum relaxarent ac iucunditati ſe darent. Ibi tum homines curis ſoluti, et genio indulgentes ac vino pleni, ciendi riſus gratia, dicta dicere, aliusque in alium ſcommata iacere, et ſua ſibi vitia aut inhoneſta facta obiectare. Omnia enim, etiam acerbiora dicta, licentia epularum et temulentia excuſabant. Τὰ γὰρ τ᾽ ἀναθήματα δαιτός, vt ait Poeta n). Quo reſpexit Prometheus apud LVCIANVM, cum Iouem alloquens et fraudem excuſans, qua illi inter epulas illuſerat, in iocorum ſubſannandique licentia omnem conuiuiorum venuſtatem et praecipuum fructum contendit eſſe poſitum: ἤν ἀφέλῃ τις, inquit, τῶν συμποσίων τὰς κομψείας ταύτας, ἀπάτην καὶ σκώμματα, καὶ τὸ διασιλλαίνειν καὶ ἐπιγελᾷν, τὸ καταλειπόμενον ἐστι μέθη καὶ κόρος καὶ σιωπὴ, σκυ-

Atticae pago, τῆς τρύγης, *id eſt vindemiae tempore*, *vnde et* Trygodiam *principio appellarunt*. Neque tamen haec ſola eſt vocis etymologia. Alii enim a τρύξ, quod *faecem* ſignificat, trygodiam dictam putant, quoniam cum adhuc nullus eſſet perſonarum laruarumque vſus, hiſtriones peruncti faecibus ora agebant. *Horatius* A. P. v. 277. Quare etiam ſcenici actores Ariſtophani vocantur τρυγοδαίμονες. v. *Stephani* Theſ. linguae graecae tom. 3. p. 1680. *Ram.*

m) ſ. οἱ περὶ τὸν Διόνυσον τεχνῖται. Conf. *Gellii* Noct. Att. l. 20. cap. 4. et *Woweri* Polymath. cap. 12. p. m. 104. *Ram.*

n) *haec enim ornamenta ſunt conuiuii*, cantus nimirum et ſaltatio. *Homerus* Odyſſ. A. 152. *Ram.*

θρωπὰ καὶ ἀτερπῆ πράγματα, καὶ ἥκιστα συμποσίῳ πρέποντα *). Ita paullatim ab iſtis principiis mos auxit in feſtorum dierum ſolennibus: ſucceſſu ipſo et voluptate, quam ex hoc omnes percipiebant, ſtudia elegantiorum alente atque acuente: cum interea artem adhiberent perdiu nullam, ſed ſolo naturae impulſu, et ſinguli ſingulos, et plures confertim multos, tam inter epulas, quam poſt epulas, ſuae atque aliorum oblectationis cauſſa liberioribus iſtiusmodi dictis laceſſerent; ſimul etiam ad numeros inconditos pedes mouerent, verius quam ſaltarent. Vnde tandem nati ſunt chori, ſaltationesque ad numerum, atque adeo poëſis ipſa: natura paullatim eo ducente, vt et verba, quae dicebant, et pedes, quos mouebant, numeris adſtringerent. Per numeros intelligo μέτρα, ῥυθμὸν καὶ ἁρμονίαν: de quorum origine et cum animis noſtris cognatione non eſt hic locus plura dicendi *p*). Rem eſſe vetuſtiſſimam inde patet, quod ex omnibus conuentibus, qui honoris deorum cauſſa cogi ſoliti, vetuſtiſſimi illi ſunt, quos conditis in horreum frugibus ruſtici celebrabant. Nam et collectarum frugum primitias diis offerre moris fuit

o) i. e. *a conuiuiis ſi quis remoueret has delicias, fraudem, dicteria, ſubſannationem et riſum, nil reliquum eſſet, niſi ebrietas, ſatietas, ſilentium, auſteri et iniucundi mores, a conuiuio alieniſſimi.* „ Quae dum dicit Prometheus, non Iouem, vti Caſaubonus putat, ſed Mercurium alloquitur. LVCIANI Prometheus ſ. Caucaſus. *Ram.*

p) Habebis aliquid in *Iſaaci Voſſii* erudito libro de poematum cantu et viribus rythmi, Oxonii MDCLXXIII. in 8. edito, quem forte cum aliis eo pertinentibus propediem, ſi Deus dederit, de nouo publicabimus. CREN. Germanicam libri a *Voſſio* conſcripti verſionem legere licet in *Samlung vermiſchter Schriften* P. I. quae Berolini a. 1759. prodiit. Neque omittendus eſt *Iouita Rapitius* Italus, cuius octo libros *de numero oratorio* habemus. Numerus autem, quem Graeci ῥυθμὸν vocant, non in verbis ſolum, vt *metrum*, ſed etiam in corporis motu eſt. *Plato* de legibus lib. 2. rhythmum definit τῆς κινήσεως τάξιν. *Ram.*

fuit ſemper q): et eo potiſſimum tempore feriandi erat occaſio, poſt exactos vertentis anni labores ruſticos. Vtramque cauſſam Philoſophus tangit in VIII. Nicomacheorum: αἱ ἀρχαῖαι θυσίαι, inquit, καὶ σύνοδοι φαίνονται γίνεσθαι μετὰ τὰς τῶν καρπῶν συγκομιδὰς, οἷον ἀπαρχαί. μάλιστα γὰρ ἐν τούτοις ἐσχόλαζον τοῖς καιροῖς. Atque haec ratio eſt, cur ab hominibus ruſticis et tragoediam et comoediam eſſe inuentas, conſtanter affirment veteres: quod et comoediae appellatio ipſa arguit, vt eſt apud Philoſophum r). Satyricam quoque *Iſacius Tzetzes* ſcribit eſſe γεωργῶν καὶ εὐτελῶν ἀνθρώπων inuentum. Hoc

q) *Donatus* Not. in Virgilii XI. Aeneid. v. 16. *Primitiae proprie*, inquit, *dicuntur, quae obferuntur diis de fructibus nouis, aut foetibus gregum.* Fecerunt id Aegyptii, Graeci et Romani De Aegyptiis teſtatur *Diodorus Siculus* lib. 1. Biblioth. Hiſt. p. 13. eorum ceremonias Iſidis in feſto referens: *Meſſis tempore oblatis ſpicarum primitiis, iuxta manipulos Iſidem inuocare ſolent.* . Graeci τῇ Δημήτρι vel Cereri, quae ſecundum Herodotum lib. II. c. 59. cum Iſide eadem, poſt comportatas fruges, θαλύσιας i. e. τὰς τῶν καρπῶν ἀπαρχὰς ſiue primitias, caeca tribuerunt gratitudine. Vnde et feſtum cum primitiarum oblatione coniunctum, θαλύσια nomen accepiſſe in quarto Graeciae feriatae p. 142. perhibet *Meurſius*. Cui affine feſtum erat ὡραία dictum. Nam ὡραία θύειν, inquit *Heſychius*, τελετή τις, ἐν ᾗ τῶν ὡραίων ἁπάντων ἐγένοντο ἀπαρχαί. De Romanis non ſinit nos dubitare Titus Calphurnius Siculus, cuius haec ſunt Ecl. IV.

— — *Vt primas Cereri dare cultor ariſtas*
Poſſet et intacto Bromium (Bacchum) *perfundere vino.*

CREN.

Θαλύσια ſaepenumero ἅλωα et συγκομιστήρια, a colligendis ſcilicet frugibus, appellata fuiſſe, docet *Potterus* Archaeol. graec. Tom I. p. 366. *Ram.*

r) Nimirum dicta nonnullis a κώμη et ᾠδή, quod in *vicis* iſtiusmodi poemata decantarentur: licet et non deſint, qui a κωμάζειν et ᾄδειν, h. e., per vicos vagando, commiſſando et canendo deriuent. Vide *Scaligerum* in I. Poëtices c. V. p. 24. Adde et Interpretes Comicorum in Prolegomenis. CREN.

Hoc nempe ſignificare voluerunt: priusquam homines vrbes incolerent, cum pagatim adhuc habitarent, et, vt Athenienſes loquebantur, *κατὰ δήμους*, aliqua dramaticae poëſeos initia iam tum fuiſſe nota. ARISTOTELIS haec ſententia eſt, cum de vniuerſae poeſeos ortu primo diſputat: quia imitandi ſtudium et harmoniae amorem a natura homines acceperint, pene cum ipſo humano genere poëſeos quaedam rudimenta coepiſſe. *Κατὰ φύσιν*, inquit, *ὄντος ἡμῖν τοῦ μιμεῖσθαι, καὶ τῆς ἁρμονίας καὶ τοῦ ῥυθμοῦ (τὰ γὰρ μέτρα, ὅτι μόρια τῶν ῥυθμῶν ἐστι, φανερὸν) ἐξ ἀρχῆς οἱ πεφυκότες πρὸς αὐτὰ μάλιστα, κατὰ μικρὸν προάγοντες ἐγέννησαν τὴν ποίησιν ἐκ τῶν αὐτοσχεδιασμάτων* [s]). Appellat Philoſophus *αὐτοσχεδιάσματα* numeros innumeros eo tempore fundi ſolitos et ſine arte, qui ante inuentam poëſin pro poëſi fuerunt caſcis illis hominibus: quales fere apud vetuſtiſſimos Latinos verſus Saturnios legimus fuiſſe. MAXIMVS TYRIVS *αὐτοσχέδια ᾄσματα* ſimiliter nominat in ſententia plane gemina. Nam vt *Ariſtoteles* ait de poëſi in vniuerſum diſputans, *ἐκ τῶν αὐτοσχεδιασμάτων* eam eſſe prognatam: ſic ſcribit *Maximus*, ſcenicae et theatrali poëſi incondita vete-

s) *Natura ad imitationem et harmoniam rhythmumque ferimur; (metra enim rhythmorum quaſi partes eſſe, patet,) quare qui harum rerum ſenſu maxime imbuti erant, ſenſim produxerunt poeſin ex canticis inconditis et rudibus.* ARISTOTELES Poet. c. 4. Elegans eſt eadem de re *Tibulli* locus lib. 1. eleg. 1.

Agricola aſſiduo primum laſſatus aratro,
  Cantauit certo ruſtica verba pede:
Et ſatur arenti primum eſt modulatus auena
  Carmen, vt ornatos duceret ante Deos.
Agricola et minio ſuffuſus, Bacche, rubenti,
  Primus inexperta duxit ab arte choros.

Αὐτοσχεδιάσματα igitur ſunt verſus rudes et citra meditationem prolati, neglecta ſyllabarum quantitate, neglecto etiam rerum verborumque ornatu eo, quem ars docet; cuiusmodi omnia gentium barbararum carmina eſſe, nemo neſcit. *Ram.*

veterum cantica originem dediſſe. Ἀθηναίοις, inquit ſermone XXI, ἡ μὲν παλαιὰ μοῦσα χοροὶ παίδων οὖσα καὶ ἀνδρῶν, γῆς ἐργάται κατὰ δήμους συνιστάμενοι ἄρτι ἀμητοῦ καὶ ἀρότου κεκονιμένοι, ᾄσματα ᾄδοντες αὐτοσχέδια. μετέπεσε δὲ ἡ ψυχὴ ἐπὶ τέχνην ἀκορέστου χάριτος ἐν σκηνῇ καὶ θεάτροις [t]). Haec ita HORATIVS in epiſtola ad Auguſtum lib. II. epiſt. I. v. 139. ſeq. pene ad verbum:

Agricolae priſci, fortes, paruoque beati
Condita poſt frumenta, leuantes tempore feſto
Corpus, et ipſum animum ſpe finis dura ferentem,
Cum ſociis operum, et pueris, et coniuge fida
Tellurem porco, Siluanum lacte piabant,
Floribus et vino Genium memorem breuis aeui.
Feſcennina per hunc inuenta licentia morem
Verſibus alternis opprobria ruſtica fudit.

Duo genera vetuſtiſſimae poëſeos et adhuc naſcentis commemorat heic *Horatius*: alterius, qua vtebantur in deorum laudibus; alterius, quam vſurpabant, cum per ludum et iocum conuicia ſibi dicebant. Hoc ipſum eſt, quod Philoſophus nos docet [u]): ἔπη ſiue heroica metra, et ἰάμβους fuiſſe primum in vſu: illa vſurpaſſe viros grauiores, cum deorum laudes canerent, et honeſtas heroum actiones imitarentur, aut caſus illorum narrarent: iambis vſos ſequioris ingenii homines, quibus volupe erat perperam facta ab aliis, imitando probra illis dicere. Καὶ ἐγένοντο, inquit, τῶν παλαιῶν οἱ μὲν ἡρωϊκῶν, οἱ δὲ ἰάμβων ποιηταί. Idcirco grauiſſimi ſcriptores, cum de anti-

t) *Vetus Athenienſium muſa choros puerorum habebat atque virorum. Agricolae per vicos conuenientes, et adhuc a meſſe et ſemente ſordidi, carmina canebant incondita ſ. extemporanea. Ab his animus deflexit ad artem ſcenicam et theatralem, (cuius ea eſt ſuauitas, vt ſatiare neminem poſſit.)*

u) *Ariſtot.* Poet. cap. 4. Multa ad hunc locum diſputantur a Cel. *Curtio*, nunc Gottingenſium Profeſſore, quem vernacula lingua integrum hunc Ariſtotelis libellum expreſſiſſe conſtat. *Ram.*

antiquiſſima poëſi loquuntur, duo illius genera commemorant: alterius ἐναγωνίου καὶ κατεσπουδασμένης, quae tota ſeria, tota ſeuera: alterius κεϱτόμου καὶ τωθαστικῆς, quae tota iocularis et ridicula. Ad prius genus pertinuere dithyrambi Liberi patris, genus carminis vetuſtiſſimum *), hymni deorum aliorum et heroum encomia: ad poſterius iambi illi vetuſtiſſimi referri debent *y*), de quibus modo dicebamus ex *Ariſtotele*, et τὰ φαλλικά *z*). Eſt

x) *Crenii* notam, qua in dithyramborum originem atque naturam inquirit, ad calcem libri reiecimus. Eſt enim nimis prolixa et redundans, vt lectorem facile detineat.

y) Quamquam etiam in Dramatis adhibeantur Iambi: extra tamen comoediam tragoediamque vſurpauere non raro veteres: quod vel Archilochus Parius, poeta doctus, ſed dentatus, florens, vt ex Euſebii colligimus Chronico, circa XXIX. Olymdiadem, ſuo docuerit exemplo, qui vt ingenioſius conuitiaretur, iambum excogitauit, (ſi verus Alexandrinus Clemens,) eodemque fine dramate vſus eſt. *Iambus*, inquit *Proclus* in. p. 7. Chreſtomath., *et ad conuitiandum olim comparatus fuit.* Ἰαμβίζειν *enim linguae quadam proprietate* contumeliam dicere *ſignificabat: alii ex* Iambe *ancilla*, *genere Threſſa*, *deriuant.* Alii παρὰ τὸ ἰάπτω; quidam ἀπὸ θριάμβου, h. e. *Baccho triumphante;* alii aliunde. Hephaeſtionis Grammatici graecus interpres, quem Turnebus edidit, diſerte haec omnia. Nos *maledicere* dicimus latine. Vide Ariſtotelem c. IV. Poet., ex quo Strabo deſumſit. Inde et noſtrum *iacere* παρὰ τὸ ἰὰν ἄχος; inde *iacere maledicta* apud Liuium l. 2. c 12; *iacere contumeliam* atque etiam *iniuriam* apud Ciceronem (pro Sulla 7, Paradox. 4, pro Roſcio Comoedo c. 9; nec non apud Tacitum Annal. 15, 50. Hiſtor. 1, 47. *R.*) ex quo ad eamdem notionem *obiicio* compoſitum putat *Iulius Scaliger* lib. 1. Poëtic. c. XII. CREN. Horatius Art. Poet. v. 79. Quinctilianus Inſtit. Orat. lib. X. cap. 1. n. 59. *Ram.*

z) Conuenit dithyrambicum carminis genus in hoc cum Phallico, quod vtrumque fuerit in honorem Bacchi; vtrumque etiam antiquiſſimum, cum ex illo Tragoedia, ex

Eſt hoc antiquiſſimum quoque genus infamis licentiae verſuum iambicorum, quos tum vſurpabant, cum Phallagogia, dictam Bacchi impuriſſimam ſolennitatem, agitabant.

Vt haec rudia αὐτοσχεδιάσματα progenita erant, teſte Philoſopho, ἀπὸ φυσικῆς ἀρχῆς; ſic ars, auctore eodem, ἀπ' ἀρχῆς αὐτοσχεδιαστικῆς. Nam qui ſoliti erant in ſacris conuentibus et ludorum ſolennitatibus deos aut heroes laudare, leui quadam opera et non admodum operoſa eorum imitatione, quae fuerant ab illis geſta, rem in maius, vt fieri amat, augentes, fabulas

ex hoc Comoedia enata ſit. Quamuis non negem, adulatione graecanica etiam in hominum quorundam honorem compoſitum. Quale illud, quod a choro cantatum Athenis, cum obuiam iretur Demetrio Poliorcetae, poſt ſublatam Caſſandri tyrannidem, et libertatem ab eo vrbi reſtitutam. Quod carmen e Duride Samio *Athenaeus* Deipnoſ. VI. refert. Sed prius ita latuit, vt non cognoſceretur. Vt nunc agnoſcatur, debemus noſtro *Iſ. Caſaubono* in Animaduerſionibus. Eſt nomen Phallicis et Ithyphallicis ex eo, quia, cum carmen hoc caneretur in honorem Bacchi, φαλλὸς ſeu ἰθύφαλλος i. e. penis erectus, perticae geſtaretur impoſitus. Vide Celeb. *Ger. Ioan. Voſſium* in III. Inſtitution. Poeticar. c. 17. p. 92. CREN. Origo *ſacrorum phallicorum* eſt apud Scholiaſten Ariſtophanis Αχαρν 242. In ipſis hiſce ſacris celebrandis praecedebat κανηφόρος, caniſtrum rebus ad ſacra pertinentibus plenum gerens; ſequebatur φαλλοφόρος, oppletus fuligine et ferens lignum oblongum, cuius in ſummitate erat penis ligneus vel coriaceus; hunc denique excipiebant φαλλοφόροι, carmina phallica in honorem Bacchi canentes, quorum habitum moresque deſcribit *Athenaeus* Deipnoſophiſtarum lib XIV. p. 622 edit Caſaub. vbi etiam docetur, *Ithyphallos* nuncupatos fuiſſe actores ſcenicos, perſonas ebriorum induentes, coronas geſtantes, et manicis violaceo colore tinctis manus operientes, cumque in mediam orcheſtram proceſſiſſent, dicentes: *Abſcedite de via, amplum Deo ſpatium praebete. Erectus deus, malleo ductus, per medium theatrum vult ambulare.* Priapo quoque dicata fuiſſe τὰ φαλλικά, auctor eſt Scholiaſtes Ariſtophanis l. c. *Ram.*

bulas et dramata coepere componere, quae poſtea appellarunt *tragoedias:* qui autem ioculares verſus funditare ſoliti, vt phallica et id genus alia, adhibita arte et fabulis integris compoſitis, *comoediam* ediderunt. ARISTOTELIS verba ſunt: ἐγένετο οὖν ἀπ᾽ ἀρχῆς αὐτοσχεδιαστικῆς, καὶ ἡ τραγωδία καὶ ἡ κωμωδία: καὶ ἡ μὲν ἀπὸ τῶν ἐξαρχόντων τὸν διθύραμβον, ἡ δὲ ἀπὸ τῶν τὰ φαλλικὰ, ἃ ἔτι καὶ νῦν ἐν πολλαῖς τῶν πόλεων διαμένει νομιζόμενα, κατὰ μικρὸν ηὐξήθη [a]). Artis praecipuum opus fuit ἐν τῇ συστάσει τῶν πραγμάτων καὶ μύθων, vt ait Philoſophus [b]), id eſt, in contexendis argumentis, quae iuſtae fabulae magnitudinem implerent, non excederent. Nam dum ars adhuc ignorabatur, carptim multa perſtringi ſolita: fabulam vero componere, neque moris erat, neque pro captu eorum ſeculorum: deinde condi coepere fabulae, ſed minutae et imperfectae. Haec erant artis naſcentis rudimenta quaedam. Itaque ſcribit Philoſophus, tragoediae τὸ μέγεθος natum eſſe ἐκ μικρῶν μύθων. Et cum tragoediam definit, ante omnia illud ponit, vt iuſtam magnitudinem fabula habeat. Vult enim eſſe μίμησιν πράξεως τελείας, μέγεθος ἐχούσης [c]).

Multas autem tragoedia mutationes eſt paſſa, priusquam perfectionem adepta conquieſceret. Πολλὰς, inquit Philoſophus, μεταβολὰς μεταβαλοῦσα ἡ τραγωδία ἐπαύσατο, ἐπεὶ ἔσχε τὴν ἑαυτῆς φύσιν [d]). Ac quamuis grauiſſimum ſit tragoedia et plenum maieſtatis genus poëſeos [e]), initia tamen illius non ſolum humilia, ſed etiam cum laſciuia ac petulantia coniuncta. Principio enim

chori

a) Poët. cap. IV.

b) *Ariſtot.* Poët. c. VI.

c) *Ariſtot.* l. c. c. VIII.

d) *Ariſtoteles* l. c. cap. IV.

e) Ita quidem pronuntiat *Caſaubonus* Ariſtotelem ſequutus, alia omnia forſan dicturus, ſi noſtros homines audire potuiſſet, qui carmine epico eoque perfecto nihil grauius, nihil ad oſtentandam ſummam ingenii vim illuſtrius eſſe affirmant, tanto argumentorum pondere, cui reſiſti vix poteſt. *Ram.*

chori Satyrorum inſtituti, qui paruas illas, quas dicebamus, fabulas, apparatu modico, cum ſaltibus, et conueniente Satyrorum laſciuiae petulantia orationis agerent. Hoc illa ARISTOTELIS nos docent: τὸ μέγεθος τῆς τραγῳδίας ἐκ μικρῶν μύθων f) καὶ λέξεως γελοίας, διὰ τὸ ἐκ σατυρικοῦ μεταβαλεῖν, ὀψὲ ἀπεσεμνώθη. Et ſtatim addit, ad ſcribendas tragoedias initio tetrametra adhiberi ſolita, quod eſſet tota illa poëſis σατυρικὴ καὶ ὀρχηστικωτέρα. Et conſtat, vetuſtiſſimos choros e Satyris componi ſolitos. Idem alibi: τὰ πολλὰ οἱ χοροὶ ἐκ τῶν Σατύρων συνίσταντο. Ex his diſcimus, Satyricae poëſeos tantam eſſe vetuſtatem, vt etiam prior fuerit vera tragoedia, et quaſi mater illius. Tragoediam autem multo ante, quam comoediam fuiſſe excultam, oſtendit multis *Ariſtoteles* g). Poſtea vero quam nouis inuentionibus ἀπεσεμνώθη prior poëſis, ſuntque argumenta grauia et integra ſingulis fabulis deputata, conſtitutaque eſt ars hiſtrionum ὑποκριτική, mutato etiam genere verſuum: quae hactenus ſimplex fuerat, duplex reperta eſt, eiusque alteram ideam *Satyricam* dixerunt, alteram Tragoediam.

Habet igitur Satyrica Graecorum poëſis, quod ex dictis apparet, communem cum tragoedia originem; cui et adhaeſit ſemper. Nam iidem poetae, qui tragoedias edebant, etiam Satyros docebant. Sunt eidem et cum veteri comoedia multa communia. De quibus omnibus, cum

f) *Paruas* vocat *fabulas*, vel quod breues eſſent et vna hora plures forſan proponerentur, vel quod parui eſſent momenti, nec vllo ſtudio elaboratae. *Ram.*

g) Ariſtot. Poet. cap. V. Neque tamen definit Ariſtoteles, quo tempore meliorem nacta ſit formam comoedia. Factum id fuiſſe videtur ea tempeſtate, qua triginta tyranni, praepoſiti a Lacedaemoniis, ſeruitute oppreſſas tenebant Athenas. Hi enim, ne aſperis poetarum comoedorumque facetiis illuſos ſe viderent, data lege, laſciuiam omnem ac petulantiam a comoediis abeſſe iubebant. *Ram.*

Caſaub. B

cum illius naturam declarabimus, accurate ſumus dicturi. Conſtat ſane, primis temporibus ignoratum fuiſſe diſcrimen inter tragoediam et comoediam: cum quidem communi nomine omnes eius generis δραματικαὶ μιμήσεις vocarentur τρυγωδίαι ſiue τραγωδίαι. ATHENAEVS libro II: Ἀπὸ μέθης καὶ ἡ τῆς κωμωδίας καὶ ἡ τῆς τραγωδίας εὕρεσις ἐν Ἰκαρίῳ τῆς Ἀττικῆς εὑρέθη, καὶ κατ᾽ αὐτὸν τὸν τῆς τρύγης καιρόν. ἀφ᾽ οὗ δὴ καὶ τρυγῳδία τὸ πρῶτον ἐκλήθη καὶ κωμῳδία [b]). Lego, ἐκλήθη· καὶ ἡ τραγῳδία καὶ ἡ κωμωδία. Nam et τρυγῳδία et τραγῳδία primitus nomen fuit commune, quod poſtea διεσπάσθη, vt ait *Ariſtoteles*, et veteres Critici teſtantur. Idem: τραγῳδία τὸ παλαιὸν ἦν ὄνομα κοινὸν, καὶ πρὸς τὴν κωμῳδίαν· ὕστερον δὲ τὸ μὲν κοινὸν ὄνομα ἔσχεν ἡ τραγῳδία· ἡ δὲ κωμῳδία, ἴδιον.

Non deſunt ex antiquis Grammaticis, qui huius poëſeos originem paullo aliter, hoc modo narrent. Aiunt, fuiſſe morem initio, vt in Bacchi ſacris chori dithyrambos ad honorem ipſius canerent. Deinde, conſuetudine hac neglecta, coepiſſe poetas Bacchi vicem Aiaces, Centauros aut alios ſiue deos, ſiue heroas, celebrare: quod cum videretur ſpectatoribus ridiculum, hoc illos dicterio excepiſſe: *Nihil hoc ad Bacchum;* quod poſtea prouerbii locum obtinuerit [i]): hanc reprehenſionem vt effugerent poëtae, iſtum poſtea morem inſtituiſſe, vt caeteris, quae docere vellent, introductione Satyrorum praeluderent, ne quis ipſos calumniaretur, quaſi Dei oblitos, cuius cauſſa conueniſſent. DIDYMVS ſiue TARRAEVS: τῶν χορῶν ἐξ ἀρχῆς εἰθισμένων διθύραμβον ᾄδειν εἰς τὸν Διόνυσον, οἱ ποιηταὶ ὕστερον ἐκβάντες τὴν συνήθειαν ταύτην, Αἴαντας καὶ Κενταύρους γράφειν ἐπεχείρουν. ὅθεν οἱ θεώμενοι

b) v. ſupra not. l.

i) οὐδὲν πρὸς Διόνυσον. Dici ſolet, vbi quis ea nugatur, quae ad rem praeſentem non pertinent. In explicando hoc adagio vehementer diſcrepant eruditi, et in varia ſcinduntur ſtudia. Fuſe rem omnem proſequitur *Eraſmus* Chil. Adagior. pag. 34. et 137. *Ram.*

μενοι σκώπτοντες ἔλεγον, Ουδὲν πρὸς τὸν Διόνυσον. διὰ γοῦν τοῦτο τοὺς Σατύρους ὕϛερον ἔδοξεν αὐτοῖς προεισάγειν, ἵνα μὴ δοκῶσιν ἐπιλανθάνεσθαι τοῦ θεοῦ. Eſt autem *Σατύρων προεισαγωγὴ* dramatis Satyrici introductio ante aliam fabulam, puta tragoediam aut comoediam, ſed de tragoedia potius accipiendum. Nam Aiaces et Centauri et ſimiles hiſtoriae, tragicae ſunt hypotheſes, non comicae. Satyricas fabulas Graeci vocant modo *Σατυρικὴν ποίησιν*, aut *Σατυρικὰ δράματα*, modo ſimpliciter, vt heic, *Σατύρους* k): quia ſemper huiusmodi fabularum

chori

k) *Σάτυροι* ſcilicet ſignificabant etiam ipſa dramata ſatyrica. Sic e quatuor illis dramaſi, quibus certabant olim poetae, quartum erat *Σάτυροι*, vt oſtendit *Ioannes Ionſius*, Holſatus, in erudito libro et a ſolis eruditis aeſtimato, *de Scriptoribus Hiſtoriae Philoſophicae* lib. I. cap. XVI. p. m. 86. ſeq. *Cum Σατύρους docebis, voca me*, inquit ille apud Ariſtophanem *Θεσμοφ.* Athenaeus l. X. c. 5. Drama autem, quod Athenaeo *σάτυροι* dicitur, idem *σατυρικὸν δρᾶμα* nuncupatur eidem lib. 2. cap. 14. *Laërtius* lib. II. cap. 140. drama illud *σατύρους* adpellat, ſed *ἐγκώμιον* philoſophi fuiſſe indicat; inſectatus enim eſt Menedemi nimiam frugalitatem, quam in laude ponendam duxit Laërtius. Scripſit et Timon *σατύρους*, teſte *Laërtio* lib. IX. c. 110. *Tim.*, et Ecphantides, teſte *Athenaeo* lib. III. c. 17. Eiusmodi *σάτυροι* fuit *Omphale* Achaei, poetae Eretrienſis, aetate Euripidis, apud *Laërtium* lib. II. *Menedem*. c. 133. extr. Eiusdem *Aethon* apud Athenaeum lib. VI. c. 20. lib. IX. c. 1. 4. lib. X. c. 7, quem Caecilius ſuum fecit, citante Feſto *Numero*, *Ore*, *Sentinare;* vbi pro *Aethrione* legendum *Aethone*, vti e Menandro idem Caecilius pleraſque vertit, obſeruante *Clemente Alexandrino* Stromat. VI. Aethon autem dicebatur Eriſichton Myrmidonis filius, ob famem illam inexplebilem, qua a Cerere puniebatur. Vide *Ouidium* Metamorph. l. 8. *Athenaeum* lib. 10. c. 4. *Meurſium* ad Lycophrona p. 337. Erat quoque Aethon nomen equi Solis, Plutonis, Hectoris, Pallantis. Porro *Achaei* *Ἀλκμαίων Σατυρικὸς* laudatur *Athenaeo* lib. 5. cap. 22. *Ἥφαιστος Σατυρικὸς* et *Ἶρις Σατυρικὴ* eidem. Aſtydamantis Tragici *Ἡρακλῆς σατυρικὸς* eidem lib. 10. cap.

chori conſtabant e Satyris et Silenis. DIOGENES LAERTIVS in Menedemo: Ἀχαιῷ τὸ δευτερεῖον ἐν τοῖς Σατύροις, Αἰσχύλῳ δὲ τὸ πρωτεῖον ἀπεδίδου l). Vertere debes in *Satyricis fabulis*. Eſt tamen, vbi οἱ Σάτυροι apud Graecos non plures fabulas, ſed vnam ſolum ſignificat. ATHENAEVS libro X: μαρτυρεῖ δὲ περὶ τούτων Λυκόφρων ὁ χαλκιδεὺς, γράψας Σατύρους ΜΕΝΕΔΗΜΟΝ· ἐν οἷς φησὶν ὁ Σειληνὸς πρὸς τοὺς Σατύρους. Nam MENEDEMVS Lycophronis vnica fuit fabula. LAERTIVS: ἅ πάντα φησὶν ὁ Λυκόφρων ἐν τοῖς πεποιημένοις Σατύροις αὐτῷ, οὓς ΜΕΝΕΔΗΜΟΝ ἐπέγραψεν ἐγκώμιον τοῦ φιλοσόφου ποιήσας τὸ δρᾶμα ll). Sed et numero vnitatis ſingula dramata deſignarunt: etſi contra rationem id quidem, cum nunquam ſinguli producerentur Satyri, ſed plures ſemper, cum epiſtata Sileno. *Demetrius Phalereus*, aut quicunque eſt ille ſcriptor, ἔνθα μὲν γὰρ γέλωτος τέχναι καὶ χαρίτων, ἐν Σατύρῳ καὶ κωμῳδίαις. Et ſtatim: οὐδὲ γὰρ ἐπινοήσειεν ἄν τις τραγῳδίαν παίζουσαν· ἐπεὶ Σάτυρον γράψει ἀντὶ τραγῳδίας m). *Satyrum* manifeſto dixit pro Satyrico dramate: niſi ſcripſerat ἐν Σατυρικῷ, et ἐπεὶ Σατυρικὸν γράψει; alioquin ſubabſurda vox fuerit, propter rationem, quam diximus. Σατυρικά

cap. 1. Pythonis Catanenſis Ἀγὴν σατυρικὸς eidem l. 13. c. 6. Aeſchyli κήρυκες σατυρικοὶ Polluci Onomaſt. lib. 10. cap. 49. Euripidis Autolycus eidem lib. 10. cap. 46. CREN.

l) i. e. *Achaeo quidem ſecundas partes, Aeſchylo autem primas detulit.* DIOG. LAERT. lib. 2. c. 18. n. 10. p. 167. edit. Lipſ. 1759.

ll) Eam vero ob cauſam Menedemi laudes celebraſſe videtur Lycophron, quia ille ab Eretrienſibus, popularibus ſuis, adeo contemnebatur, vt canis ac delirus appellaretur. *Diog. Laërtius* l. c. p. 171. *Ram.*

m) *Neque enim excogitauerit quis tragoediam, quia pro tragoedia ſcribet Satyrum.* Nempe erat Satyrica tragoedia ludens, miſcens lamentis hilaritatem, ac deſinens in gaudium, obſeruante *Voſſio* Inſt. poet. lib. 2. cap. 19. *Ram.*

ρικά autem dicebant *ἁπλῶς*, cum Satyricas fabulas vellent intelligi. XENOPHON in Conuiuio: *τὶ τοῦτο; ἔφη Σωκράτης. ὡς γὰρ καὶ ἐμοῦ καλλίων ὢν ταῦτα κομπάζεις. νὴ Δί. ἔφη ὁ Κριτόβουλος. ἢ πάντων Σειληνῶν τῶν ἐν τοῖς Σατυρικοῖς αἴσχιστος ἂν εἴην* [n]). Eruditiſſimus vir et de literis optime meritus [o]), qui Xenophontis opera omnium nouiſſimus latina fecit, poſtrema verba ſic vertit: *caeteroquin omnium Silenorum ſatyricorum eſſem turpiſſimus.* Certum eſt, non eſſe aſſecutum, quid illa ſibi vellent, *τῶν ἐν τοῖς Σατυρικοῖς*. Eſſet aliquid, ſi dixiſſet, *omnium Satyrici generis Silenorum:* ſed aliud verba Xenophontis poſtulant. Quare vertendum *τῶν ἐν τοῖς Σατυρικοῖς*, *qui in ſatyricis fabulis ſpectari ſolent.* In quinto *Athenaei*, vbi locus Xenophontis, ſine damno ſententiae haec verba praetermiſſa ſunt. Apud *Platonem* in extremo ſympoſio, *Σατυρικὸν δρᾶμα ἢ Σιληνικὸν*, ponitur *παροιμιακῶς* pro fictione et oratione figurata, cum aliud in ſpeciem ſimulatur, quam quod intendit, qui loquitur. Affert et illuſtrat eum locum DIONYSIVS HALICARNASSEVS

 in

n) *Quid hoc eſt, ait Socrates. Iactitas haec tu, quaſi etiam me ſis formoſior. Profecto, inquit Critobulus, ceteroquin omnium Silenorum, qui ſunt in fabulis ſatyricis, eſſem turpiſſimus.*„ Erat autem Silenis perquam ſimilis Socrates, quippe cuius vultum deformem deſcribunt *Plato* et *Xenophon*, nec iucundum viſuque gratum delineant vetuſtae imagines. Aliter quidem *Epictetus* apud Arrianum Diſſert. Epictet. l. 4. c. 11. Is enim *σῶμα ἐπίχαρι καὶ ἡδὺ*, *corpus gratia et dulcedine plenum* tribuit Socrati. Quod non impedit, quo minus Platoni et Xenophonti, qui hominem viderunt, aſſentiamur. Namque poteſt vultus quantumuis deformis eſſe iucundus. animi hilaritate et tranquillitate faciei gratiam augente. Atque extat in *Muſaeo Walmodiano*, quod *Hannouerae* eſt, imago Socratis a *Cauaceppio* elaborata, talis qualem Plato deſcripſit. Vide et *Io. Chifletium* de gemmis Socratis. Antwerp. 1662. *Ram.*

o) Eſt ille ſine dubio *Ioannes Leunclauius*, vir, ſi quis alius, litterarum graecarum peritiſſimus. *Ram.*

in Arte: vbi figuratae orationis quartam ſpeciem facit, quam vocat βαθύτατον σχῆμα, τὸ δὲ ἄλλων πορευόμενον, ἄλλην περαίνειν; idque eſſe δρᾶμα σατυρικὸν aut σιληνικόν.

Latini ſcriptores cum de fabulis ſatyricis Graecorum loquuntur, non aliis appellationibus vtuntur, quam Graecorum. HORATIVS in Arte p):

Mox etiam agreſtes Satyros nudauit.

Deinde:

Verum ita riſores, ita commendare dicaces.
Conueniet Satyros.

Aliquanto poſt:

Intererit Satyris paullum pudibunda proteruis.

Et ſtatim, *Satyrorum ſcriptor.* — — Hiſce omnibus in locis Satyros poſuit *Horatius* pro fabulis ſatyricis Graecorum: de illis enim loquitur, non de Romana Satira, quae et ratione nominis et definitione τῆς ὀυσίας diuerſiſſimum poëma eſt a Graecorum ſatyrica poëſi: vt non ferendus ſit eorum error, qui, cum de dramatis ſatyricis Graecorum verba faciunt, Satirarum appellationem illis tribuunt. Quae prorſus inſignis eſt doctiſſimorum etiam virorum hallucinatio. Et tamen vix aliquem inuenias, qui errorem hunc non errauerit, etiam illorum, qui ex profeſſo de Poëtica libros ediderunt. Caueant vero ſibi tirones ab hoc tanto errore, et cum loquentur, et cum neotericorum ſcripta legent. Eſt enim, vt diximus, inſignis et ridicula hallucinatio. Non neſcimus, auctoritate aliquot latinorum Grammaticorum nouitium hunc errorem

p) V. 221. 225. 233. 235. Quibus in locis id agit Horatius, vt doceat, quam agreſtes, quam impudicae et ab omni grauitate remotae fuerint antiquiſſimae Graecorum fabulae ſatyricae. Scilicet ea tempeſtate Satyrorum iocis riſuque obſcoeno non delectabantur homines elegantes, aut meritis pietateque graues, ſed

Illecebris erat et grata nouitate morandus
Spectator *functusque ſacris*, et *potus*, et *exlex*.

Ram.

rorem poſſe defendi. Nam vt nihil dicam de Horatii interpretibus, *Donati* q) ipſius verba ſunt in Prolegomenis Terentianis: *Et hinc deinde aliud genus fabulae, id eſt, Satyra ſumſit exordium, quae a Satyris, quos illotos ſemper ac petulantes deos ſcimus eſſe, vocitata eſt. Etſi aliunde nomen traxiſſe, praue putant alii. Haec quae Satyra* r) *dicitur, eiusmodi fuit, vt in ea quamuis duro et veluti agreſti loco* s) (ſcribe *ioco*, ſic παιδείαν δυσάρεςον t) tribuit Satyris *Aelianus*), *de vitiis ciuium, ſine vllo proprii nominis titulo, carmen eſſet.* Appellatione *Satyrae* Graecorum Satyricam heic intelligi, nullum eſſe poteſt dubium. Nos infra ſuo loco clare probaturi ſumus, contra omnem analogiam et rationem eſſe, vt a Satyris Satyra ſit dicta: quod etymon ſatis etiam, et res ipſa, et hiſtoria confutat, ſicut oſtendemus. Quare aut ſcripſit *Donatus* vtroque loco *Satyrica*, non *Satyra*, quae nihili vox eſt: aut imperite fecit cum hic grammaticus, tum omnes alii, quando diuerſiſſima poëſeos genera, Graecae et Latinae, ſub nominis vnius ambitu putarunt poſſe comprehendi. Si virum doctum excuſare malumus, admiſſa, quam propoſuimus, emendatione, inducenda mox erunt iſta neceſſario: *etſi aliunde nomen traxiſſe praue putant alii.* Graecorum nemo vnquam dubitauit, aut potuit dubitare, aliunde quam a Satyris nomen inueniſſe. Romanae

q) ſiue *Euanthii*, forſan eius, qui *de Tragoedia et Comoedia* quaedam ſcripſit, tomo VIII. *Theſauri Gronouiani* inſerta. *Ram.*

r) i. e. *Satyrica. Cren.*

s) In editione veteri Taruiſina anni MCCCCLXXVII, Stephani Pariſina MDLII. in fol. p. m. 38. b. eſt *modo*, ſicuti et in Aldi Veneta MDLV. in 8, item Baſileenſi MDCXVI. in 8, vt et in Antwerpiana MDXXV. in 8. Ego ſane in nullo exemplari *loco*, vnde ioco emendat noſter *Caſaubonus*, inuenire potui. CREN.

t) i. e. *luſum diſplicentem atque ingratum.* Aelianus lib. III. Variar. Hiſtor. c. 40. CREN.

manae vero Satirae nomen varie et inconſtanter prodiderunt Latini critici. Iidem tamen, quoties de Graecis ſermo eſſet, conſtanter cum Graecis locuti. *Marius Victorinus* de metrorum ratione libro IV: *hoc genus verſuum apud graecos comoediarum veterum ſcriptores plurimum eſt; et magis apud eos, qui Satyrica ſcripſerunt*, hoc eſt, Satyrica dramata: vt apud *Xenophontem* *ἁπλῶς* dictum monebamus, *ἐν τοῖς σατυρικοῖς*. *Diomedes Grammaticus* libro tertio: *Satyrica eſt apud Graecos fabula, in qua item tragici poëtae, non reges aut heroas, ſed ſatyros induxerunt ludendi cauſa iocandique.* Omitto ſimiles locos. Horatii interpretamenta ψευδεπίγραφα eſſe et nugis ineptiſſimis plena, nemo eruditorum ignorat: quare ratio illorum nulla haberi debet. Melius ſcriptor eruditiſſimus *Apuleius*, qui ſatirae appellationem Graecorum ſillis, non autem ſatyricae poëſi attribuit, vt infra dicturi ſumus. Atque de origine et appellatione Satyricae Graecorum hactenus.

CAPVT II.

ARGVMENTVM.

Illuſtratur *Satyricae* definitio ὀνοματώδης. Cur Satyri initio in hanc poëſin inducti, variae cauſſae afferuntur, eaeque ordine expoſitae. De choro Bacchi duplici; vetuſtiore e Nymphis et Muſis; recentiore, additis Satyris, Silenis, aliis. *Orpheus* illuſtratur et corrigitur. Satyri qui, quam vetuſti, quo genere orti? Δευκαλίδαι et Δευκαλίωνες Error credentium, extare in rerum natura Satyros. Hiſtoria hominis cornuti. Satyrorum et Silenorum veriloquium varie expoſitum. Σεσηρέναι. σατυρος, libidinoſus. Σατύρα proprium nomen. Σάτηρ et διασάτηρ voces Dorum. Φῆρες et φηρέες Satyri Atticis et Ionibus. Locus *Suidae* animaduerſus. Appellationes communes Baccho et eius miniſtris: *Sabus*, *Satyrus*, *Lenaeus*, *Bacchus*. Βακχέχορος vox Orphei. Is poëta pluries emendatus. De recondita Satyrorum et Sile-

Silenorum ſapientia. Silenus a Mida captus. Silenus Virgilii. Socrates Silenus dictus. Mos artificum ſtatuariorum Athenis. Marſyas ἐπὶ συνέσει καὶ σωφροσύνῃ θαυμαζόμενος. De figura Satyrorum et Silenorum. Sintne iidem Satyri et Sileni? Gemma pulcherrima Bacchi chorum repraeſentans et eiusdem dilucidatio. Mos pingendi ludos. Δενδροφορίαι Bacchi et aliorum Deorum. Bacchus κάρπιμος; idem varie depictus. Sileni eius Βάϐυλοι Satyrorum epiſtatae. Loci aliquot *Orphei* correcti. Variae formae Silenorum et caluities ac barba. Satyrorum vultus. Locus *Ariſtotelis* emendatus. Σατυριασμὸς triplicis morbi nomen. Tumor circa aures Satyrorum. Φηρᾶα Satyriaſeos et priapiſmi differentia. *Auiſenae* locus animaduerſus. Cauda Satyrorum. Tityri. Cornu Amaltheae inter Bacchi πομπᾶα, item cantharus et perſonae. Θύρσος et νάρθηξ. Baccharum ludicra. Περισφύριον. Tibiae binae.

Quum igitur SATYRICAE definitio ὀνοματώδης ex iis, quae dicta ſunt, eliciatur huiusmodi, poëſeos ſpeciem eſſe a Satyris ita nominatae, quod Satyros in ſcenam induceret: priusquam vlterius progredimur, quaedam ſunt de his dicenda. Oſtendemus autem, cur ab initio in hanc poëſim Satyri fuerint inducti, varias extitiſſe cauſſas. Ante omnia illud fuit, quod Bacchi comites et συγχορευταὶ *), vt vocantur AELIANO l. III. Var. Hiſt. c. 40, vulgo cenſebantur. Itaque conuenientiſſimum erat, vt

*) *Qui cum Dionyſio*, inquit Coelius Rhodiginus lib. XIX. cap. 25. p. m. 755. *per tripudia et feſtos luſus pleraque terrarum obiere, nunc* Satyros *nuncupant, quandoque et* Tityros, *puto de cantuum laſciuia, quae τερετίσματα dicunt, quibus id genus duci magna parte, animaduertitur.* Satyros *autem ἀπὸ τοῦ σεσηρέναι vocitatos opinantur. Plutarchus* hos Satyros adulatores potius Dionyſii fuiſſe cenſet. Vide eum in libro de adulatoris et amici diſcrimine, et *Lucianum* περὶ ὀρχήσεως. At rectius per *Satyros* illos de plebe deorum infima, quos conluſores et thiaſo-

vt, vbi praeſens Bacchus putaretur eſſe, eodem et chorum illius aduocarent. Accedit, quod occultam quandam ſapientiam ſatyrico generi, maxime autem Silenis, ineſſe ſibi perſuadebant: cum tamen formam illis ridiculam ac turpem vetuſtas tribuerit: et hoc amplius, mores laſciuos, petulantes, dicaces. Vt haec de eorum ſapientia opinio ad παιδείαν et docendum ac praecipiendum de diſciplina morum, perſonam illorum aptam reddebat: ita quae de forma et moribus diximus, ad παιδιὰν et ciendum riſum plurimum valere, omnes intelligunt. Haec vt clarius demonſtremus, ordiamur a Bacchi choro. Prima chori Bacchici inſtitutio ſimplicior quam poſtea fuit: e ſolis enim ipſius nutricibus conſtabat. Διονυσιακοῦ χοροῦ eiusmodi meminit Poëta Ἰλιάδ. Ζ. v. 132. de Lycurgo Thrace loquens:

> Ὅς ποτε μαινομένοιο Διωνύσσοιο τιθήνας
> Σεῦε κατ' ἠγάθεον Νυσσήιον. αἱ δ' ἅμα πᾶσαι
> Θύσθλα χαμαὶ κατέχευαν *).

Nulli heic Satyri aut Sileni, ſed nutriculae tantum. Eae autem erant Nymphae, quas Bacchum infantem eſſe nutricatas nugabantur. HOMERVS, ſiue Homeridarum aliquis, poëta vetuſtiſſimus, in poſteriore Bacchi hymno XXV. 3.

> Ὃν τρέφον ἠΰκομοι Νύμφαι παρὰ πατρὸς ἄνακτος
> Δεξάμεναι κόλποισι y).

OR-

thiaſotos Baccho dedit gentilium vanitas. *Aelianus*, quem Caſaubonus adducit, vocat συγχορευτὰς Βάκχου, qui luſibus, choreis, iocis, habitu, motuque corporum ad riſum compoſito deaſtrum oblectabant. CREN. Confer. Kuhnianam Aeliani editionem a. 1713. p. 239. vbi haec ad verbum leguntur. *Ram.*

x) *Qui vtique furentis Bacchi nutrices perſequebatur per ſacrum Nyſſeium: illae vero ſimul omnes thyrſos humi proiecerunt.* — Multus eſt in enumerandis Bacchi nutricibus *Banierius*, Erlaeuterung der Goetterlehre T. III. p. 456. *Ram.*

ORPHEVS, cuius hodie extant hymni, poeta et ipſe procul dubio perantiquus, etſi non eſt, quod facile probari queat, theologus ille vetuſtiſſimus, de quo tam multa Graeci: is igitur in hymno Nympharum:

Κρυψίδομοι, Βάκχοιο τροφοὶ, χθόνιαι, πολυγηθεῖς *).

Ita ſcribendum, non, vt editum eſt, κρυψίδρομοι. Nam reſpicit Nympharum antra, in quibus plurimum habitare credebantur a). Praecedunt ibidem iſta: γαίης ὑπὸ κεύθεσιν οἰκί' ἔχουσαι b). Et poſtea quoque ἀντροχαρεῖς nominat. Amat enim poeta ille, rem eandem verbis diuerſis ſaepius repetere. Idem vates alibi nutricem Bacchi nominatim celebrat nympham *Hippam:*

Ἵππαν κικλήσκω Βάκχου τροφὸν, εὐάδα κούρην c).

item *Leucotheam* in ipſius hymno:

Λευκοθέαν καλέω Καδμηΐδα δαίμονα σεμνὴν,
Εὐδύνατον, θρέπτειραν ἐϋστεφάνου Διονύσου d).

Sed

y) *Quem alebant Nymphae pulchris comis ornatae, a patre rege ſuſcipientes finibus.* Vid. Hom. Opp Tom V. p. 99. editionis eius, quam *Erneſtio*, ſummo litterarum ornamento, debemus. *R.*

z) *In occulto habitantes, Bacchi nutrices, ſubterraneae, multum laetitiae afferentes.* Orph. Hymn. 50. v. 3. p. 244. edit. Geſner. a. 1764. *R.*

a) Hanc igitur ob cauſſam *Homerus*, quoties Nympharum mentionem iniicit, toties fere ἐν σπέεσι γλαφυροῖσι, in ſpecubus profundis, eas habitare affirmat. *Odyſſ.* I. v. 15. Elegantiſſima antri Nympharum deſcriptio eſt *Odyſſ.* XIII. v. 102. *ſeqq. Ram.*

b) i. e. *in antris terrae domicilia habentes.*

c) i. e. *Hippam obteſtor, Bacchi nutricem, gratam puellam.* Orph. Hymn. 48. p. 242. ed. Geſn.

d) *Leucotheam veneror Cadmi filiam, deam caſtam, potentem, altricem Bacchi pulchra redimiti corona.* Orphei Hymnus 73. p. 272. *ed. Geſn.* CICERO Quaeſt. Tuſc. I. 1. c. 12. *Quid? Ino, Cadmi filia, nonne Leucothea nominata a Graecis, Matuta habetur a noſtris?* Leucotheae ſtatuam puellum tenentem ac capitis inuolucro, quod κρήδεμνον vocant,

Sed veteres, non vt in ceteris ſuis diis, vni aut alteri ſolum e Nymphis, verum pluribus ſimul, Liberi patris educationem attribuerunt. Cuius rei cauſſam affert PLVTARCHVS, quod pluribus aquae menſuris, (hanc συμβολικῶς appellatione Nympharum voluere ſapientes intelligi,) debere Bacchum ad manſuetudinem inſtitui ac condocefieri, et ferociam eius caſtigari, ſignificarent. Locus eſt *Sympoſiacorum* libro III. probl. IX. extr. δοκοῦσιν οἱ παλαιοὶ, inquit, τοῦ μὲν Διὸς δύο ποιεῖν τιθηνὰς, τὴν Ἴτην καὶ τὴν Ἀδράστειαν. τῆς δὲ Ἥρας μίαν τὴν Εὔβοιαν· ἀμέλει δὲ καὶ τοῦ Ἀπόλλωνος δύο, τὴν Ἀλήθειαν καὶ τὴν Κορυθάλειαν· τοῦ δὲ Διονύσου πλείονας: ὅτι δεῖ τὸν θεὸν τοῦτον ἐν πλείοσι μέτροις νυμφῶν τιθασσευόμενον καὶ παιδευόμενον ἡμερώτερον ποιεῖν καὶ φρονιμώτερον *e*). Ex his ergo Nymphis, quae numero plures erant, coepere primitus in Dionyſiacis ſolennibus chori Baccho inſtitui, quales ipſe in montibus ac ſyluis exerceret. HOMERVS eodem hymno v. 7. ſ.

Αὐτὰρ ἐπειδὴ τόνδε θεαὶ πολύϋμνον ἔθρεψαν,
Δὴ τότε φοιτίζεσκε καθ' ὑλήεντας ἐναύλους
Κισσῷ καὶ δάφνῃ πεπυκασμένος. αἱ δ' ἅμ' ἕποντο
Νύμφαι. ὁ δ' ἐξηγεῖτο. βρόμος δ' ἔχεν ἄσπετον
ὕλην *f*).

Nym-

cant, conſpicuam, in vila Albani reperiſſe ſibi videtur *Winkelmannus*, vir immortalis, eamque Bacchi nutricem referre affirmat. V. eius *Monumenti antichi inediti* Sect 2. c. 22. Qua in re vehementer eum erraſſe putat *Caſanoua*, dicens, ſtatuam hanc *Rhumiliam* ſ. ῥουμιλίαν eſſe, i. e. Deam ex numero earum, quae educationi infantum praeeſſe putabantur. *Caſanoua* Abhandlung über verſchiedne alte Denkmäler der Kunſt p. 8. *R.*

e) *Videntur priſci, Ioui duas nutrices appoſuiſſe, Idam et Adraſteam; Iunoni vnicam Euboeam; Apollini quoque duas, Veritatem et Corythaleian; Baccho autem plures, quod oporteret Deum iſtum pluribus Nympharum menſuris cicuratum atque caſtigatum, manſuetiorem prudentioremque reddere.*

f) *At poſt hunc Deae multilaudem aluerunt; tunc itabat ad nemoroſos receſſus, hedera et lauro ornatus. Nymphae autem*

Nymphis adiectae ſunt et Muſae, ſimilem ob cauſſam: nam et has Bacchum aluiſſe fingebant. ATHENAEVS libro II. Διονύσου τροφοὶ αἱ Μοῦσαι λέγονται. Ideo in *Orphei* hymnis Muſarum praeſes Apollo celebratur Μουσαγέτης, χοροποιὸς, Βάκχιος. Et *Plato* quoque, vt oſtendimus, ipſum cum Muſis Apollinem Liberi patris facit συγχορευτὴν, propter Muſicae et poëtices originem, de qua ſuperiore capite. Quinetiam Apollinem et Liberum patrem eundem eſſe, antiqui Graecorum theologi docuerunt, vt refert MACROBIVS in Saturnalibus lib. I. c. XVIII. princ. Adſcripti ſunt poſtea in eundem chorum Satyri, Sileni, Tytiri, atque alii praeterea multi eius dei *miniſtri*, quos Graeci προσπόλους dicunt. STRABO, libro X. g). Διονύσου πρόσπολοι Σειληνοί τε καὶ Σάτυροι καὶ Βάκχαι, Λῆναί τε καὶ Θυῖαι καὶ Μιμαλλόνες καὶ Ναΐδες καὶ Νύμφαι καὶ Τίτυροι προσαγορευόμενοι. Adde his Panem, Lenaeos, Scirtos, Seuidas, τὰς Κλώδωνας, Baſſaras, Lydias, Gelotem, Comum, et item alios. Seruata eſt tamen etiam a poſterioribus poëtis primi chori ſimplicitas in nonnullarum rerum memoria, quas a Libero patre quondam cum Bacchis fuiſſe geſtas, in epici Cycli h) vetuſtiſſimis hiſtoriae fabularis auctoribus legebant. Exemplum habes in Penthei caſu. Nam in fabula illa nullum Satyrum aut Silenum agnouit, non dicam *Euripides* in Bacchis, cui per legem tragoediae non licebat Satyrum εἰσάγειν εἰς χορὸν τραγικὸν: ſed nec *Theocritus* in Lenis, nec in Metamorphoſi ſua *Naſo*, neque in imaginibus ſuis *Philoſtratus*. Quod autem in Euripidis fabula Satyros hoc verſu chorus nominat, παρὰ δὲ μαινόμε-

voi

tem ſimul ſequebantur; ipſe dux erat; ſonus autem replebat immenſam ſyluam. Tom. V. Opp. Hom. p. 100. ed. Ern.

g) p. 717. edit. Almelov. quae Amſtelaedami an. 1707. prodiit. *R*

h) De cyclo epico et poeticis cyclicis vide *Caſauboni* Animaduerſiones in Athenaeum p 478 et 481, *Dacierium* ad Horat. Od. 7. lib. 1. et *C G. Schwarzii* peculiarem Differt. a. 1714. Altorfi habitam. *Ram.*

νοι Σάτυροι: vſitatiſſima eſt poëtis figura, anachroniſmus.

In ipſo quidem fabulae argumento neque Satyri neque Sileni vsquam comparent. Similis anachroniſmus ab iis commiſſus, qui Dionyſiacam pompam Ptolemaeo regi inſtruxerunt, quam deſcribit *Athenaeus* in quinto i). Nam ibi pueto Baccho adeſt Priapus k): quem, certum eſt ex

i) pag. 195. edit. Caſaubonianae.

k) Iuuat hanc rem illuſtrare diſertiſſimi Mureti verbis. *Bacchi filius*, inquit Schol. in Tibull. lib. 1. eleg 4. 7. p. m. 46. edit. Venetae Aldinae MDLVIII. in 8 *eſt praeclarus iſte et virginalis Deus. Atque ita eſſe, confirmat etiam verſus Antipatri Sidonii:*

— — — ταῦθ' ὁ Πρίηπος
Ὕμμιν ἐνορμίτης παῖς ὁπάω Βρομίου.

Orpheus Bacchum, Solem et Priapum eundem facere videtur. Theocriti ſcholiaſtes ait, Priapum eſſe Naidis aut Chiones nymphae, et Bacchi filium: at alios eum cum Baccho eundem facere. Diodorus Siculus (lib. IV. c. 6.) *et Pauſanias* (lib. IX. p. m. 588. edit. Hanouienſ MDCXIII.) *Baccho et Venere genitum eſſe tradunt. Apud Lucianum reperio, eum eſſe Veneris filium; ſed, ſi etiam Bacchi, nae ille patrem ſuum haudquaquam paterne accepit, quem, Lampſaci hoſpitio exceptum, noctu haſta illa ſua confodere voluerit: at conſtat e Luciano, eum non eſſe Dionyſi filium.* Ceterum plura de Priapo docet ex Scioppii, elegantis venereae rei interpretis, commentis *S. A. Gabbema* Not. in Petronii Satyricon p. m. 483. ſeq. edit. Amſtelod. MDCLXIX in 8. Vide tamen et quae pro ſe dicat *Scioppius* in Amphotidibus p. m. 101. ſeq Confer. et *Henr. Kippingium* lib. 1. Antiquit. Rom. c. 3. §. 7. Caſparem Scioppium *patrem caſtiſſimum libidinantium et rei veneriae ſollicitum interpretem* vocantem. At quod ibi Coelium Rhodiginum laudat, ac ſi ille lib. VIII cap. 39. 31. totius maſtrupatorum ordinis hiſtoriam ab Orpheo repetat ac pertexat, adiungereque iubet Elmenhorſtium in notis ad lib. 1. Apuleii fol 36, in vtroque errat. Cum enim *Coelii* liber octauus XIX. tantum capita contineat, palam errauit vel b. auctor non inſpiciens Coelium aliique credens, vel, quod malim, typographus.

ex *Strabone* l), nouitium eſſe Lampſacenorum inuentum, Homero et omnibus vetuſtioribus poëtis ignoratum. Omnium vero Bacchi comitum praecipui fuerunt ſecundum Bacchas, Satyri et Sileni: quos non ſpecie, ſed aetate ſolum differre, Graecorum plerique cenſuerunt. Sileni Satyrorum erant epiſtatae propter grandem aetatem, Bacchi ipſius paedogogi, τροφοὶ et baiuli m). Satyri eiusdem

phus. Tu, lector, ne neſcias, euolue Coelii lib. XV. c. 9. et 10. At Geuerh. Elmenhorſtii locum adhuc quaero. In libro ſane primo, quem obiter percurri, tale quid mihi non obuenit, ſicuti nec in *Lipſii* notis (quas ibidem laudat *Kippingius*) ad Germaniam Taciti p. 53. CREN.

l) lib. XIII p. 879. edit. *Almelov.*

m) Silenus dictus eſt a σιλαίνειν, quod eſt petulanter et dicaciter ludere. Fingitur reconditae ac compoſitae ſapientiae deus hic, Bacchi nutricius vel paedagogus, qui multa ſapienter docuit, fuitque, ſi iudicium *Ger. Io. Voſſii* ſequimur, vir pro temporibus illis et naturae et antiquitatis omnis intelligentiſſimus. Vide ipſum l. 1. *Theol Gentil.* c. XXI. p. 81 ſeq. *Tertullianum* de Pallio c. II. princ. item libr. aduerſus Hermogenem et de anima c. II *Cononis* διήγησιν apud Photium, *Plutarchum* lib. de Conſolat. ad Apollon Hinc eum *Maro* de rerum principiis diſputantem inducit Eclog. VI, ebrium quidem illum, vt Bacchi educatorem decebat, ſed tamen perite ſecundum Epicureorum opinionem de iis (primordiis ſcilicet rerum) canentem; idque in gratiam Quinctilii Vari, qui, Donato teſte, vna cum Virgilio ſectae huic ſub Sirone philoſopho operam dedit. *Luciano* Tom. II. Opp. p. m. 710. in deorum concilio deſcribitur φαλακρὸς, σιμὸς τὴν ῥῖνα, ἐπὶ ὄνου τὰ πολλὰ ὀχούμενος, Λυδὸς οὗτος, i. e. *caluus*, *ſimis naribus*, *plurimum ſuper aſino inequitans*, *genere Lydus.* Vide *Iul. Caeſ. Scaligerum* lib. I. Poetices c. 4. et 12. lib. 3. c. 99. *Lil. Greg. Gyraldum* Tomo I Opp. Syntagm 15. Hiſt. deor. p. 445. ſeq. edit Lugd. Bat MDCXCVI. in fol. *Euſeb. Nierembergerum* Hiſtor. Natural. lib. V. cap 9. et 10. CREN. — Sapientiam Sileno a veteribus tributam, vel illud Bacchylidis declarat. ὡς ἀπὸ Σειληνοῦ εἰρημένον, *quaſi a Si-*

dem Bacchi colluſores. Secuti enim ſunt etiam in iſtis eandem rationem, cum eos Libero patri addixerunt, qua et prius vſi in Nymphis et Muſis. Minus recte *Diodorus Siculus* [n]) primo libro, ex quorundam ſententia, in Aethiopia id primum inſtitutum ſcribit: eſt enim Graecanicae vanitatis hoc quoque inuentum, res Bacchicas in maius ſemper attollentium. Vetuſtiſſimum autem eſt apud Graecos ſigmentum de Satyrico genere. Ita vocarunt ſyluarum et montium ridiculos quosdam ſemideos: nam ἡμιθέοις plerique auctores aſcribunt, etſi θεοὺς *Heſiodus* indigetat. OVIDIVS ſuperis annumerat, videturque ſeparare a ſemideis: in Ibin. v. 79.

Vos quoque plebs ſuperum, Fauni, Satyrique, Laresque
Fluminaque, et Nymphae; ſemideumque genus.

Sed aliter accipiendum eſſe hunc locum, ex aliis eiusdem apparet. Metamorphoſeon primo v. 192.

Sunt mihi ſemidei, ſunt ruſtica numina Fauni,
Et Nymphae, Satyrique et monticolae Syluani.

Ita ſaepe latini poëtae Satyros Faunis [o]) iungunt, vt claſſis eiusdem atque ordinis. Idem *Ouidius* in VI. Metamorphoſi de Marſya Satyro, v. 392.

Illum ruricolae ſyluarum numina Fauni,
Et Satyri flerunt. — — —

Hora-

a Sileno pronuntiatum, eodem fere ſenſu, quo dicere ſolemus, *quaſi de tripode dictum.* Plura de Sileno legere cupientes ad *Banierium* delegamus, Götterlehre T. III. p. 681. ſeqq. *Ram.*

n) Vide hic *Ioan. Marshami* Canon. Chronic. pag. 66. ad ſec. 4. CREN.

o) Vide *Turnebum* libro XXVI. Aduerſariorum c. 19. p. m. 562. *Caſp. Barthium* ad ſcriptores venat. pag. 184. *Henr. Kippingium* Antiquitt. Rom. lib 1. c 4. §. 4. et cumprimis Cl. *Salmaſium* Exercitat. Plinian. p. m. 294. CREN.

HORATIVS lib. I. Epiſt. XIX. v. 3.

— — *vt male ſanos*
Adſcripſit Liber Satyris Fauniſque poëtas p).

Norant Satyros Graeci multo prius, quam in Bacchi familiam eos transſcriberent. Nam in antiquiſſimis fabularis hiſtoriae narrationibus Satyros reperias nominatos, ſed ſine Baccho; vt, cum refert *Apollodorus*, Satyrum ab Argo Panopta eſſe occiſum, qui Arcadiam habebat infeſtam: cum Promethei et Satyri colloquium narrat *Plutarchus* q), aut cum Nauplius, vel alii heroës, habuiſſe Satyros genitores dicuntur. Notiſſima etiam eſt de Marſyae Sileni infelici cum Apolline certamine hiſtoria r). Meminit et poëta in hymno Veneris IV, vbi, cum de Nymphis montium multa dixiſſet, de Silenorum ac Mercurii cum iisdem conſuetudine iſta ſubiicit, v. 263.

Τῇσι δὲ Σιληνοί τε καὶ εὔσκοπος Ἀργειφόντης
Μίσγοντ᾽ ἐν φιλότητι, μυχῷ σπείων ἐροέντων s).

De Satyrorum genere varia et incerta prodidere veteres. Itaque ſcriptum a DIODORO libro III. Bibliothecae, Sileni genus

p) *Sidonius Apollinaris* in praefat. panegyrici Antemio Auguſto conſuli:
Tum Faunis Dryades, Satyriſque Mimallones actae
Fuderunt lepidum ruſtica turba melos. —
Ram.

q) Cum Satyrus ignem primo ſibi viſum oſculari vellet et amplecti, monet eum Prometheus: *Barbam, caper, tuam deflebis protinus; tangentem adurit ignis.* Plutarchus] de capienda ex hoſtibus vtilitate. *Ram.*

r) Marſyas Satyrus fuit, tibiis a ſe inuentis tam ſcienter cantans, vt adeo Apollinem in muſicae certamen prouocare auſus fuerit. Victus autem eſt et excoriatus ab Apolline. Fabulam hanc habes apud *Ouidium* Faſtor. lib. 6. *Diodorum* lib. 4. *Athenaeum* lib. 14. cap. 2. *Ram.*

s) *Iis vero Sileni et prouidus Mercurius miſcentur amore, in receſſu ſpeluncarum amabilium.* — *Caſaub.*

genus propter nimiam vetuſtatem penitus ignorari: τὸ Σιληνοῦ γένος ὅθεν ἦν, ὑπὸ πάντων ἀγνοεῖται διὰ τὴν ἀρχαιότητα. De Satyrorum certe ſatu in Theogonia nihil *Heſiodus*: qui tamen alibi Oreadibus Nymphis, Hecataei cuiusdam et Phoronei filiabus, cum iſtos, tum Curetes prognatos cecinit. STRABO l. X. p. 325. Ἡσίοδος Ἑκαταίου καὶ τῆς Φορωνέως θυγατρὸς πέντε γενέσθαι θυγατέρας φησίν; — — ἐξ ὧν οὔρειαι Νύμφαι θεαὶ ἐξεγένοντο

Καὶ γένος οὐτιδανῶν Σατύρων καὶ ἀμηχανοέργων·
Κουρῆτές τε θεοὶ φιλοπαίγμονες ὀρχηστῆρες t).

Materni ſolum generis Heſiodus heic meminit: vt etiam *Aelianus*, de Sileno, qui a Midia captus, ſcribens lib. III. c. XVIII. Νύμφης παῖς ὁ Σιληνὸς ὄντος, θεοῦ μὲν ἀφανέστερος τὴν φύσιν, ἀνθρώπου δὲ κρείττων καὶ θανάτου ἦν u). Paternum Satyrorum genus retulere quidam ad Deucalionem. Propterea enim DEVCALIDAE poëtis Graecis ſunt dicti. *Heſychius:* Δευκαλίδαι, Σάτυροι. Sunt autem Deucalidae filii aut nepotes Deucalionis Theſſali: quos etiam alia forma poëtae Graecorum Δευκαλίωνας nominant: vt in Syracuſanis *Theocritus:*

Οὐδ' οἱ ἔτι πρότερον Λαπίθαι καὶ Δευκαλίωνες.

Vetus ſcholium: δευκαλίωνες, ἀντὶ τοῦ Δευκαλίδαι, ἀπὸ Δευκαλίωνος τοῦ Θεσσαλοῦ. Sed et Deucalum nominant Graecorum archaeologi, a quo et Deucalion et omnes Deucalidae ſint orti. Alii in ea quidem terrae Graeciae pro-

t) Heſiodus enim Hecataei et Phoronei filiae quinque ait fuiſſe filias:

Vnde deae nymphae prognatae Oreades exſtant,
Vanorumque genus Satyrorum et inania tractans,
Curetesque dii luſores, ſaltatores.

Strabo l. c. p. 723. edit. Almelov. *Ram.*

u) *Hic Silenus erat Nymphae filius, et diis quidem conditione inferiore, mortalibus vero morteque ſuperiori.* Vide in eum Aeliani locum doctiſſimi *Ioach. Kühnii* notas, laudantis ibi hunc Caſauboni locum, p. m. 201. ſeq. CREN.

prouincia, ſed non a Deucalione, verum a Centauris, Satyros volunt eſſe genitos: vtrumque genus διφυές, ſed diuerſo modo: vtroſque Attici et Iones φῆρας vel φηρέας appellarunt, de quo mox. NONNVS in Dionyſiacis, libro XIII.

Καὶ λασιών Σατύρων Κενταυρίδος αἷμα γενέθλης
Σιληνῶν τε φάλαγγα δασυκνήμοιο γενέθλης *).

Idem poeta in XIV. Satyrorum patres Silénos facit: hos autem Telluris filios. In ſecundo Bibliothecae *Apollodori* leges, Pholum Centaurum nobilem Sileni et Nymphae Meliae fuiſſe filium. En Centauros Satyrorum genitores! en Satyros Centaurorum! Adeo ſunt haec tradita diuerſe. Quidni autem? Mera enim ſunt delirantium poetarum primo, deinde pictorum figmenta: in quibus nulla poteſt eſſe conſtantia. Abſit enim vt putemus, extare vllos, aut extitiſſe vnquam, in rerum natura Satyros Silenoſue y). Sed cum errans aut ludens natura, ſicut ait *Plinius* z), hominem aliquando produxiſſet in lucem cum cornibus a), aut alia deformitate contra conſuetas ipſi leges notabilem: paullatim perſuaſere ſibi mortales rerum imperiti, et naturali quadam inclinatione generis humani ad τερατολογίαν ac rerum mirabilium fictionem et auditionem iuſta proni, naſci in ſyluis et abruptis montium

C 2 tale

x) *Et hirſutorum Satyrorum, Centauricum ſanguine generationis, Silenorumque phalangem hirſutos pedes habentis generationis*

— — — — Corybantides dicite Muſae.

V. *Nonni Panopolitae* Dionyſ. p. 352. edit. Hanouienſ. 1610.

y) Fuerunt tamen, qui extitiſſe Satyros temere ſibi perſuaderent. Quorum e numero Hieronymum, Albertum Magnum et Picum de Mirandola fuiſſe, facile credimus *Banierio* Götterlehre Tom. III. pag. 666. *Ram.*

z) Hiſtor. natur. lib. XI. c. 37. CREN.

a) Legendus hic omnino eſt elegans ac eruditus *Georgii Francii* tractatus philologico-medicus *de cornutis* Heidelbergae editus MDCLXXVI. in 4. Cuius, miror, diligentiam hunc Caſauboni locum praeteriiſſe. CREN.

tale animalium genus: quod commentum pari leuitate a poſteris et acceptum et varie concinnatum eſt, atque a prioribus fuerat excogitatum. Acceſſere phantaſmata illudentium daemonum: quorum eſt vnicum ſtudium, mendacia cuiuscunque generis pro veris ingerere, et omnibus modis in hominum animis illa firmare. Haec ita accidiſſe, fidem faciunt ſimiles naturae luſus, quorum nulla aetas fuit expers. Adductus eſt ante hos ſex ſeptem annos ad Chriſtianiſſimum regem ex montanis Cenomanorum homo quidam cornutus, cui nomen erat *Franciſco Trouilluuio*. Narrabat ille nobis, nulla ſibi naſcenti fuiſſe in capite indicia cornu: circa ſeptimum aetatis ſuae annum coepiſſe ſinciput erumpente cornu exaſperari; quod poſtea cum aetate auxerat, veruecini modo leuiter ἑλικτόν: cuius rei pudore Firmi ſiue Firmini pagum, natalem ſibi locum, adoleſcens aiebat reliquiſſe, et in montes Cenomanorum conceſſiſſe. Ibi inter operas carbonarias ad annum vsque XXXV. latuit: nihil pari ſtudio cauens, ac ne cui vnquam caput aperiret; quod metuebat, ne ſi res palam fieret, pro monſtro haberetur, et libertate αὐτοπραγίας adempta circumduceretur. Quae tandem miſero fortuna quum eueniſſet, homo ferox et contumeliae impatiens, quique deformitatem ſuam ab agyrtis in occaſionem aeruſcationis eſſe verſam, aegerrime ferret, breui eo moerore et indignatione confectus periit. Huic ſi cornu exciperes, nihil quicquam fuit a communi lege animi corporiſue humani diuerſum. Cornu vero plane inſigne et τεράστιον. Durities illi et craſſities, quanta ſolet eſſe veruecinis, aut caprinis: color fuluus, et omnino qualis comae et barbae: nam excepto ſincipite, comatus ceteris capitis partibus more aliorum fuit, et barbatus. Sinciput vero totum glabritie στιλπνόν: materia omni pilorum in cornu abſumta; quod in dextra bregmatis parte enatum, non extra caput more veruecinorum reflectebatur, ſed verſus ſiniſtram. Vnde fiebat, vt extremum cornu in caput incideret, perrupturum haud dubie

et

et perniciem allaturum, niſi aliquoties fuiſſet praeciſum; qua ex re maximos et fere continuos dolores percipere ſe affirmabat. Non dubito, ſimilia portenta primis hominibus occaſionem dediſſe, Satyros et Panes atque Aegipanes fingendi: queis cum initio cornua ſolum eſſent attributa, poſtea variis figmentis aucta eorum deformitas: ex quo tandem factum, vt omnes monſtruoſos, aut aliqua inſignes deformitate, vocarent Satyros vel Panes aut Aegipanes. Quin etiam ſimiae turpiſſimae beſtiae genus quoddam Satyros dixerunt *b*). *Heſychius* obſcure more ſuo haec omnia nos docet, cum ſic ſcribit: σάτυροι, μορφαὶ ἀπρεπεῖς, quae verba γενικῶς interpretari oportet, et quam latiſſime extendere. Atque ita accipere debes apud *Plinium* lib. V. c. VIII. lib. VI. c. XXX. extr. et alios Geographos *c*), qui tot locis Satyros et Aegipanas commemorant. Non excidere tamen nobis, quae de veris Satyris ſcri-

b) Satyros et Sphinges ſub ſimiis recenſent *Plinius* l. VIII. c. 54. extr. De iisdem accipiendus eſt et locus l. VII c. 2, cum ait: *Sunt et Satyri ſub ſolanis Inaorum montibus* (*Cartadulorum dicitur regio*) *perniciſſimum animal; tum quadrupedes, tum recte currentes humana effigie, propter velocitatem, niſi ſenes aut aegri, non capiuntur.* Vbi Dalechampius: *In vaſto Oceano repertos ſatyros ab Euphemo Care in inſulis, quas Satyridas vocant, Pauſanias narrat lib. 1. p. m. 41. rufos, caudis non minoribus quam equorum, ſalaciſſimos, vt qui mulierem expoſitam et anteriore Venere et poſteriore vexarint petulantiſſime.* Solinus Polyhiſt. cap. XXX. (al. XXVII. al. XL.) de ſimiarum generibus exponens: *Sunt et quas vocant* Satyros, *facie admodum grata, geſticulatis motibus inquietae.* Hasque Dionyſium in deliciis habuiſſe, ſicut et hodie a magnis et principibus viris fieri videmus, non deſunt, qui putent. *Diodorus Siculus* lib. III. Biblioth. Καὶ σατύρους φασὶν αὐτὸν (Διόνυσον) περιάγεσθαι, καὶ τούτους ἐν ταῖς ὀρχήσεσι καὶ ταῖς τραγῳδίαις τέρψιν καὶ πολλὴν ἡδονὴν παρέχεσθαι τῷ θεῷ. Confer. noſtrum *Caſaubonum* in Theopraſti Characteres p. 166. ſeq. CREN.

c) Vide et *Solinum* c. XXXIV. extr. *Salmaſium* in Exercitationibus Plinianis p. 585. 6. CREN.

ſcriptores maximi, *Plutarchus* d), et B. *Hieronymus* e) (nam aliorum ὀυδεὶς λόγος) memoriae prodiderunt: ſed pro-

d) *Plutarchi* locus eſt in Sylla Tom. I. Opp. p. m. 468. edit. Lutet. Pariſ. MDCXXIV. et ita, ſi latine interpreteris, habet: *Sylla hinc, per Theſſaliam et Macedoniam itinere ad mare facto, inſtitit mille ducentis nauibus traducere ex Dyrrachio exercitum Brunduſium. Prope Dyrrachium eſt Apollonia, et in vicino Nymphaeum, ſacer locus, qui ex virenti valle et pratis ignis venas diſperſas perpetuo manantis eructat. Ibi ſtratum ſomno Satyrum, qualem plaſtae et pictores adumbrant, ferunt captum. Adductum ad Syllam percunctatos multos interpretes, quinam eſſet? quum vocem tandem edidiſſet, non quidem humanam vel clarum, ſed aſperam et omnino ex hinnitu equi, et hirci balatu confuſam, obſtupuiſſe Syllam et monſtrum auerſatum.* Pauſanias in Atticis de ſatyris ſententiam, (ſcribit *Ioh. Baptiſta Pius* Annotat. poſter. c. 175.) ſic concipit. Haec CRENIVS. Quae ſequuntur *Pii* verba omittere placuit. Praeſtat enim fontem ipſum videre, quam riuulos conſectari. Neque etiam ad rem illuſtrandam multum affert *Pii*, haud ignobilis ſec. XV. philologi, locus, cum maxime ſit mendoſus, et inelegans. Namque ſcribendi genere parum ornato vſus eſt *Pius*, verborumque collocationem adhibuit aſperam atque hiulcam, qualem nuper in *Taylorio* Anglo vituperauit Cel. *Reiskius* in Praef. ad Lyſiae Orationes a ſe editas. *Ram.*

e) *Hieronymus* in vita Paulli Eremitae ſcribit: S. Antonium inter quandam ſaxoſam conuallem incidiſſe in quendam haud grandem homunculum, aduncis naribus, fronte cornibus aſperata, cuius extrema pars corporis in caprarum pedes deſinebat. Interrogatum, quis eſſet? reſpondiſſe: Mortalem eſſe et vnum ex accolis Eremi, quos vario deluſa errore gentilitas, Faunos Satyroſque et Incubos vocans, colat, legatione fungi gregis ſui, precarique, vt pro eo communem Dominum deprecetur, quem pro ſalute mundi veniſſe cognouerint, etc. Finita narratione ſubiungit Hieronymus: *Hoc ne cuiquam ob incredulitatem ſcrupulum moueat, ſub rege Conſtantino, vniuerſo mundo teſte, defenditur. Nam Alexandriam iſtiusmodi homo viuus perductus, magnum populo ſpectaculum praebuit, et poſtea cadauer exſangue, ne calore*

profecto etiam illorum narrationes commoda interpretatione, ſicut oſtendimus, ſunt adiuuandae. Quamquam ne ſic quidem negari poteſt, veris falſa eſſe admixta et τερατώδη, quae nullam fidem mereantur. Illa vero palam falſa et impudenter ficta, quae pro veris aſſerit ſcriptor, quouis poëta fabuloſior, *Philoſtratus*, in ſexto *De vita Apollonii*. Verum de his ſatis: nunc eo referamus orationem,

lore aeſtatis diſſiparetur, ſale infuſo, Antiochiam, vt ab Imperatore videretur, adlatum eſt. Haec ille Sed recte Caſaubonus hic ſtatuit, quidquid de Satyris legimus, ex poetarum pictorumque fingendi licentia originem ducere; nihil huius reuera in rerum natura exiſtere: at ſi quid viſum eiusmodi fuerit, vel illudentis daemonis phantaſma, vel naturae luſum fuiſſe. Nam, vt eſt procax natura, poteſt quandoque hominem cornutum, forte et capripedem producere; ſed totos greges, et genus huiusmodi legitimum creare, de quo ille Antonianus Satyrus referebat, veroſimile non eſt. Atque ſi dentur maxime, non voce humana tamen, ſed belluina, vt ille a Sylla captus Satyrus, loquerentur, nec noſtrum ſermonem intelligerent, degentes perpetuo inter feras. Iam remoti ab omni conſortio penitus et literarum ac diſciplinae, quam dei, quam humanarum rerum habere poſſint notitiam, vt ſciant, quid Chriſtiani credant ac ſperent, quid erret colatque gentilitas, eaque, quos Satyros Faunosque ac Incubos vocet? Profecto aut figmento inani deceptus Hieronymus fuit, temere credens, aut ſpectro illuſus Antonius. Iam ille ad Conſtantinum adlatus Satyrus procul omni dubio monſtrum fuit, in quo luſit natura ac legem ſuam migrauit *Plutarchus* autem non adfirmat, ſed refert famam. Φασὶ enim ait, id eſt, *dicunt*, *ferunt*. Quo fere vti ſolent hiſtoriarum conditores, cum de rebus exponunt, de quibus ipſi dubitant Adde *Thuanum* lib. 123, elegantiſſimumque *Gisbertum Cuperum* lib. 1. Obſeruat. cap. 12. extr. CRENIVS. Memini etiam legere, in *Ephemeridibus Academiae Caeſareo-Leopoldinae Naturae Curioſorum*, Centur. I. (an. 1712) a *Schobero* quodam narrari, viſos eſſe noſtris temporibus in Eſthonia et Olandia Satyros; cuius quidem rei fides ſit penes auctorem. *Ram.*

tionem, vnde eſt egreſſa. Quam incertae ſunt auctorum ſententiae ſuper origine Satyrorum et Silenorum, tam ſunt Grammaticorum de ratione illorum nominum fluctuantes opiniones. Ridiculum eſt, quod multis veterum placuit, dictos eſſe σατύρους παρὰ τὸ σεσηρέναι, quod more irridentium detorto ac depravato vultu eſſent: id enim eſt σεσηρέναι, vt explicat Galenus, vel ab irriſu et cachinnis. Nam etſi ingenio et imaginibus plerisque Satyrorum etymum conuenit, quorum erat proprium τὸ σιμὰ σεσηρότας μυχθίζειν, vt loquuntur poëtae: non tamen admittendum, quia caret analogia, cuius ſemper praecipua habenda ratio. Probabilius alii, quia Satyros in Venerem pronos credebant, a voce σάθη, quae eam partem ſignificat, qua viri ſumus: vnde σάθωνες, *bene vaſati*, σατύρους deriuarunt; non quaſi *ſathunos*, quod inepte ſcribitur apud *Macrobium* lib. 1. *Saturnal.* c. VIII. extr., quum lingua graeca eam formam non agnoſcat; ſed quaſi *ſatheros*. Rara quidem formatio, ſed quae exemplo non careat. Nam vt ab ἅλμη ἁλμυρός: ſic a σάθη σαθυρὸς, et corruptione litterae vnius, σατυρὸς, *libidinoſus*. *Heſychius* σατύραν, καταφερῆ: nempe πρὸς τὰ ἀφροδίσια. Melius vero σατυρὰν, accentu in poſtremam retracto: ita enim exigit analogia, quando eſt nomen praedicationis; cum autem tranſit in aliam formam, tum mutatur accentus. Σατύρα, nomen ſcorti apud Athenaeum. Sic etiam Σάτυρος, cum pro Satyro accipitur. Quamobrem non temere eleuanda fides huic veriloquio; etſi non minus probabilia poſſunt afferri alia. Imo fortaſſe ſerius eſt, ſicut de vocibus κωμῳδία et δρᾶμα docet Philoſophus f), Dores illas ſibi vindicaſſe: ita hoc quo-

f) *Ariſtoteles* Poet. cap. 3. Comoediae nimirum ἐν κώμαις i. e. vicis primitus agi ſolebant. Vicos autem, qui ab Athenienſibus δῆμοι vocantur, Dores appellant κώμας. Eadem eſt δραμάτων ratio. Namque Dores δρᾶν, *agere*, dicunt, quod Athenienſes πράττειν. Neque tamen cum Ari-

quoque vocabulum proprium eorum Dorum initio fuiſſe. *Σάτυρ* enim aut *σάτυρ* in illorum dialecto *ludere* g) ſigni-

C 5 ficabat:

Ariſtotele affirmare auſim, Comoediarum dramatumque originem a Doribus eſſe repetendam; maxime cum Comoediae nomen ſuum nactae nonnullis videantur, vel a *Como*, comiſſationum nocturnarumque ſaltationum praeſide, vel a *κωμάζειν*, laſciuia et proteruia vti, qualis eſt comiſſantium. *Ram.*

g) Egregie haec explicat *Heinſius* lib. 1. de ſatyra Horatiana p. 12, quare et verba eius adpono. *Sicut*, inquit, *Satyros, actores, et qui eo genere ludorum oblectabant, ita σατυρίδδην, ἀντὶ τοῦ παίζειν, id eſt*, ludere, *ii ipſi Lacones, quibus vocem Σατύρας adſcribit Heſychius, dixerunt. Vnde et διασατυρίδδην, διαπαίζειν, Λάκωνες, apud eundem legitur. Quod et poſtea ſecuti ſunt alii. Hinc Σατυριστής. Gloſſae veteres, Σατυριστὴς, ὁ σκηνικὸς*, ludio. *Vnde apparet tam in ſcena, quam extra eam σατυρίζειν pro* ludere, *vſurpatum fuiſſe: quemadmodum ſatyricum nonnulli drama τραγῳδίαν παίζουσαν dixerunt. Demetrius cuius* de interpretatione *extat libellus: οὐδὲ ἐπενοήσειεν ἄν τις τραγῳδίαν παίζουσαν· ἐπεὶ Σάτυρον γράψει ἀντὶ τραγῳδίας. Vbi nota; Satyrum vocari drama. Sed quid dubitamus? cum poeta vetus Dioſcorides παίγνια ἀν ὕλαν, id eſt*, ludos ſylueſtres, *eos dixerit ad verbum.*

Θέσπιδος εὕρεμα τοῦτο. τὰ δ' ἀγροιῶτιν ἀν' ὕλαν
Παίγνια, καὶ κώμους τούς δε γελοιοτέρους
'Αισχύλος ἐξύψωσε.

Et Dionyſius Halicarnaſſenſis, ludiones, qui in triumphis Romanorum dicaces iocos effundebant, Σατυριστὰς, ipſos autem ludos παιδιὰν σατυρικὴν i. e. ludum ſatyricum *vocauit lib. VII. Rurſus, vt σατύρους, ludiones et ad oblectandum factos καὶ φιλοπαίγμονας, ita feminas Σατύρας dicebant. Vnde meretriculae apud* Athenaeum *nomen, non tam a lubidine, quam a morum lepore et venuſtate adhaeſit. Et Σατυρὰ, tono mutato, quae huc inclinaret, et hac indole eſſet. A quo forte chriſtianus poeta Elpidius σατυροῦν, pro σατυρίζειν, formare potuit, qui poeticos ſcenicosque ludos ſuos (puta Comoedias) σατυρώματα vocauit. Ita enim ſcribendum:*

Hinc etiam noſtro nugata eſt ſcena dolori,
Garrula mendoſis fingens ſatyromata muſis,
Falleret vt trepidos cantatrix pagina queſtus.

Sicut

ficabat: vnde et *διασάτηϱ* pro *διαπαίζειν* Lacedaemonii vſurparunt. *Heſychius*, *διασάτηϱ*, *διαπαίζειν*, *Λακω-νες*. Iuuat coniecturam noſtram, quod Attici et Iones Satyros vocarunt *φῆϱας* ſiue *φηϱέας*, vt apud Hippocratem obſeruat Galenus [b]). Sic in Euripidis Cyclope Vlyſſes Satyros vocat *θῆϱας* illo verſu:

Σιγᾶτε πϱὸς θεῶν, θῆϱες, ἡσυχάζετε etc.

Etiam poëtarum principi *φῆϱες* ſunt Centauri [i]), quibus fuit cum Satyris commune genus, vt probauimus. Quam bene Satyris hoc etymum conueniat, ſciunt, qui meminerunt,

Sicut Graecus γελοιοτέϱους κώμους Satyros vocauit. Niſi plane aliud agimus, ludicrum poema ac facetum deſcribit. Hinc Latini, quod nemo obſeruauit, Satyram, ludum *conuertunt. Et Perſius* ingenuum ludum *interpretatus eſt* Sat. V. v. 15.

— — — — pallentes radere mores
Doctus, et ingenuo culpam defigere ludo.

Quae ὀνοματώδης Satyrae eſt definitio. Horatius I. *Sermonum Sat.* X. v. 37.

— — — haec ego ludo,
Quae nec in aede ſonent, certantia iudice Tarpa,
Nec redeant iterum atque iterum ſpectanda theatris.

Ludere, eſt σατυϱίζειν; ideoque dixit, extra ſcenam, ne ſit ambiguitas. Sane Satyra eſt ludus. Neque aliter *Seneca interpretatus eſt. Vera etenim libelli, quo ſatyrice Claudius tangitur, inſcriptio*, ᾿ΑΠΟΚΟΛΟΚΥΝΘΩΣΙΣ, *ſiue* ludus in Claudium Caeſarem. *Vbi* Ludus *eſt Satyra. Et quid libellus iſte, niſi Satyra?* Haec Heinſius. Gloſſas, quas adducit, inuenies in Cyrilli calce. Elpidius vero, praenomine Ruſticus, fuit Boëthii aequalis, adlatusque locus legitur in carmine de Chriſti Ieſu beneficiis. Vide, quae diximus, in extr. praefat. Faſcis noſtri II. p. 138 CRENIVS.

b) Galeni locum infra affert Noſter, de tumoribus circa aures Satyrorum diſputans *Heſychius* Tom II. pag. 1502. editionis praeſtantiſſimae, quae Lugduni Batauorum a 1746. et 1766. in Fol. prodiit: *Φῆϱα, θῆϱα ἄπεϱ* (᾿*Αιολεῖς*)., et ſtatim: *Φῆϱες, οἱ Κένταυϱοι, ᾿Αιολικῶς. Ram*

i) *Homerus* Iliad. A. v. 268. B. v. 743. *R.*

nerunt, *φιλοπαίγμονας* a poëtis eos vocari, et ſemper ludibundos induci. Quoniam vero antiquiſſima quaeque Graecorum verba Hebraicae ſunt originis, ſicut liquido probamus alibi [k]): non abſurde aliquis putet *σατύρους* quaſi סתורים *ſaturim* [l]) eſſe dictos, qui in ſpeluncis atque

k) Quod quibus argumentis et vbi probauerit Noſter, ignoro. Id ſcio, *Mericum Caſaubonum*, Iſaaci filium, eandem tuitum eſſe ſententiam, cui calculum adiecerunt philologi haud pauci, quos longo ordine recenſet *Ioh. Simonis* in *Introductione grammatico-critica in linguam graecam* p. 8. *Ram.*

l) *Satyrorum vocabulum*, auctore ſupra laudato Dan. Heinſio lib. 1. de Satyra Horatiana p. m. 10. *vel Liberi miniſtros, vel perſonas, quae hos referebant, priſcis notat. Poſteriori modo accepere, qui τὸ Σάτυρος, χορευτὴς interpretantur. Prioris originem recte, vt arbitror, a voce* סתר ſatar, *maximus vir* Caſaubonus *deduxit. Non quod lateant plerumque in rupibus, ſyluis aut antris modo, ſed quod veriſimile ſit, malos illos genios, lubidinis ac foeditatis ſuae conſcios, a Deo ſe abſcondidiſſe: vt parentes noſtros primos foediſſimi peccati reos. Nam et ibi ea voce vſus eſt Moſes Geneſ.* III. v. 8. 10. *Quamquam tales genios aut deos* שעירים, ſeirim, *a villoſitate et pilis proprie Hebraei dicunt; quod Helleniſtae δαιμόνια reddunt, quaſi Chaldaeum* שדיך *vel* שדין, *quod eſt ipſum genus, expreſſiſſent. Ita apud Eſaiam* c. XIII. 21. *δαιμόνια ὀρχήσονται ἐκεῖ. Nam ſaltare, Satyrorum proprium. Lancem, quam ſaltantes vuis aliisque fructibus refertam oſtendebant, voce laconica Latini Σατύραν dixerunt. Heſychius Σατύραι, σκάφαι βοτρύων, παρὰ Λάκωσι. Varro in Quaeſtionibus Plautinis*, Satura eſt, vbi vua paſſa, et polenta, et nuclei pinei, ex mulſo conſperſi etc. *Vnde a Romanis tum ad leges, tum ad alia miſcella ea vox translata eſt. Quaerunt viri ſummi, quomodo vox graeca Romam peruenire tum potuerit: qui et latinam eſſe, cum de Heſychio non cogitarent, mordicitus defendunt: Quibus veteres pro nobis hic reſpondent, qui Sabinos Lacedaemoniorum colonos faciunt. Quod nec autor grauiſſimus Plutarchus negat, et poetae teſtantur, qui nunc Oebalios, nunc Amycleos, nunc Theramnaeos, (quae Lacedaemoniorum ſunt nomina), Sabinos vocant. Sabinos autem* ab

atque montibus latere putabantur, vnde in hominum conſpectum raro venirent. Sic haud dubie ab eadem radice μυςήριον vox deriuata Graecis: non, vt nugaciſſimi eorum ſcribunt Grammatici, παρὰ τὸ μύσαντας τηρεῖν. מסתור *miſtor*, ſiue *miſtur*, res aut locus abſconditus. Indue hoc verbum formatione graecanica: fiet μυςάριον ſiue μυςήριον. Sunt et aliae Hebraeorum dictiones, vnde etymum Satyrorum peti belliſſime queat: quae ne agyrtarum more

ab initio tranſiiſſe Romam, nemo eſt, qui neſciat. Quid mirum ergo, ſi vox vnica, et in primis ſacra, aut in ſacris vſurpata? quas conſtanter omnes gentes prae reliquis ſeruare immutatas ſolent. Quo ipſo Dionyſius, graecas, non barbaras fuiſſe gentes docet, (quod exiſtimabant alii) quae Romam primo conuenerunt. Quid? quod illi ipſi viri magni, alibi pleraſque Sabinorum voces doricas, hoc eſt graecas, fuiſſe docent; cum ipſi e Peloponneſo orti eſſent. Vnde vox Atta, a quo Atta Clauſus; vnde Nero, quae eſt νεύρων, et ſimiles. Vt omittam iam, Decemuiros tot ante annos, quam vllius Satyrae ſit mentio, graecas Romam attuliſſe leges. Atque ita puram putam graecam eſſe vocem contendimus. Hactenus Heinſius, cui, dum ait vocem סתר in primorum noſtrorum parentum Moſen vſurpare hiſtoria, memoria impoſuit; legitur enim ibi חבא. Habetur autem Geneſ. IV. 14. de Caino סתר. Confer. *Königii* notas in Aeliani Var. Hiſtor. lib. III c. 40. p. m. 239. vbi hanc Caſauboni ſententiam in epitomen miſit; et *Ger. Io. Voſſium*, cuius e libro II Inſtitut. Poeticar. c. 19. §. 3. p. m 93. ſeq. haec do verba: *Fortaſſe* Satyris *nomen eſt a* סתר i. e. abſcondere, occultare. *Quemadmodum et ab eadem origine eſt* Saturnus, *q. d.* Latius *vel* Latinus: *vnde et vxor eius Ops* Latia *dicta eſt; et eadem eſt* Latium *ac* Saturnia tellus. *Satyris vero hoc nomen ex eo ſit, quia viuerent in ſyluis, ac locis ſolis et deſertis; vel erit* Σάτυρος *ab Hebraeo* שעיר ſahir, *quod idem ac Satyrus. Proprie quidem notat villoſum, ſeu piloſum; verum Satyris accommodata ea vox, quia hircorum facie apparerent, hirſutique eſſent. Chaldaeus interpres* שעירים ſerim *vertit* daemones: *nempe quia pro diis colerentur a gentibus.* Ita *et Ieſaiae* cap. XIII. 21. *in* LXX. *eſt* καὶ δαιμόνια ἐκεῖ ὀρχήσονται, *ac daemonia ibi ſaltabunt. Sed apud Aquilam* κατὰ λέξιν *eſt* τριχιῶντες, piloſi, *ſaltabunt.* CRENIVS.

more *βεκκεσεληνίζειν* [m]) videamur, miſſa facimus. Silenorum nomen varie ſcibitur Graecis: *Σειληνὸς*, *Σιληνὸς*, aut *Σιλληνὸς* et *Σειλινὸς* [n]). Varietati ſcriptionis occaſionem praebuit, partim ratio nominis, quam aliter atque aliter antiqui Grammatici explicant, vt videre eſt in Etymologico Magno; partim poëtae ipſi, qui primam eius nominis interdum corripuerunt, ſaepius produxerunt. Cum in medio apud vnum *Suidam*, et qui ſunt ab eo mutuati, legere memini. Verba SVIDAE: *Σειληνός, ὁ Διονύσιος, παρὰ τῷ σείεσθαι ἐν τῷ ληνῷ.. Σείλινος δὲ ὁ γέρων διὰ τὸ σείεσθαι ἄλις* [o]). Mirum Grammatici acumen in poſteriore etymologia, in qua *γέρων* non quemuis ſenem ſignificat, ſed Satyrum ſenem; hoc eſt Silenum. Vbi autem legerat *σειλινος* cum iota in medio? Non enim ita ſcribi ſolet. Falſo vero exiſtimauit hic criticus, Sileni nomen, cum Libero patri attribuitur, aliter ſcribendum, quam cum ipſius miniſtris. Atqui diuerſae dictiones non ſunt, verum vna atque eadem. Graeci enim poëtae Libero patri appellationes communicarunt miniſtris eius proprias, et vice verſa. *Σαβὸς* proprie eſt Bacchus, Deus vini et ebrietatis; ab Hebraeo סבא *ſaba*,

ἐμέ-

m) i. e. *delirare*. Nam Βεκκεσέληνος dicitur delirus, ſtupidus, aut ſenio plane confectus. Vtuntur hac voce *Plutarchus* de Placit. Philoſ. et *Ariſtophanes* Νεφ. vbi copioſe Interpretes de βεκκῳ diſſerunt, antiquiſſima Phrygum lingua *panem* ſignificante. Adde *Eraſmi* Chil. Adag. *Ram.*

n) *Heſychius* (T. II. p. 1181. edit. Lugd. Bat. MDCCLXVI.) habet Σιλῆνοι et Σιλγῖνοι, quam poſteriorem vocem *Iſ. Voſſius* ad Pompon. Melam 1 8, natam cenſet ex aeolica digamma, figuram litterae F. referente, Σιλϝινοί. Plura de Silenis *Perizonius* ad Aeliani Var. Hiſtor. l. III. c. 18. 40, et *Vulpius* ad Catulli Carmen LXIII. v. 252. *Ram.*

o) *Suidas* Tom. III, p. 303. edit. Cantabrig. Nihil ad hunc locum *Kuſterus*, ſplendidiſſimae huius editionis auctor. Conſulere potuiſſet Noſtrum. *Ram.*

ἐμέθυεν; סובא μέθυσος, *ebrius*, aut *potator* p). Σάβοι tamen etiam οἱ πρόσπολοι Dionyſiaci dicuntur. *Plutarchus* Sympoſiacorum libro IV. probl. vltimo: σάβους καὶ νῦν ἔτι πολλοὶ τοὺς βάκχους καλοῦσι. Contra, Satyrum appellauit ipſum deum incertus poëta, qui acroſtichide illum celebrauit: σκιρτητὴν, σάτυρον, σεμεληγενέτην, σεμελῆα. Lenaeum quoque Bacchum ἰδίως vocarunt, et Bacchi item comites. *Philoſtratus* Imaginibus, in Ἀνδρίοι: σατύρους δὲ ἀναμὶξ, καὶ Ληναίους ἄγει Διόνυσος καὶ σειληνούς. Ipſum quoque Bacchi nomen ab eadem conſuetudine tribui illi coepit; nam proprie βάκχοι ſunt orgiaſtae et miniſtri. *Clemens Alexandrinus*: Διόνυσον Μαινόλην ὀργιάζουσι βάκχοι. ORPHEVS in hymno Sileni:

Ναΐσι καὶ βάκχοις ἡγούμενε κιττοφόροισι q).

Sic accipiendum in prouerbio: πολλοὶ μὲν ναρθηκοφόροι, παῦροι δέ τε βάκχοι r): In Dionyſiacis ſolennibus, puta in phallagogiis, ſacris trietericis, Bacchi exagoge, ſimilibusue pompis, multi arrepto thyrſo aut ferula προσκαίρους ſe praebebant Liberi patris orgiaſtas: nec ſolum viri, ſed etiam honeſtae matronae ac virgines. Lege *Diodorum Siculum*, libro III. Sed hi θυρσοφόροι aut ναρθηκοφόροι ſolum appellabantur: at qui orgia iugiter et legitime curabant, neque a ſuſcepto miniſterio recedebant; hi non ſolum narthecophori dicebantur, ſed ναρθηκοφόροι βάκ-

p) Σαβάζιος quoque vocatur Bacchus apud *Suidam*, quem ſi audis, deriuanda eſt vox a σαβυσμὸς, clamor. Barbari enim, inquit, τὸ εὐάζειν vocant σαβάζειν; eosque Graecorum quidam ſequentes, εὐασμὸν appellant σαβασμόν. Tom. III. p. 272. *Ram.*

q) Hymn. 53. v. 6. p. 248. edit. Geſner. *Ram.*

r) i. e. *plures thyrſigeros, paucos eſt cernere Bacchos.* Cui reſpondet et illud: Πολλοὶ θριοβόλοι, παῦροι δέ τε μάντιες ἄνδρες, *plures thriobolos, paucos eſt cernere vates.* Vide *Eraſmum* in Adagiis p. m. 652. (nam 658. eſt menda typographica) edit. Francof. MDCXLVI. in Fol. CRENIVS.

βάκχοι. *Themiſtius* oratione prima: τῷ οὐ κατὰ νόμον μεμνημένῳ τὸν ναρθηκοφόρον Βάκχον ἡγεῖσθαι οὐ συγχωρεῖ τὰ μυστήρια. In *Orphei* hymnis etiam Mercurius Chthonius appellatur s), Βάκχος, Ἑρμῆ Βακχεχορεῖο Διωνύσοιο γένεθλον. Sane Bacchi infantis educatorem quidam prodiderunt fuiſſe Mercurium. PLINIVS libro XXXIV. c. VIII de nobilibus ſtatuariis artificibus: *Cephiſodori duo fuere; prioris eſt Mercurius, Liberum patrem in infantia nutriens.* Sed hoc menti verſus iſtius non conuenit: pugnat enim manifeſto cum ea ſententia vox γένεθλον. Vult enim poëta Bacchum Mercurio priorem, et generis illi fuiſſe auctorem. Quare non poteſt huc pertinere, quod ex *Plinio* dicebamus. Sed et locutio inſulſa. Nam quid eſt χοροῦ Διωνύσου γένεθλον? Lego vero: Ἑρμῆ βακχεχόροιο Διων. γέν. Peculiaris eſt *Orphei* huius vox βακχέχορος, quaſi dicas βακχεχορευτά. Idem poëta alibi: τιμὰς ἐν μακάρεσσιν ἔχεις Διόνυσε χορευτά. Sed nomen βακχέχορος, vt alia item quam plurima, alibi quam apud Orpheum non legas. Imitatus eſt eleganter in nouanda ea dictione vetuſtiſſimam Bacchi appellationem Βακχέβακχος, quam heroici metri lex non admittebat. Ita liberum patrem in ipſis orgiis et myſteriis vocabant. *Heſychius* t): Βακχέβακχος, ὁ Διόνυσος οὕτως ἐκαλεῖτο ἐν ταῖς θυσίαις. Extat et apud Comicum. Certum vero ex multis veterum teſtimoniis, pleraſque res in ſacris, aliis nominibus, quam vulgo dicerentur, fuiſſe appellatas. Eiusmodi vox fuit Βακχέβακχος, quam, vt diximus, venuſte *Orpheus* eſt imitatus, cum Liberum patrem βακχέχορον nominauit. Idem in hymno Palaemonis:

Σύντροφε βάκχε χοροῖο Διονύσου πολυγηθοῦς u).

Heic

s) Hymn. 56. v. 3. p. 254. edit. Geſn. *R.*
t) Tom. I p. 681. edit. Lugd. Bat. a. 1746. Scilicet in Orgiis *Bacche*, *Bacche*, *Bacche!* clamari ſolebat. Inde ortum nomen. Βακχέβακχον ᾆσαι i. e Bacchum carminibus celebrare, dixit *Ariſtophanes* Equit. v. 406. *Ram.*
u) Hymn. 74. v. 1. p. 274. edit. Geſn. *R.*

Heic quoque idem mendum. Nam ſcribendum βακχεχόρoιο Δ. Ac de Dionyſiaco quidem choro hactenus. Quod autem dicebamus, perſuaſum veteribus fuiſſe, reconditam, neſcio quam, ſapientiam Satyrico generi ineſſe; eius rei nulla ſunt argumenta. Notiſſima eſt apud Graecos hiſtoria de Sileno a Mida Satyro quondam capto: qui miranda quaedam et omnibus *) ignota illum docuerit. Oſtendebatur in Phrygia non procul Celaenis fons quidam Xenophonti viſus et narratus in primo Ἀναβάσ. Vbi captum dolo Silenum, quum loco aquae vinum eſſet infuſum, fama publica tenebat. Plurima autem apud Midae aures, vt ait doctor Afer, philoſophatum eſſe hunc Silenum, pro certo habitum. Quale illud apud M. TVLLIVM in primo Tuſculanarum, c. XLVIII: *Fertur de Sileno fabella quaedam, qui cum a Mida captus eſſet, hoc ei muneris pro ſua miſſione dediſſe ſcribitur: docuiſſe regem, non naſci homini longe optimum eſſe, proximum autem, quam primum mori.* Sed et de rebus phyſicis arcana quaedam a Sileno Midam κατηχηθῆναι, auctor *Theopompus Chius*, et ex eo alii multi. In his *Strabo*, *Tertullianus*, *Aelianus*, lib. III. Var. Hiſt. c. XVIII. et *Philoſtratus*. Itaque doctiſſimus omnium poëtarum *Virgilius* *y*), car-

x) Nimirum, quod et ſupra monuimus, Silenus veteribus vbique introducitur diuinae et humanae ſapientiae, rerumque grauiſſimarum doctrina praeditus; quod vel ex iſto Bacchylidis patet: ὡς ἀπὸ Σιληνοῦ εἰρημένον, *quaſi a Sileno pronunciatum.* Hanc ῥῆσιν laudati Auctoris, neglecta interpunctione, cum ſequentibus male coniungere Scaligerum in Auſon. Lection. lib. II. c. 18, dudum obſeruauit doctiſſimus *Ioach. Kuhnius* not. in Aeliani Var. Hiſtor. lib. III. c. 18. p. m. 202, vbi de Sileno adducit agentes *Syneſium* in caluitii encomio p. 68. *Xenophontem* de expeditione Cyri lib. I. Etymologicon in Σιληνός, *Euſebium* lib. III. de praeparatione euangelica p. 111. et de varia ſcriptione vocis Σιληνὸς noſtrum Caſaubonum. CRENIVS.

y) Eclog. VI. Eſt omnino antiquiſſima, et, vt Cel. *Heynio* videtur, ex initiis ſiue Eleuſiniis ſiue aliis petita recon-

carmen de principiis et conditu rerum et vetuſtiſſimis rebus aliis ſcripturus, Sileno potius, quam alii vlli, de tantis rebus diſſerendi parteis attribuit: quod qui temere a prudentiſſimo vate putant factum, imperiti ſunt atque inepti. Midam vero etiam ipſum de Satyrorum genere fuiſſe, Philoſtrato aliisque placet. Plures virum faciunt, Phrygiae regem, ex Herodoto et poëtis notiſſimum. Silenorum igitur iocos et dicta in ſpeciem ludicra, abditum intus ſapientiae nucleum continere exiſtimabant: vnde manauit prouerbium σιληνικὸν ἢ σατυρικὸν δρᾶμα, quod apud Platonem legi antea oſtendimus, expoſuimusque. Ab eadem perſuaſione etiam mos ortus artificum Athenienſium: qui pulcherrimis Deorum ſigillis, Veneris, Cupidinis, Gratiarum, ac ſimilium, ſimulacra turpiſſima deformium Silenorum circumdabant, ea arte elaborata, vt claudi recludique poſſent; clariſſime hoc modo, quid de Silenis eſſet iudicandum, ſignificantes: quantumuis et forma ipſorum pareret ridicula, et mores quoque petulantes ac procaces. SYNESIVS epiſtola CLIV, de ſcripto quodam ſuo loquens grauiſſimi argumenti, ſed ſocraticae diſſimulationis pleno: ὅσις οὐκ ἀγύμναστος, inquit, ἐπιφωράσαι τὶ καὶ πρόσωπον θεῖον ὑπὸ φαυλοτέρῳ κρυπτόμενον σχήματι, ὥσπερ ἐποίουν Ἀθήνησιν οἱ δημιουργοὶ, Ἀφροδίτην καὶ

reconditior fabula de Sileni philoſophia, et ſuper res naturales et morales diſputationibus. Quae *Aelianus* lib. 3. c. 18. habet, ſumta ſunt ex *Theopompi* Thaumaſiis, vbi locus hac de re claſſicus extat. Poetae ebrium plerumque ac mero titubantem deſcribunt Silenum, atque ſic etiam apparet in gemmis antiquis imaginibusque. *Plinius* Hiſtor. Nat. lib. 35. c. 10. (Tom. II. pag. 701. edit. Harduin. Philoxenum Eretrium, dicit, pinxiſſe laſciuiam, in qua tres Sileni comiſſantur. Sunt vero, qui exiſtiment, non veram intelligendam eſſe ebrietatem, qualis eſſe ſolet hominum bene potorum, ſed profundam rerum meditationem, mentemque commotam. *Ram.*

καὶ χάριτας καὶ τοιαῦτα κάλλη θεῶν ἀγάλμασι Σειληνῶν καὶ Σατύρων ἀμπίσχοντες, τοῦτον ὀυλήσεταὶ τὸ γράμμα z). Suum vero Platonem in his eſt imitatus SYNESIVS: nam in *Conuiuio* illius comparatur Socrates, τοῖς ἐν τοῖς ἑρμογλυφείοις Σειληνοῖς καθημένοις, ὅυς τινὰς ἐργάζονται ὁι δημιουργοὶ, σύριγγας ἢ ἀυλοὺς ἔχοντας, οἱ διχάδε διοιχθέντες, φαίνονται ἔνδοθεν ἀγάλματα ἔχοντες θεῶν a). Ibidem et Marſyae Satyro quam ſimillimus eſſe Socrates longa oratione probatur. Marſyam autem Satyrum ſiue Silenum ingenio atque temperantia excelluiſſe, narrat et argumentis firmat DIODORVS in tertia b). Supereſt iam, vt de Satyrorum forma et eorum ingenio aliquid dicamus: quando in his vel praecipua eſt ratio poſita, cur ſint initio in hanc poëſim inducti Satyri. Occurrit vero hoc loco dubitatio non diſſimulanda: ſintne iidem Sileni ac Satyri, an non? et ſi quid differunt, cuiusmodi ſit ea diſcrepantia? Fuere, qui nullum omninò inter hos diſcrimen ponerent, niſi quod Satyrorum appellatio ſit recentior, Silenorum antiquior. *Nicandri* Scholiaſtes ad Alexipharmaca: ὅυς ἡμεῖς Σατύρους λέγομεν, ὁι ἀρχαῖοι Σιληνοὺς ἐκάλουν, ἀπὸ τοῦ σιλλαίνειν, ὅ ἐστι λοιδορεῖν. Extat ſane apud HOMERVM

z) *Quisquis non inexercitatus eſt in deprehendenda diuina aliqua perſona, ſub deteriore veſtitu latente, quemadmodum faciebant Athenis artifices, Venerem et Gratias et huiusmodi decora deorum, imaginibus Silenorum et Satyrorum veſtientes, eum non fallet iſte liber*, qui multa detexit praecepta non profana ſub aſſimilatione vacandi latentia aliis, et quia nimium temere, et, vt videri poterat, ſimpliciter inſperſa ſunt orationi. *Syneſius* l. c. p. 579. edit. Pariſ. 1605. *Ram.*

a) *Silenis in artificum officinis ſtantibus, quos nonnulli ſculptores ita fingunt, vt fiſtulas tibiasue teneant, quique ſi bifariam diuidantur, reperiuntur intus habere imagines deorum.*

b) *Diodorus Siculus* Biblioth. lib. III. *Plutarchus* de Muſica. *Pauſanias* in Atticis et Phocicis. Marſyae illius imagines; quarum magna apud veteres fuit celebritas, vide in *Begeri* Theſauro et *Montefalconii* Antiquitéz expliquées. Tom. I. P. I. tab. 53. *Ram.*

MERVM vox σιληνὸς, vt ante obſeruabamus: Σάτυρος vero dictio nusquam apud illum inuenitur. An hoc ſpectarit criticus iſte, neſcio. Sed quam hic in vocibus differentiam ſtatuit, alii omnes in ipſis perſonis: vt Sileni ſint, Satyri ſenes: Satyri, iuuenes Sileni. Auctor Etymologici: Σειληνοὶ λέγονται οἱ γέροντες τῶν Σατύρων. SERVIVS in illud Ecl. VI. Virgil. V. 14. *Chromis et Mnaſylus in antro Silenum pueri*, notat: *nonnulli*, PVERI, *non abſurde putant dictum, quia Sileni priusquam ſeneſcant, Satyri ſunt.* Vtrisque ergo pro aetate attributa miniſteria: Silenis, vt eſſent τροφεῖς et paedagogi Bacchi, quo nomine eos vocant *Diodorus Siculus*, *Syneſius*, *Iulianus* in Caeſaribus, alii: Satyris, vt puero eſſent συμπαίστορες, et facetiis illum demulcerent. PLATO in epigrammate de Satyro:

Θέλγω δ' ἡμερόεντα νέον περὶ κώματι παῖδα c).

Sed quia non genere, verum aetate ſolum eos diſtinguebant, nullo diſcrimine perſaepe has voces vſurparunt, eundemque Satyrum et Silenum promiſcue dixerunt. Marſyas *Herodoto*, *Straboni* et plerisque omnibus d), Silenus eſt: alii Satyrum nominant. OVIDIVS in eius fabula, lib. VI. Metam. v. 383.

— — *exitium Satyri reminiſcitur alter.*

Extat ALCAEI epigramma εἰς στήλην σατύρου et in eo hic verſus: Ὡς πρὶν ἀπανθήσεις νυμφογενὲς σάτυρε e). Sa-

c) *Demulceo manſuefactum alto ſopore puellum.*

d) De Marſya multis agit Cl. *Salmaſius* in Exercitationibus in Solinum p. m. 584. *Herodotus* lib. VII. de Celaenarum vrbe, *Strabo* lib. X. p. 470. Sic et Euphorion apud *Athenaeum* lib. IV. Τὴν δὲ πολυκάλαμον, Σιληνὸν Μαρσύαν, τὴν κηρόδετον, vt legendum putat, quod hactenus, ipſo laudante Salmaſio, nemo vidit, Salmaſius dictus, dicto loco. CREN.

e) Peruenuſtum eſt et illud *Aemiliani* epigramma in Silenos a Praxitele ſculptos, quod ex Antholog. l. 4. c. 6. affert *Harduinus* ad Plinii Hiſt. Nat. lib. 36. c. 5. Placet, latinam eius adſcribere verſionem:

tyrus hic eſt Marſyas. Contra, is qui ad Midam eſt adductus, omnium conſenſu Silenus fuit; reperias tamen, qui Satyrum appellat. MAXIMVS TYRIVS ſermone XXX. Ἀνὴρ φρὺξ, ἀργὸς τὸν βίον, ἐραστὴς χρημάτων, λαμβάνει τὸν σάτυρον, ὥς φησὶν ὁ μῦθος. Omitto ſimilia exempla. Sed non defuere, qui de Satyris ac Silenis aliter longe ſentirent, quique praeter aetatem, formam quoque diuerſam illis darent. Quod non ſolum ſcriptorum teſtimoniis probare poſſumus: verum gemmae ſcalptura τῆς παλαιᾶς χειρὸς, quam oſtendit nobis vir harum rerum callentiſſimus, et indagator feliciſſimus, Petrus Raſcaſius Bagarrius, Aquiſextienſis aduocatus, et gazae regiae cimeliorum antiquitatis praefectus. Eius gemmae exemplum, quia facit apprime ad inſtitutum ſermonem, infra ſubiecimus *). En venuſtatis monumentum egregium, et admiratione omnium, quos res antiquae capiunt, digniſſimum! Nam praeter ſolertiam ſubtiliſſimi artificis, cuius hoc elaboratiſſimum opus eſt, plane ſtupenda in tantulo ſpatio rerum perſonarum, actionum varietas. Quid multa? παπταίνων ἐμόγησα, κόρον δ' οὐχ εὗρον ὀπωπῆς f). Ipſa gemma iaſpis eſt, viriditatis nigricantis, non plane pellucida, punctis rubris ſtellata: grammatiam, ſiue polygrammon veterum eſſe cenſeam, addubito. Argumentum prorſus huic noſtrae diatribae conuenientiſſimum. Chorum enim Bacchi continet, ſcenaeque deſcriptionem: et quidem ſatyricae potius, quam tragicae, aut comicae. Hoc enim arbor adiecta promittit: de quo plura inferius erunt dicenda, cum de apparatu ſatyricae agemus.

Notus

Praxiteles, lapis ipſe tua laſciuit ab arte;
Et mox ſaltabo; tu modo ſolue baſi.
Nunc nos Silenos numerorum lege moueri
Non ſenium, ſaxi ſed vetat inuidia. —

Ram.

*) Vid. editionis noſtrae titulum, vbi gemmae huius effigiem expreſſam habes.

f) In contemplando aſſiduus fui, ſatietatem autem videndi percepi nullam.

Notus mos veterum, vel ex *Iulio Polluce*, ludos ſuos tabulis ornandi, quae fabulas ab hiſtrionibus docendas, aut gladiatorum pugnas et ornamenta, totam denique ludorum magnificentiam, ob oculos ponerent. Poſſemus de hoc more adferre multa, niſi conſideremus, etiam tironibus rem eſſe hodie notam. Affines his fuerunt illae tabulae, de quibus agebamus apud ATHENAEVM, libro V. c. VII. *ff*). Videtur haec gemma eo conſilio ſcalpta, vt thymelicarum *g*) tabularum picturas imitaretur. Quoniam tamen nullum heic docendae fabulae certum argumentum exprimitur, malo ad ſacra Dionyſiaca referre. Ac niſi fallor, ad dendrophoriam pertinet haec imago. Variis enim modis ſacra Libero patri fecerunt Graeci ac Latini. Inter alios autem ritus diuerſos illorum ſacrorum hic fuit, cum arbores in pompa Bacchica geſtabant. Illi enim Deo non arborem ſolum vitem, ſed omnes fructiferas acceptas ferebant. Ideo et *κάρπιμον* etiam vocabant: et prouentum *ὀπώρας* ab eo poſtulabant. ORPHEVS in hymno Bacchi *ἀμφιετοῦς*:

ff) Intelligi vult Noſter *πεντετηρίδων γραφὰς*, ſ. tabulas, quarum argumentum erat, celebratio alicuius penteteridis, i. e. ludi ineunte quinto quoque anno celebrari ſoliti, cuiusmodi olympicos, nemaeos, aliosque ludos fuiſſe, nemo, niſi rerum omnium ignarus, neſcit. Vide *Caſauboni* Animaduerſ. in Athenaeum p. 347. Facit huc potiſſimum locus *Athenaei* lib. 12. p. m. 534. Ibi enim tabulas duas, ab Aglaophonte pictas, Athenienſium conſpectui expoſitas fuiſſe docet; quarum in altera Pythias et Olympias Alcibiadem coronabant; in altera vero ſuper Nemeae ſedentis genibus conſpiciebatur idem, facie pulchriore, quam eſſe deceret muliebrem. *Ram.*

g) Graeci hiſtrionicam, thymelen nuncupant; *θυμέλην* enim ſcenam dixerunt, et *θυμελικοὺς*, ſcenicos ſiue hiſtriones, quorum apud veteres iureconſultos, Vlpianum maxime, frequentem eſſe mentionem, teſtis eſt *Alexander ab Alex:* Genial. Dier. l. III. c. IX. *Ram.*

'Ἀλλὰ μάκαρ χλοόκαρπε, κερασφόρε, κάρπιμε Βάκχε,
Βαῖν' ἐπὶ πάνθειον τελετὴν γανόωντι προσώπῳ,
Εὐιέροις καρποῖσι τελεσσιγόνοισι βρυάζων b).

Ad huius beneficii recordationem dendrophoriae ſolennitas videtur inſtituta: niſi tamen eſt Iudaici feſti τῆς βαϊοφόρου, ſiue octauae feſti Tabernaculorum, ridicula imitatio. ARTEMIDORVS, libro II. c. XXXV. χορεύειν τῷ θεῷ (Baccho) ἢ θυρσοφορεῖν, ἢ δενδροφορεῖν, ἢ ἄλλο τι τῶν κεχαρισμένων τῷ θεῷ πράττειν, πᾶσι πονηρὸν, πλὴν δούλων. ATHENAEVS, libro V. in pompa Bacchica: ἑξῆς ἄνδρες ἑκατὸν πεντήκοντα, φέροντες δένδρα, ἐξ ὧν ἀνήρτητο θηρία παντοδαπὰ καὶ ὄρνεα i). Sed et Matrem Deûm dendrophoriis colebant. Multa enim in ſacris Dionyſiacis et Metroacis Cybeles aut Cereris quam ſimillima. STRABO: δενδροφορίαι τε καὶ χορεῖαι καὶ τελεταὶ κοιναὶ τῶν θεῶν εἰσὶ τούτων k). Itaque tam Liberi

b) Hymn. 52. v. 8-10. p. 284. edit. Geſn.

Ergo hoc frugiuirens, here, corniger, optime frugi,
Pandiculare ſacrum viſas, ſed lumine laeto
Percoquibus ſacris, aeternis frugibus mactus.

Ita quidem locum hunc vertit *Ioſephus Iuſtus Scaliger*, cuius verſione antiquis verſibus expreſſa vſus eſt Geſnerus. *Ram.*

i) *Poſt hos viri centum quinquaginta portabant arbores, quibus alligatae erant belluae varii generis et aues.* Athenaeus, Deipnoſoph. l. 5. p. 201. edit. Caſaub.

k) *Arborum geſtationes, choreae, ſacrificia communia deorum ſunt iſtorum.* Strabo lib X. p. 717. edit. Almelov. Hinc in antiquis monumentis, Baccho, tanquam δενδρίτῃ i. e. *arborum tutori*, dicatis, ſaepiſſime conſpiciuntur arbores, quae quales ſint, haud facile definiri poteſt. Lege tamen *Schwarzium* de gemma antiqua ſacrificium Bacchi referente p. 69. In ſacris Cybeles geſtabatur pinus, de qua *Arnobius* l. V. *Quid ſibi vult illa pinus, quam ſemper ſtatis diebus in Deum matris intermittitis ſanctuario? Nonne illius ſimilitudo eſt arboris, ſub qua ſibi furens et infelix adoleſcentulus (Attis) manus intulit, et genitrix diuum in*

beri patris, quam Matris Deûm Cererisque ſacerdotes dendrophoros legimus. Quodnam vero hoc ſit arboris genus, difficile diuinatu. Vitem quidem aut hederam non eſſe, quae duae ſpecies Baccho gratiſſimae, et folia oſtendunt, et fructus, quem ex ea videtur Baccha legere. Malus quoque non eſt, repugnante folio: nec ficus propter eandem cauſam, et propter fructus magnitudinem, ſi quidem is fructus eſt. In Dionyſiaca pompa apud *Athenaeum* inter diuerſi generis coronas, praeferuntur et ex arbore perſea confectae: vt videatur vetuſtas et hanc et alias plureis τῶν καρπίμων, Libero patri conſecraſſe. Ceterum nihil perſeae cum hac imagine commune eſſe, folia arguunt. Etiam illud obſcurum, geſteturne haec arbor, vt erat moris in dendrophoriis, an viuis radicibus ſit defixa. Perſonae in argumento huius gemmae contentae omnino ſunt octo. Bacchus, qui tenerorum more puerorum geſtatur: Silenus, qui illum in vlnis geſtat, altero brachio corpus pueri amplectens, altero crus ſiniſtrum ei ſuſtinens: Satyrus et puer orgiaſta, qui a dextris onus Sileno ſubleuant: Bacchae treis, vna, quae ferulam in dextra habet; altera eſt tympaniſtria, τὴν ἑαυτῆς ἀσκοῦσα τέχνην; tertia tibicina: huius ſolum caput apparet, cum geminis tibiis, quas ore inflat: poſtremo puerulus cernitur cornu copiae ſiniſtra attollens. Vides heic praeterea hircum, aptam ad Liberi ſacra victimam, vel hiſtrionibus tragicis paratum praemium. Hoc amplius humi iacent, hinc Sileni cantharus, effuſo vino; illinc perſona hiſtrionis capiti detracta, cum appenſis offendicibus, ſiue vinculis. Haec ſunt, quae ſpectantium oculis gemmae huius ſcalptura exhibet. De quibus breuiter quaedam adnotabimus. Iam diximus, ſacra Liberalia apud

 veteres

in ſolatium ſui vulneris conſecrauit? Quam pinum aliasque arbores qui geſtabant, dixere *dendrophoros*, de quibus prolixe differentes lege *Gothofredum* in Cod. Theodoſ. l. 20 et *Reineſium* Inſcription. l. 40 Dendrophoriis reſpondere videntur ὀσχοφόρια Athenienſium. *Ram.*

veteres multiplicia fuiſſe, et varios eius colendi ritus. Pro horum diuerſitate effigies quoque illius Dei diuerſae non ſolum habitu et τῇ σκευῇ, ſed cum primis aetate, dedicari ſolitae. MACROBIVS libro primo, cap. XVIII. *Liberi patris ſimulacra partim puerili aetate, partim iuuenili fingunt: praeterea barbata ſpecie, ſenili quoque* l). Liberum enim eundem habebant atque ſolem; ad quem hae diuerſitates aetatum referuntur, vt pluribus explicatur ibidem. VLPIANVS in Demoſthene, τὸν αὐτὸν Ἥλιον καὶ Ἀπόλλωνα καὶ Διόνυσον ἡγοῦντο. DIODORVS SICVLVS non quadruplicem, ſed duplicem ſolum ſimulacrorum Bacchi effigiem in vſu fuiſſe ſcribit; formoſuli iuuenis et delicati m), aut ſenis et bene barbati. Cuius rei cauſſas

l) Malim cum *Iſacio Pontano* pro *quoque* legere *ore*, quemadmodum ſcribendum non dubitabat *Ianus Rutgerſius* Variar. Lectio lib. VI c. 7. p. m. 567, adprobante *Iano Grutero* ad marginem ſui olim Macrobii, nunc mei, quem carum habeo ob manum et notas multas additas magni illius viri. Admodum vitioſe vero legitur in editione Lugdunenſi 1560 in 8, quam ex variis ac vetuſtiſſimis codicibus recognitam et auctam laudant, *barbara* pro *barbata ſpecie*. CREN. Ego vero non video, quid vel obſcuritatis vel vitii habeat ille locus, ſi legas, *ſenili quoque*. Non enim omnis barbata facies ſenilis ideo habenda eſt. Quamobrem recte addit, *ſenili quoque*. Virgineam praeterea formam Baccho tribuerunt, *tenerumque* appellarunt veteres, vt in luſibus priapeiis Epigr. 36.

Trahitque Bacchus virginis tener formam;

niſi quis ipſum aetatis florem his verbis ſignificari malit. *Euripides* quoque in Bacch. θηλύμορφον vocat Bacchum. *Ram.*

m) *Albricus* Philoſophus c. XIX. libelli de deorum imaginibus, *Erat*, inquit, *Bacchi imago facie muliebri, pectore nudo, capite cornuto, vitibusque coronato, qui ſuper tigride equitabat. Iuxta ipſum autem erant imagines trium animalium, ſcilicet ſimiae, porci et leonis, quae pedem vnius vitis circumire videbantur, ob cuius vmbram Bacchus equitabat,*

cauſſas ita explicat lib. IV. δίμορφος ὁ Διόνυσος δοκεῖ ὑπάρχειν, — — — διὰ τὸ τοὺς ἀρχαίους πάντας πωγωνοτροφεῖν. τὸν δὲ νεώτερον ὡραῖον καὶ τρυφερὸν, καὶ νέον. ἔνιοι δὲ λέγουσιν, ὅτι τῶν μεθυόντων διττὰς διαθέσεις ἐχόντων, καὶ τῶν μὲν ὀργίλων, τῶν δὲ ἱλαρῶν γινομένων, δίμορφον ὠνομάσθαι τὸν θεὸν n). Hinc illa chororum diſtinctio ratione aetatis: nam erant chori puerorum, chori virorum, chori ſenum o). VLPIANVS in Midiacam Demoſthenis: ἐκ πάσης ἡλικίας ἠγωνίζοντο χοροὶ τῷ Διονύσῳ διότι καὶ παιδὸς σχῆμα αὐτῷ περιτιθέασι· καὶ γὰρ παῖδα καὶ πρεσβύτην, καὶ ἄνδρα γράφουσιν αὐτόν. Paſſim itaque leges apud Graecos de choragis, ἠγωνίσατο χορῷ παίδων, aut χορῷ ανδρῶν, et apud Demoſthenem χορηγεῖν παισὶ Διονύσια, hoc eſt, inſtruere puerorum

D 5 chorum

tabat, vitisque racemis erat plena. Ipſe vero vna manu tenebat poculum, ſcilicet ſiniſtra; altera vero, ſcilicet dextra, in eo vuae racemum extricabat. Vide ibi notas Cl. viri Thomae Munkeri p. m. 321. CREN.

n) *Biformis eſſe videtur Dionyſus,* (quod duo exſtiterunt Dionyſi; priſcus nimirum ille barbatus,) *omnes enim priſci barbam alere ſolebant, et iunior iſte, elegans, delicatusque adoleſcens,* (vt ante indicatum eſt.) *Nonnulli propter duas ebriorum affectiones, quod vel iracundia vel hilaritate perfundantur, biformem deum vocari dicunt.* Diod. Sic. lib. IV. p. 213. edit. Rhodom. 1604. Adieci verba a Caſaubono omiſſa. *Ram.*

o) Τριχορία vocatur haec chori diuiſio, Laconibus olim vſitatiſſima; quod cum *Polluci,* (Onomoſt. l. 4. ſ. 107. p. 413. edit. Hemſterhuſ.) tum *Plutarcho* in vita Lycurgi credere iubemur. Nempe chorus ſenum in feſtis celebrandis canebat:

Nos aliquando eramus robuſti iuuenes.

Chorus virorum:

At nos ſumus; ſi vis, fac periculum.

Chorus denique puerorum:

Nos vero erimus longe praeſtantiores.

Graeca verba habet *Plutarchus* l. c., qui inſtituti huius Lycurgum facit auctorem, quem *Pollux* l. c. Tyrtaeum fuiſſe putat. Vtramque ſententiam examinat *Meurſius* in Miſcell. Lacon. l. 2. c. 10. *Ram.*

chorum ad celebranda Dionyſia. Quem igitur heic vides ferri Dionyſum, altero brachio Sileni, altero Satyri colla amplectentem, is eſt, quem facie iuuenis et adoleſcentuli colebant. Eſt enim prorſus, quod ait *Diodorus*, forma venuſtateque pollens, iuuenis ac delicatus, pampineam coronam habens in capite: τρυφητὴς denique luxu et ἁβρότητι diffluens. Silenus contra, ſenex, rugarum plenus, exſuccus, caluus, veſtem indutus, et, vt videtur, caput petaſatus, barba denſa ac promiſſa, ſima denique nare: quam notam Silenis diſerte tribuit *Lucianus*. Silenorum duo praecipua munera: prius, vt ſint altores Bacchi. ORPHEVS hymno in Silenum:

Κλῦθί μου ὦ πολύσεμνε τροφὲ Βάκχοιο τιθηνέ p).

HORATIVS, de Arte Poët. v. 239.

Aut cuſtos famulusque dei Silenus alumni.

Olim pueri nobiles a lacte depulſi, ſtatim viris tradebantur educandi: quos poſteriores Graeci latina voce βαιούλους dixerunt, quia ſuos alumnos in vlnis plurimum baiulabant nutricii, vt hic Silenus Bacchum. Altorum miniſteria venuſte deſcribit Phoenix apud Poëtam, alumnum ſuum Achillem compellans:

Καί σε τοιοῦτον ἔθηκα, θεοῖς ἐπιείκελ' Ἀχιλλεῦ,
Ἐκ θυμοῦ φιλέων· ἐπεὶ οὐκ ἐθέλεσκες ἅμ' ἄλλῳ
Οὔτ' ἐς δαῖτ' ἰέναι, οὔτ' ἐν μεγάροισι πάσασθαι,
Πρίν γ' ὅτε δή σ' ἐπ' ἐμοῖσιν ἐγὼ γούνασσι καθίσσας
Ὄψου τ' ἄσαιμι προταμὼν, καὶ οἶνον ἐπισχών·
Πολλάκι μοι κατέδευσας ἐπὶ στήθεσσι χιτῶνα,
Οἴνου ἀποβλύζων ἐν νηπιέῃ ἀλεγεινῇ q).

Alte-

p) *Audi me Brumi bone nutricator et altor.* Hymn. 53. p. 248. edit. Geſn. *Diodorus* quoque *Siculus* lib. IV. p. 212. edit. Rhodom. *Silenum* vocat *paedagogum Bacchi*, *nutritorem*, *bellorum ſocium*, *optimorumque auctorem ac magiſtrum ſtudiorum*. *Ram.*

q) *Homerus* Iliad. I. v. 481 ſeqq. Verſionem latinam adſcribere nolo, cum non facile ſit, cuius manibus non teratur Homerus, primus omnium doctrinarum et antiquitatis parens, quique magnitudine operis et fulgore carminum ſolus appellari poeta meruit. *Ram.*

Alterum Silenorum munus, vt Satyris praeſint, et ſint eorum epiſtatae. Itaque gregi Satyrorum in pompa Dionyſiaca vnus ſemper Silenus praeficiebatur. In ea, quae deſcribitur apud *Athenaeum*, bini Sileni non ſemel commemorantur, qui totidem plurium Satyrorum gregibus praeſint, ad dextram et ſiniſtram pompae incedentibus. Sed numerus alicubi eſt omiſſus: vt ſtatim in exordio narrationis: *προήεσαν οἱ τὸν ὄχλον ἀνείργοντες σειληνοί*. Scribe *σειληνοὶ β.* vt in ſequentibus. ORPHEVS totius Bacchici chori praeſulem et coryphaeum facit Silenum: Ἁγνοτερὴς, *γερανὸς*, *θιάσου νομίου τελετάρχα* r). Ita editur hic verſus etiam in elegantiſſima viri clariſſimi longeque doctiſſimi editione s). Sed prima dictio palam corrupta: pro *ἁγνοτελὴς*, vel *ἁγνοθελὴς*, vt videtur, vel *ἁγνομελὴς*, vt alibi apud eundem poëtam *αἰγομελής*, hymno in Panem: Αἰγομελὴς, *βακχευτά*, *φιλένθεε*. Sequens quoque dictio *γερανὸς* nihili eſt: neque hilum iuuat hanc lectionem, quod *γερανὸς* ſaltationis cuiusdam eſt nomen: de quo adi *Heſychium* t). Scribe *γεραρὸς* aut *γεραός*: ſemper enim Sileni ſenes. Subiicit ORPHEVS:

Ευαςὴς

r) *Hircipile et ſacrae pompai praeſul honeſte.* Ita vertit *I. I. Scaliger*, qui et ipſe non legiſſe videtur ἁγνοτερὴς, alioqui non dixiſſet *hircipile*. Ἁγνοτελὴς eſt epitheton Themidos in Orphei Argonaut. v. 547, quo ſignificatur, ſummam in legibus obſeruandis ineſſe caſtimoniam. *Ram.*

s) Eſt ea, ni omnia me fallunt, editio *Henr. Stephani*, viri ſine dubio πολυμαθεςάτου et Caſaubono prae multis cari, quippe qui filiam illius in matrimonium duxerat. Collegit autem *Stephanus* Fragmenta Orphica tum in *Poetis graecis principibus heroici carminis*, Pariſ. 1566. Fol., tum in *Poeſi philoſophica*, Pariſ. 1573. in 8. *Ram.*

t) Tom. I. p. 820. edit. Lugd. Bat. 1746. Non explicat *Heſychius* hoc ſaltationis genus; *Pollux* vero Onomaſt. l. 4. ſ. 101. p. 407. edit. Hemſterhuſ. rem luculenter deſcribit. Γέρανον, inquit, *ſecundum multitudinem ſaltabant, ſingulis ſingulos ordine conſequentes extremitates vtras-*

que

Ευαςὴς, φιλάγρυπνε, νεάζων ὄισι Σιληνοῖς
Ναίσι καὶ Βάκχαις ἡγούμενε κιττοφόροισι *).

Videtur Silenos iuuenes facere: ſed locus interpretationis indiget ſimul et correctionis. Nemo enim recte poteſt illa intelligere, νεάζων ὄισι Σιληνοῖς *). Lego νεάζουσ' ὄισι Σ, et de Satyris capio, qui ad differentiam epiſtatae Sileni dicuntur νεάζοντες σιληνοὶ, *iuuenes Sileni.* Sic initio hymni capiendum, vbi Silenus dicitur, σειληνῶν ὄχ' ἄριςος. Heic vero obſeruandum, quod ante dicebamus, formam eam Sileno in iſta Gemma tribui, vt Satyrico generi penitus eximatur. Satyrorum notae ſunt propriae, cornicula in capite, et dimidium corpus caprinum. Erant enim ibridae ac διφυεῖς, e duplici forma concreti, humana et caprina: ſupra vmbilicum hominem referebant, niſi quod cornua habebant: infra vmbilicum, capris ſimillimi fingebantur. Quae omnia in Satyro heic picto licet animaduertere: cornicula in capite, cauda extrema ſpina dependens, pilis hirta femora, crura ac pedes plane inſtar caprorum. In Sileno nihil penitus iſtorum. Abeſſe fronte cornua, clariſſimum: pedum alter latet: alter inter pedes Satyri exit, in quo digiti quinque manifeſto parent. Plerisque veterum, vt ſupra diximus, aliter perſuaſum: Satyros nempe eſſe, praeter grandaeuitatem cetera aliis ſimiles. Cornua igitur attributa: ideo κεροέντες paſſim dicti poëtis. Et diſerte NONNVS, extremo lib. XIX.

— ὀυ

que tenentibus circa Theſea ducibus, primum circa Apollinis aram, e labyrintho egreſſum imitantibus. Quam ſaltationem ſi quis a gruum volantium ſimilitudine dictam putet, me non habebit aduerſarium; γέρανος enim eſt grus. *Ram.*

w) *Peruigil atque tuis iuueneſcens, iubile, Faunis*
Brumarum cinctarum ederis, praetorque virarum.

x) *D'Oruilius* Vanno Critica p. 373. delet haec verba et ſubſtitui vult σὺν ἑυζώνοισι τιθήναις, obſeruante Geſnero ad h. l. *Ram.*

— — ού νέμεσις δὲ
Σειληνὸν κομόωντα βοοκραίροισι μετώποις
Ταυρείην κερόεσσαν ἔχειν ποταμηΐδα φωνήν y).

Attributa et infra vmbilicum figura caprina: quam ob cauſſam δασύκνημοι poetis nominantur, et λάσιοι ac λαχνήεντες et δασύτριχες z). At non omnes ita ſenſiſſe de Silenis, teſtis locupletiſſima eſt haec gemma; teſteis ſunt et aliae gemmae, et diuerſi generis monumenta vetuſtatis, quotquot hactenus viſa nobis: in quibus Silenum partim ſtantem, partim aſino vehentem, non alia, quam heic, effictum forma conſtanter obſeruauimus. Apud ATHAENEVM quoque prodeunt Sileni chlamydati et crepidati. Σειληνοὶ δύο ἐν πορφυραῖς χλαμύσι καὶ κρηπῖσι λευκαῖς. Non igitur erant αἰγίποδες, vt appellantur a poëtis. LVCIANVS in Deorum concione Silenum tribus ſolum hiſce notis deſcribit: quod ſit ſenex, caluus, et σιμὸς τὴν ῥῖνα. Sed iure ſuo poëtae ac pictores vtuntur, quum ſua figmenta modo hoc, modo illo pacto concinnant. Quid? nonne etiam Bacchum veteres cornutum ſaepe faciunt a) et

y) i. e. *non indignum vero Silenum comam nutrientem frontibus boum cornua habentibus, taurinam, cornutam habere ac fluuialem formam.* Male Noſter habet φωνήν, cum legendum ſit μορφήν, quam lectionem et ſenſus ſuadet, et editiones pleraeque omnes ſequuntur, quas inter eſt Hanouienſis MDCX. p. 530. *Ram.*

z) i. e. *hirſuti, piloſi, denſos pilos habentes.*

a) Teſtis eſt *Diodorus Siculus* lib. III. p. 206. edit. Rhodom. Frequentius tamen cornutum Bacchi vultum a Poetis depictum, quam a ſculptoribus pictoribusque expreſſum videbis. Cuius quidem rei cauſſam *Leſſingius*, vir ſummus, affert hanc, quod timebant artifices, ne cornua laederent ſpectantium oculos, aut certe parum ſuauiter afficerent. Addit idem, quae Baccho tribuantur cornua, non vera fuiſſe, qualia ſunt Faunorum et Satyrorum, ſed ornandi capitis cauſſa addita; quod tamen paullo aliter videri poſſit cogitantibus, e Theologia orphica deſumtam eſſe hanc Bacchi imaginem, ad

et Bacchas quoque illius ſimiliter cornibus inſignes? Huiusmodi diuerſitates ſiue in ſcriptis antiquorum, ſiue in aliis operibus antiquis, non mirabitur, qui vel mediocriter in ſtudio antiquitatis fuerit verſatus. De caluitie Sileni, quae et Satyris communis, auctore, *Luciano*, quaeque in gemma luculenter expreſſa, multa *Syneſius* in Caluitiei encomio. Porphyrius apud EVSEBIVM de praeparatione lib. III. *ὁ Σειληνὸς σύμβολον τῆς πνευματικῆς κινήσεως, οὐκ ὀλίγα συμβαλλομένης τῷ παντί: σύμβολα δὲ ἐστι τὸ μὲν φίλανθον καὶ στιλπνὸν κατὰ τὴν κεφαλὴν, τῆς οὐρανίου περιφορᾶς. ἡ δὲ περικειμένη κόμη τοῖς κάτω μέρεσιν αὐτοῦ, ὑπόδειγμα τῆς προσγείου περὶ τὸν ἀέρα παχύτητος.* Legendum *τοῖς κάτω μέρεσιν αὐτῆς*, nempe *κεφαλῆς*. *Euſebius* mox explicat *ἐπιδεικνύμενος τὴν περὶ τὸν ἀέρα παχύτητα διὰ τῆς λασίας κόμης τοῦ γενείου.* Hoc vult *Porphyrius*: Silenum motus a ſpiritu proficiſcentis, qui ad rerum vniuerſitatem plurimum conferat,

ad ſignificandam eius rei naturam, quam ſub Baccho ſibi repraeſentarunt veteres. Quam ob rem haud raro vel telis inſtructus apparet, vt in moneta Maronenſi apud *Diodorum Siculum* lib. 1. p. 17, vel globo coeleſti inſidens. Neque dubium eſt vllum, quin vtraque haec imago ſolem ſignificet. Plurimas Bacchi imagines, easque varias, vide in *Montefalconii* Antiquités expliquées T. I. P. II. tab. 142-162. et in Cl. *Lipperti* Dactyliotheca, paſſim. De cornibus Bacchi, facere non poſſum, quin addam id, quod nuperrime adeo in gemma antiqua a C. G. *Schwarzio* illuſtrata animaduerti. Ibi enim duo Lunae cornua columnae Bacchicae impoſita conſpiciuntur, quae quid ſibi velint, aperte docet *Nonnus*, Bacchum Lunae fratrem ac comitem appellans. *Idem* Dionyſiac. lib. XVII. v 236, Bacchum, dicit; habere *ταυροφυῆ τύπον σεληναίοιο μετώπου*, *tauriformem imaginem lunaris frontis*. Quod ipſum declarant Poëtae, quoties Deum hunc *κεραοφόρον*, *ταυρομέτωπον* dicunt. Optime *Tibullus* lib. II. eleg. 1.

Bacche, veni, dulcisque tuis e cornibus vua
Pendeat — — — — —

Ram.

ferat, de quo ait poëta: *ſpiritus intus alit*, eſſe ſymbolum: quod flores amare dicatur, caput ſplendidum, hoc eſt caluum, habere, coelorum conuerſionem ita denotari; quod inferiores capitis partes habeat comatas, barbam denſam et promiſſam, eo craſſitiem aëris terrae propinquioris innui. Silenorum τὸ φίλανθον, vt ait Porphyrius, arguit e floribus contexta veſtis, quam in theatris geſtabant, de qua inferius: et VIRGILII verſus in Sileno Ecl. VI. v. 16.

Serta procul tantum capiti delapſa iacebant.

Et ſtatim v. 18.

Adgreſſi iniiciunt ipſis ex vincula ſertis.

Cernitur et in hac gemma corona volubilis, (Graeci κυλιστὸν στέφανον vocant) ſiniſtro brachio Sileni impoſita. Hanc nos initio putabamus, propter temulentiam Sileni negligentius et alieno loco poſitam, et ad earum coronarum genus referebamus, quas moris fuit commiſſantibus collo appendere, vt infra oſtendetur, aut quas conuiuantium pectoribus imponebant, de quibus habes in Coenis *Athenaei*: ſed diligentius inſpecta imagine, animaduertimus, non ad Silenum volubilem hanc coronam pertinere, verum ad Bacchum, qui dextra manu, quam Sileni humero habet impoſitam, eam tenet [b]. Ita mos fuit delicatiorum, vt manibus flores tenerent, vel ſolutos, vel ſertos, quod ait *Apuleius*: aut reticulo minuto incluſos. CICERO in Verrem lib. V. c. XI. *Ipſe coronam habebat vnam in capite, alteram in collo: reticulumque ad narcis ſibi apponebat, tenuiſſimo lino, minutis maculis, plenum roſae.*

b) *Plinius* Hiſtor. Natur. lib. XVI. c. 4. *Feruntque primum omnium Liberum patrem impoſuiſſe capiti ſuo* coronam *ex edera.* Hinc non φιλοστέφανος ſolum, ſed etiam κισσοστέφανος, et ab *Homero* Hymn. in Bacchum, κισσοκόμης et κισσῷ καὶ δάφνῃ πεπυκασμένος, *hedera et lauro ornatus*, vocatur. Pampineam quoque coronam et myrteam Baccho tribui, quis eſt, qui neſciat? Plura forſan habet *Paſchalius de coronis*, quo libro vti mihi non licuit. *Ram.*

roſae. Tegmen capitis in Sileni imagine, petaſus eſt, niſi fallor. Nam et in pompa Ptolemaici Sileni petaſum geſtant. Sed petaſi vera forma parum heic apparet: nam artifex, qui maxime propriam Silenorum notam ſciebat eſſe caluitiem, id ſtudioſe fecit, vt, quantum occupabat caluities, tantum fere capitis nudaret, petaſo in occipitium, et poſticam partem capitis reiecto.

Venio ad Satyrum, de cuius cornibus, et caprina ſpecie iam diximus. ISIDORVS: *Satyri homunciones ſunt aduncis naribus, cornua in frontibus habent, et caprarum pedibus ſimiles.* Vultus illi in gemma truculentus, ingratus et turpis, et quod *Philoſtratus* ait, *ἀυχμηρὸς τὸ εἶδος.* Ita ſcilicet fingi ſoliti, humana quidem facie, ſed admodum deformi. Itaque ſi cui influxu humorum facies deturpata eſſet, et vehementius corrupta, Satyri, non hominis, faciem eum habere dicebant: isque morbus, *σατυρίας* ex eo nominatus. Auctor Philoſophus, quem vide libro de generatione animalium IV. C. 3. Pro *σατυρίας* legendum non dubito in verbis Ariſtotelis *σατυρίασις*: quo etiam modo ſcriptum inuenimus in regio codice veteris-interpretis graeci illorum librorum. Nam *σατυρίαν* morbum nusquam reperies nominatum: et eſt etiam alias ſuſpecta nobis illa morbi appellatio. Satyriaſeos ſiue ſatyriaſmi *Hippocrates* meminit: quamquam eius interpretes quidam antiqui de tumoribus accipiunt, qui non in facie, vt ait Philoſophus, ſed pone aureis naſci ſolent. *Galenus* quoque in Hippocratis Lexico ita exponit [c]: verum idem in libro de tumoribus praeter naturam, *σατυριασμὸν* accipit, vt hic Philoſophi locus poſtulat accipi. Loquens enim de elephantiaſi morbo, (quem ſatyriaſeos appellatione philoſophum deſignaſſe, auctor eſt ille, quem dixi graecus ſcholiaſtes) hunc morbum inquit,

c) Verba Galeni ſunt: *Σατυρισμοί, circum aures prolixi tumores durarum concretionum carnis in ſe ipſam conuolutae; quidam autem pudendorum intenſiones intellexerunt.* Opp. Galeni ex edit. Froben. lat. Claſſ. vlt. p. m. 151. *Ram.*

inquit; dum adhuc incipit, hoc eſt, priusquam in veram et ἀκροχωρδονη elephantiaſim degenerauerit, appellant σατυριασμὸν· ἐπειδὴ τοῖς Σατύροις ὅμοιοι γίνονται τὸ πρόσωπον: deinde, reſpiciens ad alteram huius vocis interpretationem apud Hippocratem, ſubiicit, ἔνιοι δὲ τὰς κατὰ τοὺς κροτάφους ἐξοχὰς ὀστώδεις οὕτω καλοῦσι d). Poſtea addit de tertio morbi genere, quod eadem voce veteres denotarunt: τὰς κατὰ φύσιν ἐντάσεις τῶν αἰδοίων μὴ καθισταμένας τινὲς ὀνομάζουσι σατυριασμὸν· τινὲς δὲ πριαπισμὸν e). Ecce tria morborum genera, quae a Satyrorum foeditate nomen ſunt ſortita; primus a ſtruma aut alia turpitudine vultus: alter a tumoribus pone aures Satyrorum: tertius ab obſcoena cauſa et libidine. De vultu iam dictum: tumores pone aurem Satyri, aut ſub aure in gemma ſatis ἐπισήμως eſſe notatum, affirmare non auſim; etſi videtur certe aliquam circa aurem eminentiam ingenioſus artifex deſignare voluiſſe. Indubitata quidem res eſt, vetuſtiſſimos artifices, cum Satyrorum effigies facerent, tumorem foedum ad eorum aureis expreſſiſſe, ei ſimilem, qui in Sabaudia et aliis regionibus inalpinis ſub gutture ſolet plerisque oboriri f); βρογχοκήλην

d) *Nonnulli vero, quae ſunt in temporibus eminentiae oſſeae, ſic vocant.* Opp Galeni Claſſis tertia p. 170. edit. Froben.

e) *Naturales pudendorum diſtentiones non deſiſtentes, ſatyriaſmum aliqui vocant, aliqui vero priapiſmum.* Satyriaſis vocatur ab herbae virtute, quam *ſatyrion* vocant. Namque ea viros frigidos et imbelles excitat, adeoque ad veneris laſciuiam potentes reddit, ſi vel comedatur, vel adhibito vino bibatur. Vnde intelligi poſſunt illa Petronii: *Solus tantum medicamentum ebibiſti? Itane eſt, inquit Quartilla, quidquid* Satyrii *fuit, Encolpius ebibit?* Graecis igitur σατυριᾶν eſt, pruritu rei venereae extimulari. Et *Heſychius:* Σατύριον, πόα τίς, συνεργὸς πρὸς τὰς Ἀφροδισίας ὁρμάς, quae verba, miror, in ſplendidiſſima adeo *Albertii* editione non illuſtrata eſſe. *Ram.*

f) Solet omnino iis, qui in locis montanis habitant, ſtruma ſub gutture enaſci, vel ob aquas, quas bibunt, ni-

κήλην vulgo medici, Hippocrates γόγγρωνα nominat. Otoceles huius Satyrorum, quibus aureis acutas tribuit *Lucianus*, *Philoſtratus* περιττὰ ὦτα, meminit idem ſenex Ἐπιδημίων lib. VI: ἐπεδήμησαν, inquit, παρὰ τὰ ὦτα πολλοῖσιν οἷα τοῖς Σατύροισι; *enati ſunt multis tumores circa aures, quales ſunt Satyris.* Alibi vocat φήρεα vel φηρεῖα *g*): quia φῆρας etiam Satyros nominabant, quod antea dictum p. 42. Non praetermittenda GALENI verba e Commentario tertio in VI. Epidemiorum, tmemate XIV. φήρεα εἶπεν τὰ τὴν ἐμφέρειαν ἔχοντα φηρέων· οὕτω γὰρ ὠνομάκασιν ἔνιοι τῶν Ἰώνων Σατύρους, οὓς γράφουσί τε καὶ πλάττουσι προμήκεις ἐξοχὰς ἔχοντας παρὰ τοῖς ὠσὶν *h*). Ad tertium quod attinet, vulgatiſſimum eſt, ita ſolitos effingi Satyros. ARETAEVS de acutis morbis c. XII. οἱ Σάτυροι τοῦ Διονύσου ἱεροὶ, ἐν τῇσι γραφῇσι καὶ τοῖσι ἀγάλμασι ὄρθια ἴσχουσι τὰ αἰδοῖα, ξύμβολον τοῦ θείου πρήγματος. Similia his alii medici, quicunque de ſatyriaſeos appellatione ſcripſerunt. Sed gemmae huius ſcalptor de induſtria pudori inſpicientium opus tam eximium videtur conſuluiſſe: poterat enim profecto per ſitum, quem Satyrus heic obtinet, caſtos oculos violare. Addebat *Galenus* in ſuperiore loco, hunc morbum ab aliis dici πριαπισμὸν, qua voce alibi vtitur. Medici poſteriores inter has voces diſcrimen ſtatuerunt, et priapiſmum

gra-

uales, vel quia grauiſſima quaeque onera capiti impoſita geſtant. De Sabaudiae incolis vide Cel. *Volkmanni* hiſtoriſch critiſche Nachrichten von Italien P. I. vbi et narratiunculam ſatis lepidam habes, qua, quantopere illi homines ſtruma ſua delectentur, eamque ſingulari quodam dei beneficio ſibi conceſſam putent, docetur. *Ram.*

g) *Galenus* in Lexico Hippocrateo: φήρεα, *oblongae ſub auribus glanduloſae eminentiae, quales et Satyri habent. Quidam autem et* φῆρες *et* θῆρες *vocantur, vt ſit tanquam ferine dictum. Ram.*

h) i. e. *Pherea quidem vocat, quae ferarum ſimilitudinem habent: ita enim quidam Iones Satyros appellarunt, quos pingunt finguntque, oblongos apud aures exceſſus habentes.*

grauiorem ac periculo propiorem morbum voluerunt eſſe, quam ſatyriaſin. Cauſſa, opinor, eſt, quod Priapus nunquam ſine protenſo inguine videtur: Satyri *ἄνευ στύματος* ſaepe, vt etiam in hac gemma. *Auiſenae* libro Canonis III. phen. XX. ſermone primo, *σατυρίασις* dicitur العضيب نوظ كثر πολλὴ τάσις (ad verbum χόρδωσις) τοῦ καυλοῦ ἤγουν τοῦ αἰδοίου [i]). Priapiſmi vero appellationem graecam retinuit, deprauatam in editione Romana: male enim فر يسبوس, ſcriptum pro فر يافيسوس. Cauda vero ſic obiecta oculis, vt nihil queat expreſſius. Huius meminit LVCIANVS et DIODORVS SICVLVS libro III: *ἔχοντος τοῦ Σιληνοῦ κατὰ τὴν ὀσφὺν οὐρὰν, διατελέσαι καὶ τοὺς ἐγγόνους τὸ παράσημον τοῦτο φοροῦντας, διὰ τὴν τῆς φύσεως κοινωνίαν* [k]). Cornicula Satyrorum ita deſcribit LVCIANVS: *οἱ Σάτυροι ὀξεῖς τὰ ὦτα καὶ αὐτοὶ φαλακροὶ, κεράσται, δια τοῖς ἔτι γεννηθεῖσιν ἐρίφοις τὰ κέρατα ὑποφύεται* [l]). Satyrorum ingenium verbo expreſſit HORATIVS, cum *riſores* vocauit et *dicaces*, in Arte, v. 225: item Graeci poëtae, cum *φιλοκερτόμους*: qua appellatione illos non tantum NONNVS afficit, ſed etiam alii poetae, vt NILVS

E 2 Scho-

i) i. e. *plurima diſtentio virgae*, *ſiue pudendorum.*

k) i. e. *Silenus cum in lumbis caudam habuiſſet*, *tota quoque poſteritas*, *eiusdem ſcilicet naturae communione*, *ſignum hoc geſtauit.*

l) i. e. *Satyri*, *quorum acutae ſunt aures*, *calui etiam et cornigeri*, *qualia hoedis recens natis ſubnaſcuntur cornua.* LVCIANVS in Concilio Deorum. *Idem de Baccho* p. 360. tradit, fuiſſe in exercitu eius *νεανίσκους γυμνοὺς*, *κόρδακα ὀρχουμένους*, *οὐρὰς ἔχοντας*, *κάντας γελοίους*, i. e. *adoleſcentes nudos*, *cordaca ſaltantes*, *caudis inſtructos*, *omnesque ridiculos.* Omiſſa hic videbis cornua. Nec mirum. *Cuperus* enim, quem citat *Schwartzius* Miſcell. polit. humanit. p. 113, vidiſſe ſe aſſerit in portico Ducis Mazarini ſtatuam Satyri *ſine cornibus*, *capillitio modico*, *manu ſiniſtra fiſtulam tenentis*, *pelle ferina ornati*, *quodque notandum*, *ibidem pedibus humanis.* Sed forſan Satyrus non fuit, quem videre ſibi viſus eſt Cuperus. *Ram.*

Scholaſticus in Satyri effigiem, opere muſiuo e lapillis factam,

Πάντες μὲν Σάτυροι φιλοκέρτομοι. εἰπὲ δὲ καὶ σύ,
Τί πρὸς ἕκαστον ὁρῶν τόνδε γέλωτα χέεις;

Nec ſolum dicaces, ſed et proni in Venerem, et ſaltatores aſſidui et credebantur, et fingebantur: vnde ſatyrica ſaltatio, de qua libri huius quarto capite. Qui proximus Satyro aſſiſtit, femur Bacchi ſuccollans, Satyrus non eſt, quod multis viſum ſcimus. Ego nihil deprehendo, quod Satyrum vlla ex parte χαρακτηρίζῃ. Omitto cornua, quae cum toto capite propter amplitudinem femoris Bacchici latere abdita inter pueri femina dici queant: ſed in corporis parte inferiore, quid omnino eſt caprino generi ſimile? vbi cauda? vbi pilorum hirſutiae? vbi denique pedes caprini? aut quis dubitet, ſiniſtrum pedem, qui laruae inſiſtit, humanum eſſe, et quidem poſitum κατὰ φυσικὴν θέσιν? Dextrum vero pedem peritus glypta, quam maxime fieri poterat, extendit: ita enim neceſſe fuit incedenti. Cuius rei certiſſimam cauſam ex philoſopho afferrem, ſi demonſtrationum philoſophicarum eſſet hic locus. Qui igitur Satyrus eſſe dici non poteſt, nec Satyriſcus, alius quidam ſit oportet e Dionyſiacis miniſtris, quorum antea multos ordines et nomina recenſuimus. Tityros a Satyris clare ſeparat *Strabo* non ſemel: Grammaticis tamen placet, Dores Tityros appellare m), quos alii Graeci Satyros, vt de ſimiis Satyris et Tityris ad Theophraſtum adnotabamus n). Quare nec Tityrus eſſe hic poteſt. Idem ſentiendum de eo, qui Bacchum praecedit, cornu copiae oſtentans, manu in altum ſublata. Eſt autem adoleſcentulus, quem formae bonitas

m) *Aelianus* lib. III. Var Hiſtor. c. 40. Οἱ συγχορευταὶ Διονύσου Σάτυροι ἦσαν, οἱ ὑπ' ἐνίων Τίτυροι ὀνομαζόμενοι, i. e. *Comites Bacchi fuerunt Satyri, quos nonnulli Tityros adpellant.* CREN.

n) In Characteribus ſcilicet p. m. 166. ſeq. edit. Lugdunenſ. MDCXXXVIII. in 8. CREN.

bonitas ac venuſtas commendat. Et fortaſſe neque huic, neque illi, de quo modo diximus, aliud nomen quaerere debemus, quam quod humana forma ſuggerit. Nam etiam in Dionyſiaca Ptolemaei pompa is, qui ſimile miniſterium obit, ἀνὴρ ſimpliciter dicitur. Quin Silenum ipſum cum Satyris *Lucianus* σκιρτητικοὺς ἀνθρώπους nominat. Ex *Athenaei* loco, vt et gemma iſta, conſtare poteſt nobis de more, hoc Amaltheae cornu traducendi inter cetera, quibus pompae Dionyſiacae choragium ſolebat inſtrui. Verba ATHENAEI: μέσος δὲ τούτων ἐβάδιζεν ἀνὴρ μείζων τετράπηχυς ἐν τραγικῇ διαθέσει καὶ προσώπῳ, φέρων χρυσοῦν Ἀμαλθείας κέρας *o*). Quare autem ad Διονυσιακὰ πομπεῖα Amalthea pertineat, e tertia DIODORI Bibliotheca diſcimus *p*). Videtur autem hic

E 3 iuuen-

o) i. e. *medius inter hos vir quidam ibat, aliis procerior cubitis quatuor, habitu perſonaque tragica, aureum Amaltheae cornu tenens.* Athen. Deipnoſ l. 5. p. 198. edit. Caſaub.

p) *Diod. Sic.* l. 3 p. 201. edit. Rhodom. Varie apud auctores narratur fabula, aliis quidem ab Amalthea, Bacchi matre, eam arceſſentibus, aliis vero ad Herculem transferentibus, quem dicunt, Aetolis donaſſe copiae cornu, propter coërcitum cornu fluminis Acheloi. Vide *Eraſmi* Adagia, p. 101. Quae quomodocunque ſe habeant, certum omnino eſt, his verbis ſignificari vbertatem rerumque abundantiam. Quare Graeci libris ſuis hunc nonunquam indiderunt titulum, vt vocarent κέρατα Ἀμαλθείας. *Gellius* quidem, Sotionem Peripateticum, dicit, compoſuiſſe librum multae variaeque hiſtoriae refertum, eumque inſcripſiſſe, κέρας Ἀμαλθείας. N. A. l. 1. c 8. *Plinius* autem, Graecos vituperaturus, quod arrogantem hanc inſcriptionem commentariis ſuis imponant, quaſi nihil in eis non contineatur et quiduis inde peti poſſit, haec addit: *Inſcriptionis apud Graecos mira felicitas:* (rectius forſan *feſtiuitas*) κηρίον *inſcripſere, quod volebant intelligi fauum; alii* κέρας ἀμαλθείας, *quod copiae cornu, vt vel lactis gallinacei ſperare poſſis in volumine hauſtum. Iam Muſae,* πανδέκται, ἐγχειρίδιον, λειμὼν, πίναξ, σχέδιον, *inſcriptiones, propter quas vadimonium deſeri poſſit. At cum intraueris, dii deaeque, quam nihil in medio inuenies!* Hiſt. Nat. Praef. Ram.

iuuenculus dextra hircum trahere. In quo vetus mos expreſſus eſt, quem notat in libello περὶ φιλοπλουτίας PLVTARCHVS: ἡ πάτριος τῶν Διονυσίων ἑορτὴ τὸ παλαιὸν ἐπέμπετο δημοτικῶς καὶ ἱλαρῶς: ἀμφορεὺς οἴνου καὶ κληματὶς, εἶτα τράγον τις εἷλκεν, ἄλλος ἰσχάδων ἄῤῥιχον ἠκολούθει κομίζων q). Cantharus, quem heic cernis humi iacentem vino effuſo, et Baccho et Sileno optime conuenit. De hoc in Sileno *Virgilius*, Ecl. VI. v. 17.

Et grauis attrita pendebat cantharus anſa r).

Bacchum quoque cantharis potaſſe, quem poſt Cimbricam victoriam Marius, ille arator Arpinas et manipularis imperator, eſt imitatus, etiam PLINIVS teſtatur, libro XXXIII. c. XI. extr. s). Vt cum Martis effigiem pingebant, clypeum ſemper illi ſoliti appingere: ſic Bacchi ſymbolum inter cetera fuit vas aliquod vinarium. ARISTOTELES de poëtica: ὁμοίως ἔχει φιάλη πρὸς Διόνυσον, καὶ ἀσπὶς πρὸς Ἄρην. Huc ſpectat amphora illa vini in ſuperiore Plutarchi loco. Sed et in Satyris pingendis idem ſeruatum. PLINIVS, libro XXXV. c. X. circa finem: *Ariſtidis Thebani diſcipuli fuerunt et filii Nicerus et Ariſtippus, cuius eſt Satyrus cum ſcypho coronatus* t). In Ptolemaica pompa

q) *Accepta a maioribus Bacchanalium feſtiuitas antiquitus plebeio more et hilari agebatur, amphora vini, et palmitis ſarmentum, tum aliquis caprum trahebat; ſequebatur alius calathum ficis plenum geſtans.*

r) V. Cel. *Heynium* ad h. l. et, quem ibi laudat, *Burmannum* Secundum ad Doruillii Sicula p. 408. ſeq. vbi de cantharo Bacchi ac Sileni multa e numis docte diſputantur. *Ram.*

s) Adde *Valerium Max.* lib. III. c. 6. et *Macrobium* Saturn. lib. V. c. 21: *Scyphus Herculis poculum eſt, ita vt Liberi patris cantharus. Ram.*

t) In ſplendidiſſima Harduini editione Tom. II. pag. 701. paullo aliter leguntur *Plinii* verba: *Huius fuerat aetatis Ariſtides Thebani diſcipulus. Fuerunt et filii* (Perſei, non Ariſtidis), *Niceros et Ariſton, cuius eſt Satyrus cum ſcypho*

pompa apud Dipnoſophiſtam, non praetermiſſa eſt pars iſta inſtrumenti Bacchici. Ibidem etiam traducuntur cum thyrſis, tympanis, mitris, etiam πρόσωπα (intellige προσωπεῖα) σατυρικὰ καὶ κωμικὰ καὶ τραγικὰ u). Ex quo intelligi poteſt, quo ſpectet perſona illa, quam gemma haec conſpiciendam exhibet. PLVTARCHVS *de auaritia*, Dionyſiacam tranſuectionem veterum comparans cum recentiorum luxu: vetera, inquit, contemtui ſunt, et obſoleuerunt, χρυσωμάτων περιφερομένων, καὶ ἱματίων πολυτελῶν καὶ ζευγῶν ἐλαυνομένων, καὶ προσωπείων x). Cui loco erit pro luculento commentario quintus liber *Athenaei*. Bacchas vario ornatu concinnari ſolitas, et ſcriptorum teſtimoniis, et auctoritate peritiſſimi huiusce artificis liquido conſtat, Quae pone Satyrum incedit, militari more amicta, crocotum infra genua non demittit y),

 ſagum

pho coronatus. Satyrorum Baccharumque imagines in his ipſis ſcyphis haud raro caelatas fuiſſe, idem teſtatur *Plinius* lib. XXXIII. c. 12. Nominat enim *Stratonicum*, qui Satyrum in phiala, grauatum ſomno, collocauiſſe verius, quam caelaſſe dictus eſt, et *Acragantem*, cuius fuerunt Bacchae Centaurique caelati in ſcyphis. *Ram.*

u) De perſonis et laruis, earumque apud veteres vſu et origine peculiares extant *Ageſilai Mariscotti* et *Boindini* diſquiſitiones, quarum illa inſerta eſt *Roberti* Miſcellaneis Italiae eruditis, haec vero *Memoriis Academiae Inſcription: et artium elegant:* Tom. IV. p. m. 132. *Ram.*

x) *Dum interim geſtantur aurea pocula, veſtes pretioſae, bigae agitantur, perſonatique incedunt.*

y) Veſtis Baccharum omniumque adeo mulierum κροκωτὸς dicitur. *Iulius Pollux* lib. VII. c. 13. p. 725. edit. Hemſterhuſ. Γυναικῶν δὲ (ſc. ἐσθῆτες) κροκωτὸς, κροκώτιον etc. Eandem veſtem Baccho tribuit idem lib. IV. cap 18, p. 418. ὁ δὲ κροκωτὸς, ἱμάτιον. Διόνυσος δὲ αὐτῷ ἐχρῆτο. Differt a *baſſara* vel *baſſaride*, quae ad talos vsque defluebat, quamque Bacchis Thracicis in vſu fuiſſe, docet *Heſychius* T. I. p. m. 702. *Baſſareus* quoque dicitur

ſagum non manuleatum cingulo aſtringit. In manu tamen ferulam hedera inuolutam, non thyrſum, habere videtur. Nam thyrſus eo etiam diſtat ἀπὸ νάρθηκος, quod acie lanceae munitus eſſet thyrſus: ideo λογχωτὸς θύρσος, et θυρσόλογχον vocabatur. Huius vero geſtamen omni ferro caret. Auctor eſt *Diodorus Siculus* in quarto, ad vitandas verberationes ac caedes, in vino prius frequentes, inſtitutum fuiſſe, vt Bacchi πρόσπολοι, vterentur νάρθηξι, καὶ μὴ ξυλίναις βακτηρίαις, *ferulis, non autem baculis ligneis* *). Thyrſi ab vtroque extremo ferrati et aculeati, vocabantur δίθυρσα λογχωτά, vt in epigrammate Agathiae ſcholaſtici, libro ſexto, titulo ἀπὸ βακχευομένων. Iam diximus, videri Baccham ναρθηκοφόρον ſiniſtra fructum e propinqua arbore decerpere. Co-

gitemus

tur Bacchus. Horat. Carm. I. od. 18. Quam appellationem ſi ab iſto, quod diximus, genere veſtis deriuare recuſas, arceſſere potes a בָּצַר, quod eſt vindemiare. *Ram.*

*) Thyrſus omnino erat haſta, cuius aciem hedera vel corymbi tegebant, quapropter et ab *Euripide* κίσσινον βέλος, *hederaceum telum* vocatur. *Catullus* Carm. 63, v. 256.

Horum pars tecta quatiebant cuſpide thyrſos.

Bacchi maxime inſigne fuit, qui eam ob cauſſam θυρσοφόρος et θυρσοτινάκτης, et ab *Horatio* lib. II. od. 19. *graui metuende thyrſo* appellatur. Thyrſos non ſemper acie ferrea munitos fuiſſe, quae Caſauboni eſt ſententia, tum monimenta antiqua declarant, tum illa *Phurnuti* ſ. Cornuti περὶ τῆς τῶν Θεῶν φύσεως c. 30. oſtendunt, quae, ſi latine reddas, ſic ſe habent: *Thyrſus indicat, ebrios non ſatis firmos ſtare poſſe ſuis pedibus, ſed neceſſe habere, vt fulciantur. Quidam vero thyrſi haſtilia foliis occultata continent; quaſi raro compotationes exiſtant, citra calamitatem et vulnera, in quae contumeliis prouocati ferantur.* In monimento pompam bacchantium referente et a *C. G. Schwarzio* illuſtrato, apparent globi thyrſis impoſiti in ſummo, vnde κωνοφόροι in ſacris Bacchi iidem dicti ſunt, qui θυρσοφόροι. Vide ipſum pag. 99. *Ram.*

gitemus tamen, num ſit potius Baccha eadem crotaliſtria, manu ſublata crotalum quatiens ad oblectandum puerum [a]). Manus agitationem aliter, quamuis doctus artifex, exprimere non potuit. Idem dicendum et de Baccha tympaniſtria, in qua artem ſuam conſummauit nobiliſſimus glypta. Ea Bacchum praecedit, cui ludos facit, incedens retrorſum more boum ὀπισθονόμων, et inter gradiendum ad humeros pedes ſimul mouens, et manibus tympanum quatiens [b]): quod Agathias dixit in epigrammate quodam, libro IV. κύμβαλα χερσὶ τινάξαι. Apud poëtas et Clementem in Protreptico habes multa de

 Bac-

a) Obſtare videtur forma crotali eius, quod *Suidas* v. κρόταλον ex Ariſtophanis Scholiaſte ad Νεφελ. v. 259 deſcripſit. Is enim *crotalum* dicit eſſe calamum fiſſum et ita conſtructum, vt reſonet, ſi quis eum manibus concutiat. Quam ob rem impetrare a me non poſſum, vt, quod Baccha manu ſublata oſtentat, crotalum eſſe exiſtimem. Eſt enim rotundum, cum oblonga fuiſſe videantur crotala, quippe quae ex calamo ſiue arundine fiſſa parabantur, digitisque concuſſa, ſonum edebant raucum Itaque *rauci calami* vocantur a Virgilio in Copa. Lignea ſaepe ac aerea fuiſſe crotala, nihil impedit, quo minus credamus. *Euripides* in Cyclope v. 203. κρόταλα χαλκοῦ commemorat. — Scripſeram haec, cum ecce *Vulpius* ad Catull. Carm. LXIII. v. 262. me docet, crotalum haud raro fuiſſe bacillum teres, ex aere, *in orbem* affabre ductum, quod *granis quibusdam interpoſitis*, dum concuteretur, pro quantitate et ſpecie metalli varios ederet ſonos, vt ſcribit Ioannes Sarisberienſis apud Pignorium. Quae ſi vera ſunt, parum abeſt, quin Noſtro adſentiamur. *Ram.*

b) De tympanis, Bacchicorum ſacrorum inſtrumento primario, deque vario eorum genere, nec non de diuerſa vel digitis, vel palmis longe extenſis, vel capite, vel ferulis plectrisque pulſandi ratione, erudite pro more ſuo diſputant *Schwarzius* in Miſcell. politioris humanitatis p. 86 ſeqq. *Pignorius* de ſeruis, *F. A. Lampe* de cymbalis veterum, et *Vulpius* ad Catulli Carm. LXII. v. 21. Carm. LXIII. v. 261. p. m. 237. et 306. quos vide. *Ram.*

Bacchantium ludicris, quae *Orpheus* appellat, παίγνια καμπεσίγυια c): vulgo poetae κρόταλα, κύμβαλα, τύμπανα, et ῥόπτρα. Haec Baccha nuda eſt, ſed iactantur illi a tergo vittae aut lemniſci e corona pendentes d): niſi tamen eſt pannus humero dextro impoſitus: cui non diſſimiles erant panni, qui factiones Circi diſtinguebant. Agathias in epigrammate, quo Baccha, vitae genus mutatura, artis inſtrumenta Baccho dedicat, περισφύριον inter cetera recenſet. Licet eam vocem interpretari de faſcia, qua imus pes implicatur: quod non male aptari poſſit huic figurae, vbi circa tibiam dextram pannus iſte voluitur. Fortaſſe tamen faſciarum pedulium Maenadibus propriarum genus aliquod, aut neſcio quae talaria intellexit *Agathias*. Eius verba ſunt:

Πορφυρὶς ἡ Κνιδίη τὰ ϛέμματα, καὶ τὸ δίθυρσον
Τοῦτο τὸ λογχωτὸν, καὶ τὸ περισφύριον,
Ἀβροκόμη Διόνυσε πρὸ παστάδος ἠώρησεν e).

Baccha αὐλητρὶς duas vno flatu tibias inflat. In nuptiis, et plerisque ſolennitatibus laeti argumenti, binis tibiis vtebantur: ad monodias et planctus, ſingulas adhibebant. Hae

c) *Orpheus* Fragm. XVII p. 382. edit Gesner. *Heſychius* Tom. II. p. 133. edit. Albert. 1766: Καμπεσίγυια, κάμπτοντα τὰ μέλη. Γυῖα γὰρ, τὰ μέλη. *Ram.*

d) Lemniſci ſunt taeniae anguſtae. *Feſtus* vocat faſcias colorias dependentes ex coronis, quod antiquiſſimum fuit genus coronarum lanearum. *Plinius* Hiſt. Nat. lib. XXI, c. 3. *Craſſus diues, primus argento auroque folia imitatus, ludis ſuis coronas dedit. Acceſſeruntque et* lemniſci, *quos adiici ipſarum coronarum honos erat, propter Etruſcas, quibus iungi niſi aurei non debebant.* Neque tamen coronis ſolum, ſed et palmis, quae praemia Circenſis victoriae, lemniſci addebantur: vnde vtraeque lemniſcatae dictae. *Cicero* pro Roſcio Amer. c. 35. Plura habet *Paſchalis* de coronis l. 2. c. 13. et *Caſaubonus* ad Suet. Neron. c. 25. *Ram.*

e) *Porphyris Cnidia coronas et thyrſum hunc acie lanceae vtrinque munitum, et talaria, molliter comate Bacche, ante porticum ſuſpendit.*

Hae tibiae longae admodum et impares in hac figura cernuntur: quod aliter habet in gemmae ſcalptura, vbi pares ſunt tibiae: ſed a prototypo diſceſſit aliquantulum, qui in aere ſcalpſit. Vidimus et alias gemmas, vbi Satyri et Bacchae tibias geminas inflabant, ſed ſemper pares: niſi quod propter rationes opticas tibiam, quae longius ab inſpicientis oculis abeſt, minimo minus breuiorem ab artificibus factam aliquando obſeruauimus. Ceterum de tibiis longis breuibus, paribus imparibus, dextris ſiniſtris, multa, eaque perſaepe inter ſe pugnantia graeci latinique Grammatici: quorum ſententias ventilare, non eſt huius propoſiti *f*). Tandem enim manum de tabula.

CAPVT III.

ARGVMENTVM.

De perfecta ab arte *Satyrica*. Genus illius inueſtigatur a partitione poeſeos, quae apud *Platonem* et *Ariſtotelem*; Locus *Ariſtotelis* illuſtratus et emendatus. Ὅτὲ μὲν, non ſequente ὅτὲ δε. Differentia inter μιμᾶσθαι δρῶντας et μιμᾶσθαι δρῶντα. Δραματικὴ et δράματα vnde ſint dicta? Locus inſignis *Ariſtotelis* illuſtratur, et ter quater emendatur. Πράττειν pro tragoediam componere. *Fabula* vnde dicta? *Diomedis* locus animaduerſus. Dramaticae poëſeos ſpecies varie recenſitae veteribus. Noua earumdem diuiſio. Finis dramaticae. Οἱ διδάσκοντες. Οἱ τοῦ γέλωτος ποιηταί. Μίμοι γελοίων: mimorum ſpecies, παίγνια et ὑποθέσεις. Satyrica media inter tragoediam et comoediam. Τραγῳδία pro Satyrica. *Horatii* locus illuſtratur. Affinitas Satyricae cum tragoedia: item differentia. Affinitas Satyricae cum comoedia. L. Sullae σατυρικαὶ κωμῳδίαι. Σατυρίζειν et κωμῳδεῖν. Σατυρικὸς φίλος, κωμικός, τραγικός. Propria Satyricae: chorus e Satyris: item perſonae ridiculae. *Burris*. Breuitas fabulae et ſimplicitas: dicacitas hilaris

f) In illuſtrando hoc argumento diligentiſſimi fuerunt *Salmaſius*, *Manutius*, *Scaliger* et *Bartholinus*, cuius peculiaris eſt libellus *de tibiis veterum et antiquo earum vſu*. *Ram.*

laris potius, quam palam obſcena: character verſuum Satyricorum. Satyrica tragicis dramatis interiecta aut ſubiecta Mos tragicorum poetarum, quaternis fabulis certandi. Τετραλογίαι τραγικῶν et τριλογίαι. Colligitur definitio Satyricae. Variae tragoediae παρεκβάσεις.

Expoſitis *Satyricae* naſcentis adhuc et vix dum ſatis inchoatae principiis, ſupereſt, vt de arte, quae τὰ αὐτοσχεδιάσματα et excepit, et demum perfecit, hoc loco diſſeramus: totamque eius poëſeos naturam accuratius paullo explicemus. Poëticen veteres in tria genera ſunt partiti: τὸ διηγηματικὸν, τὸ δραματικὸν, Latinis narratiuum et actiuum; quodque ex vtroque genere eſt mixtum. Huius partitionis auctor primus PLATO, qui in III. de republica, poſtquam dixit περὶ τῶν λόγων τῶν ποιητικῶν, id eſt, de ſubiecto poëtices, quod non minus late quam res ipſae patet, differentias poëtarum explicat ἀπὸ τῆς λέξεως, hoc eſt, ab ipſo tractationis modo. Ponit autem ſpecies has: ἁπλῆν διήγησιν, ſiue διήγησιν δι' ἀπαγγελίας ff): qualis fuit poëſis phyſicorum Empedoclis, Parmenidis, et apud Latinos Lucretii, item dithyram-

ff) Haec Platonis verba non intellexit doctiſſimus vir, *Ioan. Serranus.* Interpretatur enim, *res magnificentius, et ampullatius prolata:* cum ſignificetur ſimplex narratio, vbi poeta ipſe rem ſuo nomine refert. Decepit interpretem, quod Plato ſubiungat, huiusmodi poëſin eſſe dithyrambicam, quam ſciebat *Serranus* ampullis gaudere. Sed alio hic reſpicit Plato; nempe quod in poeſi dithyrambica poeta ipſe loquatur, non perſonae aliae. Itaque huius etiam generis eſt Lycophronis Caſſandra. Velut et qui de rerum natura ſcripſerunt: vt apud Graecos Empedocles, et Parmenides, apud Latinos Lucretius: vel qui egere de agricultura, vt Maro in Georgicis: item γνωμολόγοι, i. e. dictorum inſignium, ſiue ſententiarum ſcriptores, vt Theognis. Sunt et fere huius generis omnia, quae a Lyricis canuntur. Hos vniuerſos ampullis vti, nemo ſanus dixerit. Vide *Voſſium* II. Inſtitut. Poët. c. 1. §. 6. p. 3. CREN.

iambicorum vt plurimum: nam hos ſolos in exemplum adducit *Plato*. Deinde διήγησιν διὰ μιμήσεως g), qualis eſt in tragoedia et comoedia: poſtremo τὴν δι' ἀμφοτέρων περαίνουσαν h): cuiusmodi eſt heroica et ſimiles aliae.

g) i. e. *narrationem quae fit imitando*, idcirco μιμητικὴν vel δραματικὴν, i. e. *actiuam* vocatam. Nempe imitationis vox, quae totius eſt Poeticae, hic preſſius ſumitur pro ea, qua Poeta non ipſe loquitur, ſed ſolum perſonas repraeſentat, quibus omnem tribuat ſermonem. Talis eſt in Comoediis et Tragoediis. CREN.

h) i. e. *vtroque modo perficientem*. Atque huius tertiae formae exemplum ipſe Plato loco dicto ſumit ex Homero qui principio Iliadis ipſemet narrat, quo pacto Chryſes, Apollinis ſacerdos, cum muneribus ad Graecorum naues acceſſerit, filiam apud Agamemnonem liberaturus. Tum ſubito incipit narratio, ipſum quippe Chryſen loquentem, et Atridas ſimulque Graecos obteſtantem facit v. 17 ſeq.

Ἀτρεΐδαι τε καὶ ἄλλοι ἐϋκνήμιδες Ἀχαιοί,
Ὑμῖν μὲν θεοὶ δοῖεν, ὀλύμπια δώματ' ἔχοντες,
Ἐκπέρσαι Πριάμοιο πόλιν — — —

Et haec ratio, vt nunc Poeta, nunc loquantur alii, tota Iliade et Odyſſea, totaque cuſtoditur Aeneide ac Pharſalia, vti et in ſimilibus de heroum ac praeſtantium virorum geſtis, quin et, vt ait Plato, in omni epica Poeſi cuſtodiri ſeruarique debet; quare et Epopeia vulgo mixtam ad Poeſin refertur, eo quod Poeta epicus perſonas etiam directa oratione loquentes inducat. Sed cogitari oportuit, ſic quoque ſolum eſſe poëtam, qui narret. Nimirum ſimilis eſt ratio, atque in hiſtoria, vbi orationes etiam exponi debent, quia illae ſaepe praecipua fuere euentus cauſſa. Nec propter orationes eas hiſtoria ad dialogorum pertinet naturam: quia orationes ſunt pars narrationis hiſtoricae. Similiter nec ſermones alieni, quos poeta imitatur, induunt naturam dramatis: cum pars ſint narrationis, a poeta in propoſitione operis promiſſae. Par igitur ratio eſt, ſiue poeta res geſtas exponat, ſiue orationes referat: ſiue item oratione vtatur obliqua, ſiue directa: cum ea res non variet οὐσίαν, ſiue *naturam*, quia vtraque ſuo nomine poëta referat; contra quam fit in dramate, vbi nihil

aliae. ARISTOTELES vero, quum familiari ſibi ſubtilitate vniuerſae poëſeos ſpecies omnes ad tria imitationis capita eſſe referenda docuiſſet, c. I. *τὸ μιμεῖσθαι ἕτερα, ἢ ἑτέροις, ἢ ἑτέρως* i): poſtremum membrum declarat his verbis

nihil ſuo nomine loquitur. Illius ſecundi generis exemplum eodem a Platone ponitur Tragoedia et Comoedia. Ibi enim ipſe nihil Poëta loquitur. In primo genere conlocat Dithyrambicos; namque illi poema, quod in honorem Liberi Patris celebrabant, tumidum et ſonorum faciebant, alienam perſonam non induebant, ſed ipſi tanquam ex ore ſuo omnia pronunciabant. CREN. Quae hic adſperſit Crenius, caue credas ad epicae poeſeos naturam penitius perноſcendam ſufficere. Neque etiam tangere voluit vir eruditus argumentum tam amplum et graue, in quo illuſtrando elaborarunt *Marmontelius*, *le Boſſu*, *Daticria*, *Batteuſius*, *Homius*, *Garnierius*, *Addiſſonius*, atque e noſtratibus *Sulzerus* in libro immortali *Allgemeine Theorie der ſchönen Künſte* P. I., *Duſchius* (Briefe zur Bildung des Geſchmaks P. V.) et *Schlegelius* in Diſſ. pererudita, adiecta Batteuſii Einſchränkung der ſchönen Künſte auf einen Grundſaz; vt omittam alios. *Ram.*

i) Verba Philoſophi haec ſunt: *Διαφέρουσι δὲ ἀλλήλων τρισίν. ἢ γὰρ τῷ γένει ἑτέροις μιμεῖσθαι, ἢ τῷ ἑτέρως, καὶ μὴ τὸν αὐτὸν τρόπον*, i. e. *differunt autem inter ſe tribus; aut quod rebus genere diuerſis imitantur, aut quod alia, aut quod aliter, et non eodem modo.* Genera diuerſa ſunt ea, quae adhibent ad imitandum artifices; pictor enim coloribus, marmore ſtatuarius, voce ac verbis poeta vtuntur. Quibus inſtrumentis genere diuerſis diuerſa imitatio ſubeſt. Tria vero ſunt poëtica inſtrumenta: oratio, harmonia, rhythmus. Res diuerſae ſunt, quae vel natura, vel ex accidente adſumuntur ad imitandum: quia enim inter ſe differunt, etiam illarum imagines differre par eſt, vt leo, canis, homo. Poeſis quidem pro rebus diuerſis perſonas habet, quae vel meliores, vel deteriores, vel inter has mediae ſunt. At modus diuerſus eſt triplex: *exegematicus* ſiue narratiuus, *dramaticus*, et ex vtroque *mixtus*. Et de modo quidem conſtat, de inſtrumentis et de rebus non item. Igitur Oratio, quae prima in genere diuerſis numeratur,

verbis c. III. Ἔτι δὲ τούτων τρίτη διαφορὰ, τὸ, ὡς ἕκαστα τούτων μιμήσαιτο ἄν τις. καὶ γὰρ ἐν τοῖς αὐτοῖς, καὶ τὰ

tur, carmen eſt ac metricus ſermo. Harmonia eſt muſicus concentus; mos enim erat, vt, quae recitauerant actores in proſcenio, melici deinde ad tibias et modos, etiam cum choreis imitarentur e pulpito. Sic, narrante *Suetonio* c. XXI. Nero Tragoedias cantauit perſonatus: quamquam tum fortaſſe auletiocorum cantus ſine recitatione fuit. Rhythmus eſt mimorum ſaltatio. Nam ſimiliter veteres, quae dicebantur in ſcena, repraeſentare ſaltando ſolebant in orcheſtra; quae infima pars pulpiti erat, et a ſaltatione, quae ὄρχησις dicitur, dicta. Hi vero mimi, qui et planipedes, h. e. nudis pedibus agentes, arguta totius corporis geſticulatione, motu, ſaltuque, quod alii recitarant, referebant; iisque agentibus ceſſabat recitatio, ſicut canentibus phonaſcis. *Lucianus de ſaltatione*, *et Anton. Riccoboni in capus I. Poët. Ariſtot.* — — Iam quae perſonae dicuntur meliores? quae deteriores? quae mediae? Varia hic interpretum factio. Alii peiorum nomine infimos ac plebeios, meliorum vero dynaſtas ac reges: alii contra, hos virtute praeſtantes, illos vitio affectos intelligunt: alii vtramque ſententiam probant. Ego in priorem inclino, ratione compulſus, quam potiſſimum Tragoedia ſuppeditat, quae genere praeſtantes, non tamen virtute adumbrat. Nam tradente Ariſtotele c. II. *Poet. extr.* Tragoedia differt a Comoedia. *ἡ μὲν γὰρ χείρους, ἡ δὲ βελτίους μιμεῖσθαι βούλεται τῶν νῦν: haec enim humiliores, illa vero praeſtantiores vult imitari, quam qui modo ſunt.* Et eidem Tragoediae, vt idem tradit cap. V. ſimilis eſt Epopoeia, *μέτρῳ μετὰ λόγου μίμησις εἶναι σπουδαίων, quod metrico ſermone praeſtantium imitatio eſt.* Atqui in Tragoedia praeſtantes quidem genere, ſed virtute non ſunt. Talis enim potiſſimum is deberet eſſe, qui occiditur a prauis tyrannis, et primas agit partes in Tragoedia. Verum eodem docente *Poetic* c. XIV. *ἔστι δὲ τοιοῦτος ὁ μήτε ἀρετῇ διαφέρων, καὶ δικαιοσύνῃ, eſt is, qui nec virtute, nec iuſtitia antecellat.* Quos igitur praeſtantes, eos non ſublimitate virtutis, ſed generis et familiae voluit eſſe. Quod ſi hos nuncupat *φαύλους, σπουδαίους, χείρονας, βελτίονας*, quae nomina

τὰ αὐτὰ μιμεῖσθαι ἐστιν, ὁτὲ μὲν ἀπαγγέλλοντα, ἢ ἕτερόν τι γιγνόμενον, ὥσπερ Ὅμηρος ποιεῖ· ἢ ὡς τὸν αὐτὸν καὶ

mina videntur ſignificare mores, virtutes, ac vitia: iidem dicuntur *ἐπιφανεῖς*, *illuſtres*, *ὄντες ἐν μεγάλῃ δόξῃ καὶ εὐτυχίᾳ*, *conſtituti in magna gloria et bona fortuna*, quae praeſtantiam generis declarant. CREN. Vberius haec omnia, multoque ingenioſius expoſuit Cel. *Curtius*, Commentario in Ariſtotelis Poeticam ſcripto magnam conſequutus nominis celebritatem. Hunc igitur ſi audias, nihil eſt, quod dubium mouere poſſit. Nempe eam poëſeos diuidendae rationem init Ariſtoteles, quae petitur ab imitatione, quam ipſe totius poëſeos atque adeo omnium artium elegantiorum fontem dicit ac ſcaturiginem. Huius autem imitationis tres facit partes, quarum prima complectitur inſtrumenta eius, quam dixi, imitationis, altera res, circa quas verſatur, tertia denique modum. *Inſtrumenta* ſunt oratio, harmonia, rhythmus; e quibus duo illa poſteriora cum concentum muſicum et ſaltationem ſignificent, facile intelligitur, Ariſtotelem ſub poetica comprehendiſſe muſicam et ſaltatoriam, quippe quas carmini coniungebant veteres. Ea porro, in quibus verſatur imitatio, (*obiectum* Philoſophi dicunt), nunc ſunt *actiones*, eaeque vel bonae vel malae, nunc *perſonae*, quarum aliae ſunt meliores, deteriores aliae, aliae denique nobis ſimiles, et eadem, qua nos, indole imbuti. Meliores non ii ſolum vocantur homines, qui illuſtri loco nati ſunt magnaque in gloria conſtituti, quae Crenii eſt ſententia; ſed et ii, in quibus praeclara effulget virtutis indoles, quique rebus magnifice geſtis optime de patria ſunt meriti. Vnde nullo fere negotio colligi poteſt, quae ſint perſonae deteriores. Diſputarunt eruditi, vtrum homines humili loco nati in Tragoediis, claro autem ſanguine orti in Comoediis adhiberi debeant, nec ne. Tuentur hanc ſententiam *Fontenellius* in Praefatione Opp. Tomo VII. praemiſſa, *Leſſingius*, vir plane eximius, et qui hos ſequuti ſunt, plerique omnes, ad ipſam Tragoediae naturam ſcopumque prouocantes. Negat autem *Hurdius*, Graecorum auctoritate nixus; in quo quantopere fallatur, manifeſtum eſt ex iis, quae habet *Marmontelius* (Dichtkunſt

καὶ μὴ μεταβάλλοντα. ἢ πάντας ὡς πράττοντας καὶ ἐνεργοῦντας τοὺς μιμουμένους. Habes in his verbis tres illas ſpecies expreſſas, quas ante attulimus ex Platone: cuius vberem et fuſam diſputationem cum in pauciſſima verba contraxit Ariſtoteles, et breuitate orationis, et locutione ipſa lectoris attentionem excitauit. Nam ἢ ἕτερόν τι γιγνόμενον dixit, pro eo quod erat vſitatius, ὁτὲ δὲ ἕτερόν τι γιγνόμενον: praeceſſit enim, ὁτὲ μὲν ἀπαγγέλλοντα. Hoc autem vult: ſic poſſe imitationem inſtitui, vt in aliis poëta ipſe narret, in aliis perſonam ſuam mutet, et aliud quid fiat. Sic Homerus modo ſuam ipſius perſonam ſuſtinet, modo Chryſae, aut Achillis: quod dixit *Plato* ὁμοιοῦν ἑαυτὸν ἄλλῳ, et λέγειν ῥῆσίν τιν', ὥς τιν' ἄλλον ὄντα. Sed non ſolum homines in poëſi loquentes introducunt poëtae: verum et Deos, et bruta quoque interdum animalia, vt Achillis equos Homerus, et flumina aliasque res inanimatas. Ideo conſultius *Ariſtoteles*, ἕτερόν τι γιγνόμενον, quam *Plato*, ὥς τιν' ἄλλον ὄντα: mutato enim genere omnia eſt complexus accuratiſſimus Stagirita. Hactenus prima ſpecies, quae melius Platoni tertia eſt: ſequi-

kunſt P. II. c. 10. p. 105. f.) Vide R. *Hurd* Epiſteln Horazens an die Piſonen und an den Auguſtus P. II. p. 67 ſeqq., quo libro in vernaculam vertendo bonorum omnium gratiam promeruit Cl *Eſchenburg*. Reſtat *modus* imitationis, quem Ariſtoteles triplicem facit. quando nimirum poeta *vel* ipſe agit, *vel* alios loquentes agentesue inducit, *vel* vtrumque coniungit. Hinc illa poeſeos diuiſio in narratiuam, dramaticam et mixtam; a qua paullulum recedunt, qui omnem poeſin in narratiuam, dramaticam, lyricam et didacticam diſpeſci volunt. Nec iniuria. Sunt enim recentiori aeuo quaedam carminum ludorumque ſcenicorum genera inuenta, quae veteres ignorarunt, quaeque in locum eorum quaſi ſucceſſerunt, quorum hodie nullus eſt vſus, cum olim eſſent frequentiſſima. Atque horum e numero vel maxime eſſe *Satyricam* Graecorum, quis eſt, quin videat? *Ram.*

Caſaub. F

ſequitur ſecunda, ἢ ὡς τὸν αὐτὸν καὶ μὴ μεταβάλλοντα, quando idem ſemper eſt poëta, neque alienam vllam ſuſcipit perſonam: et vt eleganter ait Plato, μηδαμοῦ ἑαυτὸν ἀποκρύπτεται. In philoſophi verbis repetendum ex praecedentibus, ἔστιν μιμεῖσθαι. De tertia ſpecie ſic: ἢ πάντας ὡς πράττοντας, καὶ ἐνεργοῦντας τοὺς μιμουμένους: heic quoque repetenda illa, ἔστιν μιμεῖσθαι. Omnino autem legendum πάντα, non πάντας [k]). Ita penitus profligata erit difficultas huius loci, quae magnos viros torſit. Licet, inquit Philoſophus, etiam hoc modo imitari, vt ſic omnia imitatione ſua exprimant poëtae, quaſi ipſi agerent, et in rerum ipſarum actu verſarentur, non otioſi in cellula ſcriberent. Docte et acute diſtinxit *Ariſtoteles* inter iſta duo: μιμεῖσθαι δρῶντας, *imitari eos, qui agunt*, quod pertinet ad caput, ἃ μιμοῦνται; et μιμεῖσθαι δρῶντα, *imitari agenda*, quod eſt proprium capitis πῶς μιμοῦνται. Illud poëtis omnibus eſt commune: nam omnes imitatores ſunt, non ſane feriantium hominum, ſed qui aliquid agunt, et quatenus illud agunt. Μιμοῦνται γὰρ οἱ μιμούμενοι πράττοντας, inquit Philoſophus initio capitis ſecundi. Ideo dicebat idem in ipſo libri huius principio, omneis in vniuerſum poëſeos ſpecies, τυγχάνειν οὔσας μιμήσεις τὸ σύνολον. Quae ſententia quum a Platone variis locis ſit tractata: idem tamen generalem appellationem aptauit ſpeciei, cum dramaticam poëſim nominauit, ſicut ante retulimus, διήγησιν διὰ μιμήσεως. Nam etſi imitantur omnes poëtae, expreſſior tamen eſt eorum imitatio, qui non rem geſtam referunt, verum quodammodo gerunt: dum diſſimulata perſona ſua alios introducunt, qui coram ſpectatoribus res

k) At πάντας habet et Dan. Heinſius in c III. p. m. 238 Ariſtotelis de poëtica libelli, ipſo ab Heinſio ſuis cum notis et interpretatione editi, ac doctiſſimo de Tragoediae conſtitutione libro ſubiuncti, Lugd. Batav. cIↃIↃCXLIII. in 12, qui tamen nullius difficultatis in notis meminit, quin nec locum tangit. CREN.

res ipſas agant. Hinc ortae huius poëſeos duae appellationes: *μιμητική* enim dicta eſt, propter imitationis praeſtantiam: et *δραματική*, propter actionem. DIOMEDES libro III. *l*). *Poëmatis genera ſunt tria: aut enim actiuum, vel imitatiuum, quod Graeci δραματικὸν, vel μιμητικὸν, aut enarratiuum vel enunciatiuum, quod Graeci ἐξηγητικὸν, vel ἀπαγγελτικὸν* *m*) *dicunt; aut commune vel mixtum, quod Graeci κοινὸν, vel μικτὸν appellant* *n*). Cur autem *δραματική* poeſis haec ſit dicta, et poëmata huius generis *δράματα* ſint appellata, luculento loco docuit Philoſophus: qui quum in ore ſit omnibus, nemo tamen adhuc, quod ſciam, grauiſſimarum mendarum lectores admonuit, quibus maculata ſunt ipſius verba. Quare non praetermittenda nobis eſt occaſio de tanto auctore bene merendi. Sic ille capite tertio: *ἐν τρισὶ δὴ ταύταις διαφοραῖς ἡ μίμησίς ἐστιν, ὡς εἴπομεν κατ᾽ ἀρχὰς ἐν οἷς τε, καὶ ἃ, καὶ ὥς· ὥστε, τῇ μὲν ὁ αὐτὸς ἂν εἴη μιμητὴς Ὁμήρῳ Σοφοκλῆς· μιμοῦνται γὰρ ἄμφω σπουδαίους· τῇ δὲ Ἀριστοφάνει: πράττοντας γὰρ μιμοῦνται, καὶ δρῶντας ἄμφω. ὅθεν καὶ δράματα καλεῖσθαί τινες αὐτά φασιν, ὅτι μιμοῦνται δρῶντας.* Quum in tribus poſita ſit imitatio, *rebus*, quae ſubiecti locum obtinent, (philoſo-

 phus

l) col. m. 479. edit. Hanouienſ. MDCV. *Cren.*

m) Male eſt in meo, *ἀναγγελτικόν*. *Cren.* Eadem eſt lectio edit. Colon. MDXXXVI. *Ram.*

n) Reliqua Diomedis verba, cum non parum praeſens inluſtrent negotium, operae addere duco pretium: *Δραματικὸν vel actiuum eſt, in quo perſonae agunt ſolae, ſine vlla poetae interlocutione, vt ſe habent tragicae et comicae fabulae. Quo genere ſcripta eſt prima βουκολικῶν, et ea, cuius initium eſt, Quo te Moeri pedes? Ἐξηγητικὸν eſt vel enarratiuum, in quo poeta ipſe loquitur, ſine perſonae vllius interlocutione: vt ſe habent tres Georgicae et prima pars quarti; item Lucretiana carmina, et cetera his ſimilia. Κοινὸν commune, vel μικτὸν mixtum eſt, in quo poeta ipſe loquitur, et perſonae loquentes introducuntur: vt eſt ſcripta Ilias et Odyſſea tota Homeri, et Aeneis Virgilii, et cetera his ſimilia.* CREN.

phus vocat ἃ:) *inſtrumentis*, ἐν οἷς, id eſt, per quae fit imitatio, et ὡς, ſiue *modo:* recte colligit *Ariſtoteles*, poſſe eundem poëtam pluribus diuerſi generis poëtis ratione aliqua ſimilem eſſe. Affert exemplum Sophoclis, qui ſubiecti ratione habita, Homero ſimilis; bonos enim ambo imitantur: at modum ſi ſpectes imitationis, cum Ariſtophane illi conuenit: *ambo enim*, inquit, *eos imitantur, qui agunt geruntque aliquid.* Ita quidem vulgata lectio: quam eſſe ineptiſſimam, clarum ex iis, quae ante diximus. Philoſophus heic certam notam indicare voluit, qua poëſis dramatica a ceteris diſtingueretur: quae profecto ea eſſe nequit, quam iſta ſcriptura exhibet: quandoquidem omnis poëſeos commune eſt, τὸ μιμεῖσθαι δρῶντας, vt iam probauimus. Quae igitur illa nota? Certo certius, ſcripſiſſe Philoſophum, πράττοντες γὰρ μιμοῦνται, καὶ δρῶντες ἄμφω [o]). Rationem ſuperius attulimus: quae quum maniſeſtiſſima eſt, mirari ſubit, tantae ἀτοπίας non veniſſe in mentem viris doctiſſimis, et acutiſſimis, qui elaboratiſſimos in eum libellum commentarios ediderunt. Vertendum autem, vt Philoſophi ratio exprimatur, *ambo enim agendo faciendoque imitantur* [p]): non *agentes facientesque*, quod propter τὸ ὁμόπτωτον quarti caſus cum primo, Graece imperitum fallet. Similiter corrupta ſunt, et quae ſequuntur: nam et ibi procul dubio legendum, ὅτι μιμοῦνται δρῶντες [q]), non δρῶντας: quod falſum eſſe et ineptum, ſimiles loci euincunt, quos praetermitto. Sic accipiendum in definitione tragoe-

o) Heinſius hunc locum ſua in editione p. m. 238. ita exhibet: πράττοντας γὰρ μιμοῦνται καὶ δρῶντες ἄμφω. Vt ita, quod ad δρῶντες attinet, forte habuerit codicem, qui ita legerit, et ſic Caſaubonus non primus hoc σφάλμα obſeruarit. Quia enim Caſauboni Heinſius non meminit, magni alias amici ſui, nec in notis aliquid ad hunc locum memorat, dubium non eſt, quin ſe res ita habeat, vt ſcripſi. CREN.

p) Heinſius vertit: *Agendo enim ac agentes imitantur.*

q) Et ita habet Heinſius.

tragoediae vocem δρώντων. Et inde πράττειν pro τραγῳδοποιεῖν, tragoediam componere, idem vſurpat: vt in illo ipſo capite ſexto: οὔκουν ὅπως τὰ ἤθη μιμήσωνται πράττουσιν, ἀλλὰ τὰ ἤθη συμπεριλαμβάνουσι διὰ τὰς πράξεις [r]). Quid ineptius vero lectione vulgata, quae δράματα vult dici ab imitatione δρώντων? Imo vero, vt ποιήματα appellantur, ἃ ποιεῖται, διδάγματα ἃ διδάσκεται, κόμματα ἃ κόπτεται: ſic omnino δράματα dicta ſunt, ἃ δρᾶται, vel quod idem eſt, ἃ δρῶντες μιμοῦνται; non ἃ μιμοῦνται δρῶντας. In hanc ſententiam ſcribunt γραμματικῶν παῖδες, appellata eſſe δράματα διὰ τὸ μιμηλῶς ἐν τῇ θυμέλῃ δρᾶσθαι. Ita Graeci. *Diomedes* quoque: *δράματα dicuntur tragica aut comica, παρὰ τὸ δρᾶν, id eſt, agere.* Latini δράματα vocarunt fabulas: qua de voce ibidem ſubiicit Diomedes: *Latine fabulae appellantur, ſiue factubulae* [s]): *in latinis enim fabulis plura ſunt cantica, quae canuntur. Vel a faciendo: nam et agi fabula, non referri ab actoribus dicitur.* Duo affert veriloquia iſtius vocis: prius, quo fabulam vult dici a fabulando, quaſi *fabubulam.* Ita enim corrigendum: et ſtatim pro *plura*, ſcribendum *pauca.* Falſiſſimum enim eſt, in latina fabula plura eſſe, aut multa cantica; quum fere in totum dramatica Latinorum choris caruerit et canticis. Adde, quod repugnat manifeſto ea lectio auctoris menti: qui *fabulari* et *canere*, quaſi

F 3 verba

r) Eandem lectionem reperio in Dan. Heinſii libro p. m. 248, niſi quod pro οὔκουν ſit οὐκ οὖν, poſt μιμήσωνται comma, et pro περιλαμβάνουσι, περιλαμβάνουσιν, nullâ fere differentiâ. CREN.

s) At in mea Hanouienſi, quam Helias Putſchius anno MDCV in 4to curauit, col. 488. eſt *fatibulae.* Voſſius lib. II. Inſtitut. Poetic. c. 2. § 1. p. 6. videtur habuiſſe exemplum Diomedis, quod legerit *factibula: Non deſunt*, inquit, *qui, vt Graecis eſt δρᾶμα ἀπὸ τοῦ δρᾷν, quod eſt* agere; *ſic Latinis a faciendo* fabulam *dici putarint. Nempe vt a Supino* factum, *ſit* factibula; *inde* fabula, *quod apud Diomedem legas.* Inde et corrigendum iſtud *fatibulae* in meo codice puto. CREN.

verba res contrarias ſignificantia ſeparat. A verbo autem facio *t*), ita formari vox *fabula* potuit, quaſi *facti-bula*, vt a verto *vertibula*, a flecto *flectibula*, a mando *mandibula*, et a peſte *peſtibula*, quod verbi extat in antiquis libris Codicis Iuſtinianei. Species dramaticae poëſeos nobiliſſimae ſunt Comoedia et Tragoedia: itaque apud Platonem, Ariſtotelem, aliasque auctores, locis quam plurimis omneis τῆς δραματικῆς ſpecies, quae multae ſunt, duobus hiſce nominibus comprehenduntur. Plerique Satyricam dramaticae tertiam ſpeciem numerant, vt Iſacius Tzetzes, aliique. Sunt, qui ſpecies illius in vtraque lingua quatuor faciant. DIOMEDES: *Poëmatos dramatici vel actiui genera ſunt quatuor; apud Graecos, tragica, comica, ſatyrica, mimica; apud Romanos praetextata, tabernaria, Attellana, planipes.* Ceterum partitionem hanc melius inſtituas, a contemplatione finis. Quod enim ſcribit Ariſtoteles in octauo de republica, vniuerſam muſicen ad tria eſſe vtilem, παιδείαν, κάθαρσιν, διαγωγὴν, *ad docendum*, *ad liberandum ab affectibus*, *ad oblectandum:* id in dramatica poëſi, quam ipſe nominat θεατρικὴν μουσικὴν, praecipue locum habet. Παιδείαν quidem adeo ſibi vindicant huius muſices poëtae, vt διδασκάλων appellationem et *docendi* verbum propria ſibi fecerint apud Graecos pariter ac Romanos: de quo multa obſeruabamus cognitu digna ad *Athenaeum* lib. VI. c. VII. Et ſaepe in Graecorum libris οἱ διδάσκοντες ſunt comici aut

t) At omnino fabula eſt a verbo *fari*, vt in V. de L. L. ait *Varro* p. m. 55. princip. edit. Dordrechtan. 1619. Nempe vt ab *exoratum*, *exorabulum*, a *mendicatum*, *mendicabulum*, ſic a *fatum*, *fabula* defluxit. Vel a φάω, vt pabulum a πάω, vnde *paſco*. A qua ſententia non longe recedunt, qui a *paſco* dicunt eſſe *paſcibulum*, inde *pabulum*, et a *fabulor* eſſe *fabulula*, inde *fabula*. Sed Voſſio in Etymologico p. m. 202. a. et lib. II. Inſtitut. Poet. c. 2. p. m. 6. *fabulor* eſt a *fabula*, hoc a *fando*, vt dixi CREN.

aut tragici *). Liberandi vero ab affectibus partim eamdem, partim diuerſam viam hi poëtae ſunt ingreſſi. In eo

*) Studiorum ea fuit quondam ratio, vt maxima eruditionis pars in dramaticorum poetarum, ac praeſertim comicorum, lectione et intelligentia poneretur. Inde puriorem Helleniſmum, inde notitiam eorum, quae in rep. erant geſta, inde vitam et mores primorum ciuitatis Athenienſium hauriebant. Itaque ad illuſtranda huius generis veterum ſcripta, certatim viri magni contenderunt iam inde ab incunabulis criticae profeſſionis, ſiue grammaticae, aut quocunque modo appellare volueris eam diſciplinam, quae rectam veterum ſcriptorum interpretationem profitetur. Attici ſcriptores διδασκάλους peculiari notione appellarunt poetas comicos et tragicos, (Harpocration addit dithyrambicos); et cum fabulas ſuas proferebant ſpectandas, διδάσκειν eos dicebant, ſicut etiam Latini *docere fabulam*. Qui vero productis in theatri coronam poëmatis de palma inuicem certabant, ἀντιδιδάσκαλοι nuncupabantur vel ἀντίτεχνοι. Hinc appellatae ſunt iſtae διδασκαλίαι, de quibus ſcripſit Caryſtius, cuius περὶ διδασκαλιῶν librum affert Athenaeus. Duplex autem huius vocis eſt ſenſus. Vel enim actionem ipſam fabulae ſignificat, vel ſcriptum, quo explicatur, vbi, quando, quoties et quo euentu fabula aliqua fuerit acta. Haec enim omnia plurimum valent ad rectam et plenam dramaticorum poetarum intelligentiam. Ideo non leuiter in hac parte doctiſſimi veterum fuere occupati, qui libros multos conſcripſerunt, quibus et ipſis nomen e re indidere Διδασκαλίαι, aut περὶ διδασκαλιῶν. Sudauerunt in eo argumento Ariſtoteles, Dicaearchus, Callimachus, Eratoſthenes, Ariſtarchus, Crates et alii multi, qui fabulas veterum poetarum ſunt interpretati. Neque latini Critici in recenſendis poetarum latinorum fabulis, ſuam deſiderari diligentiam paſſi ſunt, vt e Terentianarum comoediarum διδασκαλίαις, quae hodie extant, colligere licet. Conf. *Ionſium* de ſcript. hiſt. phil. l. 2. c. 5. §. 11. Praecipuam omnium, qui Didaſcalias ediderunt, curam in eo poſitam putat *Caſaubonus*, vt tempus inquirerent et deſignarent, quo fabularum ſuarum quamque Comici et Tragici docuerant. Quod ſi verum

eo conueniunt, quod τῇ καθάρσει τὴν διαγωγὴν, oblectationem cum medicina, miſcuerunt: diuerſitas in eo longe maxima, quod ad conciliandam in auditorum animis voluptatem, alii cum admiratione rei inexſpectatae commiſerationem, et lacrymarum irritationem adhibuerunt: eſt enim etiam lacrymarum naturalis quaedam homini voluptas: alii cum euentuum nouitate riſum et iocum miſcuerunt, quos propterea τοὺς τοῦ γέλωτος ποιητὰς Graeci dixere. Prioris generis eſt Tragoedia, quae, vt in eius definitione ponit Philoſophus, δι᾽ ἐλέου, καὶ φόβου περαίνει τὴν τῶν παθημάτων κάθαρσιν *). Poſterioris, Comoedia, quam Philoſophus, c. V. de poëtica, docet eſſe imitationem prauarum actionum; non quidem promiſcue, κατὰ πᾶσαν κακίαν, inquit, ſed earum ſolum, quae admixtum habent τὸ γελοῖον. Riſum enim comici ſectantur: verum moderate et certa lege

rum eſt, maior certe laus debetur Cel. *Leſſingio*, Ill. *de Sonnenfels*, Cl. *Schmidio*, Prof. Gieſſ. et aliis, qui in libris nuperrime editis non modo ſuum cuilibet fabulae pretium ſtatuerunt, ſed et actorum virtutes ac vitia ſub examen vocarunt. *Caſaub.* Animaduerſ. in Athen. p. 413. ſeq. *Ram.*

*) Verba Ariſtotelis ſunt: δι᾽ ἐλέου καὶ φόβου περαίνουσα τὴν τῶν τοιούτων παθημάτων κάθαρσιν. At παθήματα non ſunt animi perturbationes, quae πάθη ab Ariſtotele vocantur, ſed dolorum perpeſſiones, calamitates. Vt igitur Ariſtoteles de fine Tragoediae diſſerens, non ipſos affectus tolli cupiat, quod et iniquum foret et parum vtile, ne quid peius dicam; ſed potius ſignificet, ope commiſerationis atque timoris, τὰ τοιοῦτα παθήματα i. e. calamitates, miſericordiam commouentes timoremque incutientes, remoueri et ſeiungi a vita humana debere. Haec, ni fallor, *Moori* eſt ſententia, cuius elegans libellus *On the End of Tragedy according to Ariſtotle* prodiit Glasgouiae 1764. Diligenter etiam et erudite iſta Ariſtotelis verba illuſtrarunt *Leſſingius* in Dramaturg. Hamb. et *Curtius* in Diſſertatione ſubiuncta eius in Ariſtot. Poet. commentario. *Ram.*

ge y). Diſtat enim longe comoedia ab obſcoenitate et laſciua procacique imitatione mimorum: quorum comparatione imitatio comica iure *σπουδαία μίμησις* dici mereatur: comici poëtae, *μιμηταὶ σπȣδαῖοι*. *Vlpianus* ad Philippicae ſecundae illa, *μίμοι γελοίων· ἀναγκαῖον*, ait, *τὸ τῆς προσθήκης. ὀυχ ἅπασα γὰρ μίμησις γελοία τυγχάνει, ἀλλ' ἐςὶ καὶ σπουδαία. ἡ γὰρ τραγῳδία, μίμησίς ἐςιν ἠθῶν, καὶ παθῶν· καὶ ἡ κωμῳδία μίμησις, καὶ ὁι μῖμοι Σώφρονος* z). Mimorum autem apud veteres plures ideae

y) Neque tamen omnes in vniuerſum Comoediae riſum requirunt ſibique depoſcunt ita, vt remoto illo Comoedia eſſe deſinat. Habemus enim et *Comoediam*, quam vocant, *flebilem* ſ. *commouentem*, quae qualis ſit, plurima docent de la Chauſſei, Gellerti aliorumque dramata. Scilicet in eo verſatur, non vt incitatiores animi motus, qui ad Tragoediam pertinent, cieat, ſed vt dulci amantium dolore, tenerrimique affectus deſiderio impleat mentem. Quod quidem Comoediae genus licet veteres ignoraſſe videantur; (videantur inquam; Alcaeus enim Comoedo-tragoediam ſcripſiſſe dicitur ab Harpocratione in Ἀδδηφάγȣς,) nihil tamen eſt, cur non admittendum cenſeamus. *Ram.*

z) i. e. *Neceſſarium*, *quod additur*. (Nam non ſimpliciter mimi, ſed mimi *ridiculi* dicitur.) *Nec enim omnis imitatio eſt ridicula; ſed eſt quoque ſeria. Quippe et tragoedia eſt imitatio morum et affectuum; et comoedia imitatio eſt, et mimi Sophronis.* Quae verba, quid aliud docent, quam fuiſſe mimum ſermonis cuiuslibet motusque ſine reuerentia, vel factorum turpium cum laſciuia, imitationem? Ita *Diomedes* lib. III. rem definit, et eodem fere modo *Scaliger* Poët. lib. I. c. X. Nec eo ſolum differebant mimi, quod alii tractarent *παίγνια*, *ludicra*, alii *ὑποθέσεις*, *argumenta*; ſed et varia eorum nomina erant. A Lacedaemoniis vocabantur *δικηλιςάι*; cumque maxima eſſet Laconum frugalitas, ludus hic apud eos non magni erat laboris, ſed populari ſolum et parum exquiſito ſermone nunc imitabatur hortorum furem, nunc medicum peregrinum, praecepta aegris dantem; vt ex Soſibio refert *Athenaeus* Deipnoſ. lib. XIV.

ideae fuere in vſu: breuiores quidam, licentiâ dictorum, ſiue dicteriorum, et ſcurrilitatis impudentiâ bonis omnibus odioſi: alii prolixiores, et ad naturam comoediae propius accedentes. Illos vocabant παίγνια: hos, ὑποθέσεις et dramata. PLVTARCHVS, Sympoſiacorum libro VII. probl. VIII. μίμοι τινές εἰσιν, ὧν τοὺς μὲν ὑποθέσεις, τοὺς δὲ παίγνια καλοῦσιν· ἁρμόζειν a) δ' οὐδέτερον οἶμαι συμποσίῳ γένος· τὰς μὲν ὑποθέσεις διὰ τὰ μήκη τῶν δραμάτων, καὶ τὸ δυσχορήγητον. τὰ δὲ παίγνια, ὅτι πολλῆς γέμει βωμολοχίας καὶ σπερμολογίας. Idem eruditiſſimus ſcriptor in libro, quo terreſtria et aquatilia animalia comparantur, mimo tribuit πλοκὴν δραματικὴν, καὶ πολυπρόσωπον *). Quo ex loco apparet, mimorum tantam fuiſſe vtilitatem, vt ad agendum mimum canes hiſtrionicam doctos interdum adhibere non erubuerint planipedes. Inter duo haec dramaticae poëſeos genera, tragoediam et comoediam, SATYRICA fuit, neque huic, neque

XIV. p. m. 621. Ab aliis Graecorum dicti ſunt mimi lyſiodi, autocabdali, magodi etc. Autocabdali hedera coronati incedebant, et nomen exinde habent, quod non praemeditata effunderent, ad riſum captandum. Lyſiodi veſte vtebantur virili, magodi autem muliebri. *Athenaeus* lib. XIV. p. m. 621. *Magodus vtitur et cymbalis et tympanis, veſtitu muliebri toto, laſciuiens et molliter faciens omnia, nunc foeminae perſonam agens, nunc lenonis, nunc adulteri, nunc temulenti, qui commeſſatum ad amicam it.* Plura ibidem et apud *Voſſium* Inſtitut. Poetic. lib. II. c. 30. ſeqq. quem neſcio, an ſuperarit *Nicolaus Calliachius*, cuius *de ludis ſcenicis mimorum et pantomimorum* ſyntagma edidit *Marcus Antonius Maderus*, Patauii MDCCXIII. in 4. *Ram.*

a) Mea Pariſina MDCXXIV. p. m. 712. E. habet ἁρμόζει et οἶμαι in parentheſi; non vero poſt γένος punctum. Verſio latina talis adpoſita eſt; *Mimorum alii argumenta, alii ludicra adpellantur. Neutrum, vt ego arbitror, genus conuiuio conueniens; argumenta ob longitudinem actionum et ſumptuum difficultatem; ludicra, quod ſcatent ſcurrilitate et inanitate verborum.* CREN.

*) i. e. *fabulam perplexam et multis conſtantem perſonis.*

neque illi per omnia ſimilis; ſed vtriusque naturam proprio modo quodam participans. Poſtea enim quam perfecta fuit tandem tragoedia, conuenientem illam ſibi maieſtatem conſecuta, cuius gratia dicitur philoſopho *ἀποσεμνωθῆναι* [b]), Satyris excluſis, et laſciuia priore mutata: coepere tragicae aſperitatis et moeſti ſupercilii diuerticula quaeri a ſpectatoribus: quorum deſideriis vt ſatisfacerent tragoediarum poëtae, reuocatis Satyris, quos tragoedia excluſerat, vetuſtiſſimum inuentum Satyrici chori in ſcena laſciuientis, noua facie induerunt, et ad ſimilitudinem tragicae fabulae SATYRICAM concinnare inſtituerunt. DIOMEDES libr. III. *Satyrica eſt apud Graecos fabula, in qua item tragici poëtae, non reges aut heroas, ſed Satyros induxerunt, ludendi cauſa iocandique* [c]), *vt ſimul ſpectator inter res tragicas ſeriasque, Satyrorum quoque iocis et luſibus delectaretur, vt et* HORATIVS [*]) *ſentit his verſibus: Carmine qui tragico vilem certauit ob hircum, Mox etiam agreſteis Satyros nudauit, et aſper Incolumi grauitate iocum tentauit: eo quod Illecebris erat et grata nouitate morandus Spectator.* Eadem pene verba apud *Marium Victorinum* de metris, libro II. [d]). Nihil mirum igitur, appellatione tragoediae Satyricam non raro intelligi: quippe quae non ſolum inuenta fuerat a tragicis poetis, ſed etiam tragicarum fabularum comes

b) *Ariſtot.* de Poet. c. 4. Maieſtas illa et magnitudo Tragoediae, ab exiguis fabulis et ſermone ad riſum compoſito profecta, quia ex Satyrico hanc commutationem acceperat, ſero conſecuta eſt ſplendorem ſuum, ὀψὲ ἀπεσεμνώθη Nec definiri poteſt, quo tandem tempore antiquum illud drama ſatyricum laſciuum et mordax, a tragoedia ſeparatum fuerit. Certe Sophoclis et Euripidis aetate iam factum fuiſſe, res eſt, extra omnem dubitationis aleam poſita. *Ram.*

c) In citata mea editione Putſchiana eſt: *iocandique ſimul, vt ſpectator* etc. CREN.

*) in Arte Poet. v. 220. ſeq.

d) col. m. 2527. edition. Hanov. MDCV. in 4to, quam Helias Putſchius curauit. CREN.

comes ſemper et quaſi ἐφόλκιον fuit, atque adeo quaſi ſpecies quaedam tragoediae. DIODORVS SICVLVS, libro IV. καὶ Σατύρους δὲ φασὶν αὐτὸν (Bacchum) περιάγεσθαι· καὶ τούτους ἐν ταῖς ὀρχήσεσι, καὶ ταῖς τραγωδίαις τέρψιν, καὶ πολλὴν ἡδονὴν παρέχεσθαι τῷ θεῷ. Niſi τραγωδίας dictionem heic accipias veteri illa notione, de qua primo capite diximus, neceſſario de Satyrica intelligere debes: nam vera tragoedia Satyrorum genus omne aſpernatur. Ita omnino accipi debet vox *tragoedia* in illo Horatii verſu 231. ex Arte:

Effutire leues, indigna tragoedia verſus.

Ἀναξία ἡ τραγωδία φλυαρεῖν, hoc eſt, οὐκ ἄξιον ἐν τραγωδίᾳ καὶ σατυρικῇ φλυακογραφεῖν *e*). Nam et quae praecedunt, et quae ſequuntur, ad Satyrica dramata pertinent. Graecorum imitatione ita locutus, qui, vt antea diximus, tragoediae appellatione paſſim etiam Satyricam intelligunt, et poëtas Satyrorum dramatum raro aliter, quam τραγικοὺς ποιητὰς, nominant. Affinitatem ſane,

e) Placet hic ὡς ἐν παρόδῳ docere, quid ſit φλυακογραφία, ſcriptio iocoſa et ludicra, quam et Ἱλαροτραγῳδίαν vocat *Suidas* de Rhintone dicens. Sunt quidem, qui ἱλαροτραγῳδίαν ſimilem fuiſſe dicant ei fabularum generi, quod Tragico-comoedia hodie appellatur; at vehementer errare et decipi, quotquot ſic interpretantur, ſatis apparet ex iis, quae habet *Gisbertus Cuperus* Obſeruat. lib. I. c. 10. Is enim Hilaro-tragoediam neque cantatam olim, neque ſaltatam fuiſſe, adeoque in dramatum numero plane non habendam docet, ſed cum iis confert verſibus, quos Galli *Vers burlesques* vocant, quando ſeria et magnifica in ludum iocumque vertuntur. Ex eo genere eſt *Scarronii* Virgile traueſtu, qualem etiam nuperrime exhibere coepit Cl. *Michaelis*, heu! praematura morte nobis ereptus. Hilarotragoediae auctorem *Suidas* Rhintonem facit, Poetam Tarentinum, in quem Noſſidis extat epigramma in tertio ἀνθολογίας tit: in viros non illuſtres. Habet illud et *Voſſius* Inſtitut. Poet. lib. II. p. m. 107, qui, ſi rem ſpectes, hilarotragoediae appellationem dramati ſatyrico tribuere non dubitat. *Ram.*

ſane, quam habet Satyrica cum tragico cothurno, arguit etiam perſonarum, quas introducit, qualitas: quae vel plane eaedem ſunt, (chorum ſemper excipimus) ex quibus componi ſolitae tragoediae, vt capite ſequente ſumus dicturi, vel etiam maioris dignationis, admirationis et τερατείας, vt Centauri, Cyclopes, et e diis etiam aliqui non nunquam. Hoc autem a comoediae ſocco alieniſſimum: quae definita eſt a ſapientibus, ἰδιωτικῶν καὶ πολιτικῶν πραγμάτων ἀκίνδυνος περιοχή, *priuatae ciuilisque fortunae ſine periculo comprehenſio.* Migrant enim communem legem ſui carminis et Ariſtophanes et Plautus, cum Deos, heroas, reges in dramata ſua admittunt, etſi, factitaſſe idem alios e Graecis comicis, ad *Athenaeum* obſeruabamus *f*). Sunt et plura alia Satyricae communia cum tragoedia: de cuius proprietatibus, et partibus cum qualitatis, tum quantitatis, quae ſcribuntur a ſubtiliſſimo Philoſopho, pleraque omnia, exceptis nonnullis, etiam in hac locum habere, palam facient, quae de Euripidis Cyclope, fabula Satyrica, capite libri huius ſexto dicturi ſumus. Graeci critici hoc differre Satyricam a Tragoedia ſcribunt, quod haec triſtia ſolum et planctus contineat; illa planctus hilaritate quadam temperet; ac fere cum ſit initio triſtis et impedita, in gaudium tandem deſinit. ISAACIVS TZETZES: διαφέρουσι πρὸς ἀλλήλους ἡ τραγῳδία, καὶ οἱ Σάτυροι, ὅτι ἡ μὲν τραγῳδία θρήνους μόνον ἔχει, καὶ οἰμωγάς· ἡ δὲ Σατυρικὴ συγκιρνᾷ ταῖς ὀλοφύρσεσιν ἱλαρότητα, καὶ ἀπὸ δακρύων εἰς χαρὰν καταντᾷν εἴωθε. DEMETRIVS PHALEREVS Satyricam appellat παίζουσαν τραγῳδίαν, *tragoediam* quidem, ſed *ludentem*: quum a vera tragoedia ſales et riſus penitus exulent. ORIGENES contra Celſum, tomo VII. de

f) *Animaduerſ. in Athen.* lib. VII. c. 23. p. m. 568. Certum eſt, plurimos antiquorum comicorum tragicis argumentis comicos ſoccos aptaſſe. Quid τραγικώτερον Oreſte? Hoc tamen titulo fabulam docuerat Alexis comicus. *Ram.*

de tragoediarum et Satyricarum poëtis vel hiſtrionibus: οἱ ἐπὶ τῆς σκηνῆς, καὶ τῆς ὀρχήστρας τοῦ τυχόντος ἄθλου ἕνεκεν ἀγωνιζόμενοι· καὶ ὅπου μὲν λύπας καὶ οἴκτους τοῖς θεαταῖς ἐμποιοῦντες. ὅπου δ' ἀσέμνους γέλωτας. τοῦτον γάρ τι βούλεται τὰ σατυρικὰ δράματα g). Propter riſum igitur ac iocos et laſciuiam merito Satyrica comoediae propior, quam tragoediae vulgo habita. Quamobrem Latini cum Graecorum Satyricis non alias componunt fabulas, quam Attellanas, vt libro ſequente dicetur. Et doctiſſimus vir ATHENAEVS fabulas a Sulla compoſitas, quae vel Attellanae fuerunt, vel tabernariae, aut certe mimi quidam, appellat σατυρικὰς κωμῳδίας, libro ſexto h). Inde etiam eſt, quod σατυρίζειν et κωμῳδεῖν, vt cognatae notionis voces, ab optimis ſcriptoribus pro eodem vſurpantur. CLEMENS ALEXANDRINVS in Protreptico: σκηνὴν πεποιήκατε τὸν οὐρανὸν, καὶ τὸ θεῖον ὑμῖν δρᾶμα γεγένηται· καὶ τὸ ἅγιον προσωπείοις δαιμόνων κεκωμῳδήκατε, τὴν ἀληθῆ θεοσέβειαν δεισιδαιμονίᾳ σατυρίσαντες. Pro traducere et in argumentum contumelioſi riſus vertere, vtrumque verbum poſuit. Sic etiam pro inhoneſto ac turpi σατυρικὸς, aut κωμικὸς dicunt Graeci, quum contra iisdem τραγικὸς idem ſit, atque honeſtus et grauis i). PLVTARCHVS de diſcrimine

g) h. e. *qui in ſcena et orcheſtra certaminis forte ſuſcepti cauſſa pugnant, nunc quidem triſtitia et lamentis afficiunt ſpectatores, nunc vero indecentes riſus mouent. Tale quid enim requirunt ſatyrica dramata.*

h) Verba Athenaei affert Noſter infrà lib. II de ſat. Rom. c. 4. *Ram.*

i) Latini, vt in plerisque, ſic et in hoc imitati ſunt Graecos. *Tragicum* enim vocant, quod eſt grande, ſublime, et ad animos permouendos aptum; *comicum* vero, quod a grauitate alienum, ac tenue. *Cicero* de claris orat. c. II *Hanc enim mortem rhetorice et* tragice *ornare potuerunt*, i. e. grauiter, ſublate et verbis magnificis, qualia eſſe ſolent tragicorum. Idem l. c. c. 55 *Fuit enim Sulpicius vel maxime omnium, quos quidem ego audiuerim,*

ne adulatoris et amici: *καὶ ὅλως*, inquit, de vero amico, *τραγικός ἐστιν, οὐ σατυρικὸς φιλίας ὑποκριτὴς, οὐδὲ κωμικός.* Idem in vita Galbae: *τὰς δὲ δωρεὰς, ἃς Νέρων ἔδωκεν, ἀνηλώκεσαν οἱ πλεῖστοι τῶν λαβόντων, ἐφήμεροι, καὶ σατυρικοὶ τοῖς βίοις ἄνθρωποι* k). At in Catone Cenſorio eiusdem, quo loco dicitur Socrates *σατυρικὸς καὶ ὑβριστὴς*, longe aliter ea vox intelligenda. Reſpicit enim ibi ad Platonis locum, quem ſuperius p. 50. attigimus, cum de Satyrorum ingenio loqueremur. Proprium carminis huius ante omnia fuit, quod ſemper e Satyris chorus conſtabat, qui in tragoediis pro argumenti diuerſitate variabatur l). Perſonae etiam pleraeque vt plurimum ridiculae, etſi non omnes: velut in Euripidea Cyclope Vlyſſes. DIOMEDES: *In ſatyrica fere Satyrorum perſonae inducuntur, aut ſi quae ſunt ridiculae, ſimiles Satyris, Autolycus, Burris.* Fortaſſe ſcribendum, *Buſi-*

rim, grandis, et, vt ita dicam tragicus *orator.* Conf. et *Cic.* de Oratore lib. 3. c. 8. *Seneca* Epiſt. 100. E Graecis cito *Demoſthenem*, qui in oratione pro Cteſiphonte Aeſchinem vocat *πίθηκον τραγικὸν*, *tragicam ſimiam*, quia dictis ſplendidis, ipſe nequiſſimus, probum ac grauem virum ſimulabat; niſi magis placeat *Suidae* explicatio Tom. III. edit. Cantabrig. p. 495. Ac neſcio, annon referri huc poſſint *Ariſtophanis* verba in Πενίᾳ:

Βλέπει γέ τοι μανικόν τι, καὶ τραγῳδικόν.

i. e. *furiale quiddam cernit ac tragicum.* Quadrant enim haec tum in faſtuoſos, tum in triſtes ac luctuoſos. *Ram.*

k) *Dona a Nerone data conſumſerunt plerique, qui acceperant, vtpote homines in diem viuentes et ſatyrici* i. e. turpes *victu.*

l) De chori ſatyrici, tragici et comici natura copioſe diſſerit *Voſſius* Inſtitut. Poet. lib. II. p 25. ſeqq. 82. 96. Satyrica ſolo quondam choro conſtitit, ita vt ὑποκριτὰς ſ. hiſtriones non haberet. *Athenaeus* enim Deipnoſoph. lib. XIV. Συνέστηκε, inquit, καὶ σατυρικὴ πᾶσα ποίησις τὸ παλαιὸν ἐκ χορῶν, ὡς καὶ ἡ τότε τραγῳδία· διόπερ οὐδὲ ὑποκριτὰς εἶχον De perſonis ſatyricis fuſius diſputat Noſter cap. IV. *Ram.*

Buſiris. Nam Burris iſte ex Graecorum poetis mihi non eſt notus [m]). Lectionem vero, quam reſtituimus, etiam in optimo Codice Puteano poſtea inuenimus. Propria etiam Satyricae videtur fuiſſe fabulae ſimplicitas et breuitas: quum contra in tragoediis neceſſariam eſſe magnitudinem, tot locis repetat ARISTOTELES. Id nempe fuit tragicorum poëtarum ἔργον: at ſatyrica dramata velut pictorum parerga. Tragoediam Philoſophus laudat c. XIV. de Poëtica, quae argumento conſtat non ſimplici, ſed implicito: vult enim eſſe τὴν τȣ̃ μύθȣ σύστασιν ȣ̓χ ἁπλὴν, ἀλλὰ πεπλεγμένην: quae locum facile praebet περιπετείᾳ τε καὶ ἀναγνωρισμῷ [n]). Magnae nimirum laudi poëtae adſcriptum, ſi fabulam, quae tragoediae anima, ſic contexeret, vt longe quaeſitis epiſodiis opus non eſſet. Quando enim ex ipſa fabulae conſtitutione caſus inſignes prodibant, et agnitiones inſperatae, creſcente epiſodiorum numero ſimul tragoedia creſcebat, quae populo Athenienſium, otio et ignauiae aſſueto, eo gratior erat, quo longior. At in Satyricis πλοκή tanta non fuit: ſed ἄνευ περιπετείας, καὶ ἀναγνωρισμȣ̃ ἁπλῆ μετάβασις. Certum eius rei indicium facit nobis EVRIPIDIS Cyclops, qui eam ob cauſam vix ſeptingentorum eſt verſuum, quum pleraeque veterum tragoediae altero tanto ſint longiores: quaedam etiam a verſuum numero cIↃ IↃ ccc. non

m) Si ſequentia, quae primus ex Addendis textui inſero, legiſſet *Voſſius*, forte lib. II. Inſtit. Poeticar. c. XIX. §. 10. p. m. 97. non ſcripſiſſet: *Pro* Burris *Caſaubonus malit* Buſiris. *Sed non fuerit ea perſona ridicula. Quare cenſeo, fuiſſe id* Burri *nomen in dramate aliquo deperdito.* Burrus *a* πυῤῥὸς, *unde et Terentii* Byrrhia. Quae Voſſius. CREN.

n) Περιπέτεια eſt eorum, quae aguntur, commutatio in contrarium, ſiue ea ſecunda ſit, ſiue aduerſa; velut, ſi quis ex infelici ſtatu pertingat ad felicem, vel ex felici ad infelicem deuoluatur. Ἀναγνωρισμὸς eſt vnius, pluriumue perſonarum poſt longi temporis ignorantiam cognitio. Vid. *Voſſii* Inſtitut. Poet. l. 1. p. 47 ſeq. *Ram.*

non procul abſint. Propria quoque Satyricae fuit ſua quaedam dictio ac dicacitas; qua de re quum nulla exſtent apud Ariſtotelem praecepta, HORATIVS contra in Arte hanc partem diligentiſſime eſt exſecutus. Elocutionis purae, ſed negligentius cultae, ita meminit v. 234.

Non ego inornata et dominantia nomina ſolum
Verbaque, Piſones, Satyrorum ſcriptor amabo.

De charactere inter tragicum et comicum medio, ſic v. 236.

Nec ſic enitar tragico differre colori,
Vt nihil interſit, Dauusne loquatur, et audax
Pythias, emuncto lucrata Simone talentum,
An cuſtos famulusque dei Silenus alumni.

Etiam de genere dicacitatis et modo in hac parte ſeruando, ne ad vilitatem comoediae tabernariae accedatur, aut obſcoenitatem mimicam, multa prudenter ibidem praecipiuntur: quae inde petantur *). Hoc amplius habuit Satyrice et genera quaedam verſuum ſibi propriorum, non ſecus ac tragoedia et comoedia. Satyricorum autem metrorum hic fuit character, vt tragicis remiſſiora, comicis aſtrictiora, inter horum ſolutam licentiam et illorum obſeruationem exactam, medium ſeruarent. Sic differt iambi-

*) Romani dicacitatis huius imaginem habuerunt in triumphis ſuis; cum quidam, Satyrorum et Silenorum more amicti, currum proſequerentur, multaque iocülariter iactarent in imperatorem. Ex eo genere ſunt illa in Iulii Caeſaris triumpho Gallico apud *Sueton.* c. 49. et 51.

Galliam Caeſar ſubegit, Nicomedes Caeſarem.
Ecce Caeſar nunc triumphat, qui ſubegit Galliam:
Nicomedes non triumphat, qui ſubegit Caeſarem.

Item hoc:

Vrbani, ſeruate vxores, moechum caluum adducimus.
Aurum in Gallia effutuiſti, hic ſumſiſti mutuum. — *Ram.*

Caſaub. G

iambicus, qui dicitur ſatyricus, a tragico et comico. Graeci metrici: ἴδιον σατυρικοῦ ἰαμβικοῦ τὸ μέσον εἶναι τραγικοῦ καὶ κωμικοῦ· ἤγουν δέχεσθαι καὶ τοὺς τρισυλλάβους (plures intellige in vno verſu: quod aegre in tragico iambico licitum in vna ſede): μὴ κατακόρως δὲ ἴσον,

Ἠδ᾽ ἄγκος ὑψικρημνον ὄρεσι περίδρομον.

At in comico iambico vel ſaepiſſime pedes triſyllabi admiſſi: comici enim, vt ait *Hephaeſtion*, οὐ λίαν ἀντιποιοῦνται τῆς συμμετρίας: cuius rei cauſſam affert certiſſimam. Eadem ratio eſt aliorum verſuum, qui ab auctoribus τῆς μετρικῆς Satyrici nominantur, vt eſt trochaicus tetrameter ſatyricus: de quo MARIVS VICTORINVS, libro II, in cuius libri fine notanda haec verba: *Exemplum proceleusmatici dimetri catalectici, vt, Agite iuuenes. Hoc metro veteres Satyricos choros modulabantur: quod Graece εἰσόδιον, ab ingreſſu chori ſatyrici appellabant: metrumque ipſum εἰσόδιον dixerunt.* Eſt et aliud metrum ſatyricum, alio nomine Priapeium dictum: de quo etiam VICTORINVS multa libro IV. p). Poſtremo illud Satyricae proprium, quod non per ſe docebatur, ſed vel interiiciebatur tragicis fabulis, vel easdem ſequebatur. Fuiſſe aliquando interiectam, ſuadet locus DIOMEDIS ante allatus. MARIVS VICTORINVS, libro II. de iambico metro: *Haec apud Graecos metri ſpecies frequens,*

p) Adde *Voſſii* Inſtitut. Poeticar. lib. II. p. 101. 171. et *Marium Plotium*, cuius *de metris* liber extat in *Putſchii* Opere grammatico. Vſi autem ſunt ſatyricorum dramatum ſcriptores verſu iambico, vtpote ad conuicia et dicteria inde ab antiquiſſimis temporibus adhibito. *Proclus*: Τὸν ἴαμβον τάττεσθαι ἐπὶ λοιδορίας τὸ παλαιόν. Cuius metri inuentorem *Archilochum* qui faciunt, eo Horatii verſu permoti,

Archilochum proprio *rabies armauit iambo,*

vehementer errare videntur, nec obſeruant, iambum multo ante inuentum fuiſſe, atque adeo in Margite, *Homeri* adhibitum, vt *Ariſtoteles* docet Poët. c. 4. *Ram.*

quens eſt, ſub hac conditionis lege, vt non heroas aut reges, ſed ſatyros inducat ludendi iocandique cauſſa, quo ſpectatoris animus inter triſtes res tragicas Satyrorum iocis et luſibus relaxetur. Notabis eadem verba tam apud Diomedem, quam apud hunc, *inter res tragicas*: vnde colligimus, fuiſſe aliquando pluribus tragicis dramatis interiectas Satyricas fabulas. Quod autem mos obtinuerit, vt iisdem ſubiicerentur, certa res eſt. Idque videtur non obſcure HORATIVS ſignificare, cum de ſatyricis ſalibus praecipiens, his verbis vtitur, v. 227.

Ne quicumque Deus, quicumque adhibebitur heros,
Regali conſpectus in auro nuper et oſtro,
Migret in obſcenas humili ſermone tabernas.

Graecorum morem tangit heic poëta, Neoptolemum Parianum, vt puto, ſecutus q), ex quo multa in artem ſuam transtulit. Mos autem tragicorum Graecorum fuit Athenis, vt modo ſingulas committerent fabulas, modo plures. Vnde *τριλογίαι* et *τετραλογίαι τραγικῶν δραμάτων* ſunt appellatae: ſemper autem poſtrema fabula ſatyrica fuit. Qua de re plura inferius erunt dicenda. Oſtendimus Satyricae poëſeos quodnam genus eſſet, eiusdemque praecipuas differentias *εἰδοποιοὺς*, ac proprietates, ſaltem *ὡς τύπῳ*, recenſuimus. Quare ex iis, quae

 dicta

q) Dudum haec eruditis hominibus ſententia ſtetit, hauſiſſe Horatium, cum Artem Poeticam conderet, ex *Ariſtotelis*, *Neoptolemi*, *Demetrii*, *Critonis*, et quorum non? fontibus, indeque praecepta ſumſiſſe, quibus pectus ſuum quaſi irrigaret. Sed exploſit hanc ſententiam, *Dacierio* prae ceteris gratam, nec *Caſaubono* diſplicentem, *Hurdius* p. IV. Praef. ad tom. I. libri ſupra iam citati: *Horazens Epiſteln an die Piſonen und an den Auguſtus* etc. Lipſ. 1772. Caſaubono fauet *Porphyrion*, qui, neſcio quibus argumentis nixus, de Horatii A. P. ita: *In quem librum coniecit praecepta Neoptolemi de arte poetica, non quidem omnia, ſed eminentiſſima.* *Ram.*

dicta [r]) ſunt, definitionem huiuſmodi colligimus: SATYRICA eſt poëma dramaticum, tragoediae adnexum, chorum e Satyris habens, perſonarum illuſtrium actionem notabilem, partim ſeriam, partim iocoſam exprimens, ſtilo hilari, exitu plerumque laeto. Breuius ita non male definias: *μίμησις διὰ σατύρων πράξεως σπουδογελοίας, ἐν μέτρῳ καὶ λόγῳ ἱλαρωδεστέρῳ.* Diximus, *tragoediae adnexum*: quia de veteri Attica Satyrica heic loquimur, neque poſteriorum moramur inuenta, ſi qui Satyricas a tragicis fabulis ſepararunt: qua de re ſuo loco inferius. *Actio* vero, non *actiones*: quoniam vna fabula vnam actionem continet *τελείαν καὶ ὅλην*, ait Philoſophus: peſſimae enim ſunt *αἱ ἐπεισοδιώδεις*: quod multis rationibus idem demonſtrat. *διὰ σατύρων* eſt, ſatyris interuenientibus: neque enim ſoli illi ſatyricum drama conſtituunt. Eſt vero eorum mentio in hac definitione neceſſaria: vt a tragico-comoedia, et Rinthonis phlyacographia, quae fuit alia tragoediae *παρέκβασις*, et *εἰς τὸ γελοῖον μεταῤῥύθμισις* [s]), haec poëſis ſeparetur. Vide amplius, quae ad Cyclopem Euripidis obſeruamus.

CAPVT

r) Recte! Eſt enim haec definitio Satyricae veteris, vt bene poſtea addit Noſter, non illius recentioris, quae adnexa non erat tragoediae, ſed per ſe docebatur. Cum vero diſpliceret haec conuitiandi libido: deſiit per ſe doceri, tragoediaeque vel inſeri, vel ſubiici coepit, vt eius ſeueritatem ſalibus ſuis temperaret, atque ita ſpectatores, atrocitate rerum triſtes, iocis ſatyricis exhilararet. Nempe vti olim itali hiſtriones, ad recreandos ſpectantium animos, tragoediae cuiusque actibus ſingulis ſubiecerunt bucolica quaedam, quae *Paſtoricias* ipſi adpellarunt: ſic antiqui eandem ob cauſſam tragoediarum actibus ſingulis Satyricam poeſin ſubdebant. Tandem placuit, quo laſciuia omnis ac ſales, et ioci abeſſent ab Orcheſtra, ſatyricum drama plane e tragoedia omittere. Confer *Voſſii* lib. II. Inſtit. poetic. c. XIX. §. 4. p. m. 94. CREN.

s) Tragoediae *digreſſio et ad ridiculum accommodatio* ſ. transmutatio. *Μεταῤῥυθμίζειν* dicitur et de ſtatuis in aliam

faciem

CAPVT IV.

ARGVMENTVM.

De nonnullis, quae SATYRICAE extrinſecus accidunt. Artes ſubſidiariae poeſeos dramaticae. Partes dramatices, ὄψεως κόσμος et μελοποιΐα. De perſonis Satyricis et earum ornamentis. Locus *Pollucis* illuſtratus. Πάππος, παππίδιον, παπποσάληνος. Ἰξάνη, ἰσύλη, ἰξαλῆ. Locus *Hippocratis* iam olim διττογραφούμενος. Φόβαι ὀρθότριχες in capitibus Satyrorum. Παρδαλῆ ὑφασμένη. Θύρσιον Διονυσιακόν. Χλανὶς ἀνθινὴ Satyrorum. Χορταῖοι χιτῶνες Silenorum. Apparatus ſcenae ſatyricae. De ſaltatione ſatyrica. Σόβοι, σόβαι in manibus Satyrorum. Σοβάς. Κονίσαλος. Σίκιννις. Σικιννισταί. *Athenaei* et *Plutarchi* loci emendati. Pyladis et Bathylli ſaltatio. Ὑπόρχημα διατίθεσθαι. Κῶμος, et de eo obiter nonnulla.

Poëſeos illius, quae vulgo dramatica dicitur, Philoſopho μιμητικὴ ἐν τῷ πράττειν, proprium eſt, vt praeter poëtae induſtriam, aliorum artificum operam deſideret. Vt enim medici artem quondam ſimplicem atque vnicam, poſtea in plures diuiſerunt, manuum miniſterio aliis demandato: ſic poëtae huius generis, cum ini-

 tio

faciem mutatis, vt alium, quam antea, referant. V. *Caſaubonus* ad Suetonii Tiber. c. 78. De *Phlyacographia* paullo ante not. e. diximus. Nomen ſine dubio habet a Rhintone, qui ideo φλύαξ dictus eſt, quod *Heſychius* exponit γελοιαστής, i. e. *iocator* vel *iocoſus*. De Tragicomoedia, quam nominat Plautus in Amphitruone, iocum, vt videtur, captaturus, iungendo nomina duorum poëmatum eo modo, quo iunxerat perſonas tragicas et comicas, de hac igitur Tragico-comoedia multa *Cuperus* Obſeruationum nuperrime a Cl. *Schmidio* editarum lib. I. c. 10. pag. 72. vbi et haec leguntur: „Veteres quidem illud nomen ignoraſſe, nec aliter „talia δράματα quam *Comoedias* vocaſſe, probant Cice„ro, Quintilianus, et maxime Varro, qui librum ſcri„pſit de Comoediis Plautinis, vt teſtis *Gellius* lib. III. c. 3. *Ram.*

tio inſtruerent agerentque ipſi ſuas fabulas †), poſtea aliorum opera vti coeperunt, cum in inſtruendis perſonis ac ſpectaculis, tum in fabulis ipſis agendis. Quare etſi vere ſcribit Philoſophus, conſtare dramati tragico rationem, nec minus drama eſſe, cum legitur ἄνευ ἀγῶνος καὶ ὑποκριτῶν: quia tamen ideo componuntur fabulae, vt agantur; non dubitauit idem, inter tragoediarum partes, qualitates etiam illas recenſere, quae proprie ad poëtam non pertinent, ſed ad arteis alias, ipſius miniſtras. Eiusmodi partes ſunt, ὄψεως κόσμος, apparatus et ornamenta; quod ad artem τοῦ σκευοποιοῦ ſpectat: et μελοποιΐα, quae ad τὴν ὑποκριτικήν. Illa perſonas concinnat et locum parat: altera, quae hiſtrionica eſt, paratis a poëta et mechanico vtitur, fabulam docens: in quo praeter ſermonem, cantus, harmonia et ſaltatio verſantur: quae omnia μελοποιΐας appellatione eo loci complecti placuit Philoſopho. Quum igitur naturam Satyricae priore capite per illa oſtenderimus: quae propius ipſam contingunt, et ad poëtae partes proprie pertinent: nunc de iſtis, quae extrinſecus, vt ſic dicam, illi accidunt, quaedam reſtant dicenda. Quoniam vero Satyrica tragoedia quaedam eſt, vt probauimus, iis omnibus omiſſis, quae ſunt ipſi cum tragoedia communia, ſola illa commemorabimus, quae fuiſſe ei propria ex veterum lectione cognouimus. Porro omnis haec, quam diximus, diuerſitas, in his fere tribus poſita, *perſonarum ornatu*, *ſcenae apparatu*, et *ſaltationis modo*: de quibus ordine pauca. *Perſonae* ſatyricae diuerſorum generum erant: ſaepe heroes, vt in Euripidea, quae extat, Vlyſſes, in alia Euryſtheus: apud Sophoclem

†) Fuit hic mos Graecis aeque ac Romanis olim vſitatus. PLVTARCHVS de Muſica, *Antiquitus*, inquit, *vsque ad Menalippidem, poetam dithyrambicum, tibicines mercedem percipiebant a poëtis; nempe poëtis primas partes tenentibus, ac tibicinibus operam iis, qui fabulas docerent, nauantibus. Poſtea et ille mos periit.* LIVIVS Hiſtor. lib. VII. Andronicum illum Liuium *ſuorum carminum actorem* dicit, id quod omnes tum erant. *Ram.*

clem Achilles, apud Aſtydamantem Hercules, apud Achaeum Omphala: interdum ſiue maiorum, ſiue minorum gentium dii; nam et Irim Satyricam, et Vulcanum Satyricum Achaei infra recenſebimus *): aliquando ſemidei, vt Cyclops, Proteus et ſimiles. Hae omnes perſonae, quia etiam in Tragoediis locum habere poterant, ad tragicum potius quam Satyricum apparatum pertinent; non enim aliter heic quam ibi ornabantur. Proprii Satyricae ſunt Satyri et Sileni: de quibus propterea IVLIVS POLLVX in ea parte capitis XIX. lib. IV, quam de Satyricis perſonis inſcripſit: *Σατυρικὰ πρόσωπα*, inquit, *Σάτυρος πολιὸς, Σάτυρος γενειῶν, Σάτυρος ἀγένειος, Σειληνὸς πάππος. τὰ δ' ἄλλα ὅμοια τὰ πρόσωπα, πλὴν ὅσοις ἐκ τῶν ὀνομάτων αἱ παραλλαγαὶ δηλοῦνται· ὥσπερ καὶ ὁ παπποσείληνος τὴν ἰδέαν ἐςὶ θηριωδέςερος* x). Proprie Satyricas perſonas agnoſcit Satyros et Silenos: quorum appellationes pro ratione aetatis diuerſae ab eo enumerantur: Satyrus canus, Satyrus barbatus, Satyrus imberbis. De Silenis ante p. 31. 51. ſeq. dictum, eos ſenes eſſe Satyros, Satyrorum epiſtatas. Itaque vni Satyrorum gregi praeeſt Silenus, vt apud Euripidem. Sed fuere poëtae, qui plureis Silenos inducerent. Ergo etiam inter hos quaeſita ab aetate differentia. Inde illa nomina apud POLLVCEM, Silenus *πάππος*; hoc eſt, auus y). Ad longam ſenectutem denotandam ita vocabant. Sic inter comicas perſonas aetate prouectiſſimi

 πάπ-

*) Fidem datam liberauit Noſter cap. huius libri V., quod eſt de iis poëtis, qui fabulis ſatyricis ſcribendis inclaruerunt. *Ram.*

x) *Satyricae perſonae, Satyrus canus, Satyrus barbatus, Satyrus imberbis, Silenus auus. Reliquae vero perſonae ſimiles ſunt, niſi eorum, quorum differentiae per nomina exprimuntur: quemadmodum Papposilenus ipſe forma magis ferinus eſt.* Iul. Poll. lib. IV. c. 19. ſegm. 142. p. 435. edit. Hemſterhuſ. 1706.

y) Repetit haec e Noſtro *Voſſius* lib. II. Inſtitut. Poëticar. c. XIX. §. 9. p. 96. ſeq. CREN.

πάπποι dicebantur: eratque *πάππος πρῶτος*, et *πάππος ἕτερος*, quorum *σκευὴν* deſcribit *Pollux* z) Silenus omnium vetuſtiſſimus, quando plures erant, *παπποσείληνος*, quaſi dicas ipſius Sileni *πάππος*, fuit dictus. Quemuis ſenem honoris cauſſa vocabant *πάππον* a): et cum illi blandiebantur, *παππίδιον*, vt apud Comicum non ſemel. Sic apud IVLIANVM in Caeſaribus Bacchus Silenum compellat: *καὶ ὁ Διόνυσος, Παῦσαι εἶπεν ὦ παππίδιον, τοιαῦτα λέγων* b). Papposileno vultum concinnabant a longaeuitate horribiliorem, et prope ferinum. De *ornamentis* c) Satyrorum et Silenorum idem POLLVX lib. IV.

z) Qui hic vocantur *πάπποι*, nouae comoediae perſonae fuerunt, teſte eodem *Polluce*. Atque *Pappus* quidem *primus* maximus natu fuit, ad cutim detonſus, iucundis ſuperciliis praeditus, piloſus, tenues genas habens, oculis triſtis, colore albus, facie et fronte ſubhilaris. Pappus autem *ſecundus*, macilentior, et acrior aſpectu, et triſtis, ſubpallidus, barbatus, rufus et auribus fractis, ſcil. *ἐκ τῶν ἐν γυμνασίοις πληγῶν*, qualis ille

— — — *fracta aure magiſter*

apud Martialem lib. VII. epigr. 31. p. 374. edit. in vſum Delph. Pariſ. 1680. *Ram.*

a) Inde etiam vox Papa. Confer. *Io. Henr. Hottingeri* Analecta Hiſtorico-Theologica Diſſert. VII. can. 1. §. 4. p. m. 318. ſeq. *Ioan. Coraſii* Miſcellan. Iuris lib. V. c. XV. p. m 441. ſeq. edit. Lugdun. MDLII. in 8. *Ioan. Hoornbeckii* Miſcell. Sacra l. I. c. 1. ſect. 1. §. 1. p. m. 23. CREN.

b) Iuliani Caeſares perlegenti mihi plures occurrerunt loci, in quibus Silenum ſic alloquitur Bacchus. E. gr. pag. 309. Opp. Iul. edit. *Ezech Spanhemii* Lipſ. 1696. *τί δῆτα, ὦ παππίδιον, σπουδάζεις*; et paullo poſt p. 314. *τί τοῦτο, ὦ παππίδιον, φιλόσοφος ἡμῖν ἀνεφάνης*; Locus a *Caſaubono* citatus eſt p. 331. Rogat Bacchus Silenum, vt *iſta* cum Alexandro *loqui deſinat*, veritus, ne eum Alexander eodem, quo Clitum, malo afficiat. *Ram.*

c) Vide *Ger. Io. Voſſii* Inſtit. Poet. lib. II. c. 19. §. 74. p. 102, qui fere omnia e Noſtro, quoad iſtud argumen-

IV, cap. XVIII. v. 39. ἡ σατυρικὴ ἐσθὴς νεβρὶς, αἰγῆ, ἣν καὶ ἰζάνην ἐκάλουν, ἡ τραγῆν· καὶ που καὶ παρδαλῆν ὑφασμένην καὶ τὸ θύρεον τὸ Διονυσιακόν. καὶ χλανὶς ἀνθινὴ καὶ φοινικοῦν ἱμάτιον, καὶ χορταῖος χιτὼν δασὺς, ὃν οἱ Σειληνοὶ φοροῦσι. *Satyrica*, inquit, *veſtis eſt hinnuli pellis, vel caprina, quae veſtis dicta* αἰγῆ, *et* ἰζάνη, *et* τραγῆ. *Interdum et pardalinam textilem gerunt. Item Liberi patris ſcutum, quod* θύρεος Διονυσιακὸς *dicitur. Chlanis e floribus, pallium puniceum, tunica denſa, geſtamen Silenorum, quae* χορταῖος *appellatur.* Haec POLLVX, in cuius verbis quaedam ſunt animaduertenda. Nam pro ἰζάνη [d]), quae vox alibi, quod ſciam, non exſtat,

mentum. Item elegantiſſimum Dn. *Gisb. Cuperum* lib. II. c. 12. p. m. 227. (p. 225. edit. Lipſ. 1772.) vbi hunc Caſauboni ac Pollucis quoque citat locum. CREN.

d) Cl. *Bochartus* in I. Geograph. ſacr. c. 18. p. m. 483. edit. Francof. MDCLXXXI in 4to iisdem verbis hunc Pollucis locum adlegat, (quem Gualtherus vertit: *ſed veſtis ſatyrica eſt pellis hinnuli caprini, quam et* ἰζάνην *nominant, et pellem hircinam*), adiicitque, ἰζάνην, ſyriaco vocabulo עזא, *izza*, *capra*, ſuam debere originem. Placet quidem iſta vocis originatio doctiſſimo *Ioach. Kühnio*, Gryphiswaldenſi, recentiores inter Philologos, tum merito ſuo, tum modeſtia, celeberrimi nominis, in p. m. 29. Animaduerſion: in *Iulii Pollucis* Onomaſticon; verum quid ſibi velit *pellis hinnuli caprini*, ſe non videre ſcribit. *Graecus Pollucis textus*, inquit, *ſi recte accipiatur, aliud dicit. Nempe interpungendum eſt poſt* νεβρὶς. *Alia pellis eſt*, νεβρὶς, *nempe* ἐλάφου δέρμα, ceruina: *alia* αἰγῆ, *quod notat* caprinam; *eandem et* ἰζάνην *dictam, Galenus quoque in Gloſſis Hippocratis confirmat.* ἰξάλη (*ita enim habet*) τελείου αἰγὸς δέρμα, perfectae caprae pellis. *Extat apud Hippocratem in* περὶ ἀγμῶν. Haec Kühnius. Mirum, neutri emendationis Noſtri Caſauboni h. l. veniſſe in mentem. CREN.

Nebris non ſatyrica ſolum, ſed in genere bacchica fuit veſtis, eaque magis vſitata, quam leonum, tigridum, pantherarum et vulpium pelles, quibus aliquando

ſtat, ſcribendum ſuſpicor ἰζάλη, vel ἰσάλη, quae vetuſtiſſima deprauatio eſt vocis ἰξαλῆ. Ἴξαλος eſt hircus, ἰξαλῆ, vt αἰγῆ, pellis hircina, ſiue τελείας αἰγὸς, aiunt Grammatici. Sed vulgo ἰσάλην dicebant, vt teſtatur Ariſtophanis Scholiaſtes. Eſtque haec nominis iſtius deprauatio adeo antiqua, vt apud Hippocratem in libro περὶ ἀγμῶν, vtramque ſcripturam agnoſcat GALENVS. Si cui vulgata lectio *Pollucis* placet, auctoritate illuſtriſſimi atque in omni genere eruditionis eminentiſſimi viri, IVLII CAESARIS SCALIGERI, eam tueri poterit: qui ἰζάνην putat dictam παρὰ τὸ ἰζάνειν, *ſubſidere*: quia ſine rugis tota aſſidebat corpori atque adhaereſcebat e). De Satyrorum ornatu DIONYSIVS HALICARNASSEVS, lib. VII. σκευαὶ τοῖς εἰς Σατύρους εἰκασθεῖσιν ἦσαν περιζώματα, καὶ δοραὶ τράγων, καὶ ὀρθότριχες ἐπὶ ταῖς κεφαλαῖς φόβαι, καὶ ὅσα τούτοις ὅμοια. Vbi notabis galericulos f) pilis ſetisue horrentes Satyrorum capitibus aptari

do incinctos fuiſſe bacchantes, non ignoramus. Vid. STATIVM lib. II. Thebaid. v. 664. CLAVDIANVS, carm. VIII. *de quarto conſulatu Honorii*, ipſi Baccho nebrida, gemmis erythraeis i. e. orientalibus diſtinctam, tribuit:

> *Talis Erythraeis intextus nebrida gemmis*
> *Liber agit currus*, — — —

Quae gemmae, ni fallor, aſtrorum varietatem ſignificare videntur, quia pro Sole olim habuerunt Bacchum. *Diod. Sic.* l. I. Biblioth. p. 7. SILIO III. v. 395. nebrides vario auro aſperſae dicuntur. *Ram.*

e) *Scaliger* Poetices lib. I. cap. XVII. p. m. 57. *R.*

f) Quia ſtatim iungitur *ſolitas*, puto, forte ſcripſiſſe Noſtrum *galericulas*; aut ſi *galericulos* rectum eſt, quod magis veriſimile eſt, cum auctor in corrigendis ſubſtitui velit *quorum* pro *quarum*, *ſolitos* debemus legere. Ego neque *galericulus*, neque *galericula*, neque *galericulum* in recto me legiſſe memini. In ſexto caſu vſurpat *Suetonius* in Othon. c. 12. *Galericulo capiti propter raritatem capillorum adaptato et adnexo*; ex quo de primo ſecunda in declinatione caſu judicium ferri nequit. In plurali *galeri-*

aptari ſolitas, quorum POLLVX non meminit, neque in ea, quam exhibuimus, gemma vllum veſtigium. Περιζώματα vocat *Dionyſius* hircinas pelles, quibus partes infra vmbilicum tegebantur. Satyrus apud Euripidem amictum ſe ait, τράγου χλαίνα μελέρα. Deeſt aliquid in iſtis *Pollucis*, καὶ που καὶ παρδαλῆν ὑφασμένην. Nos vertimus, quaſi deſideraretur verbum ἐφόρουν. Et pantheras pellem ὑφασμένην accepimus de pelle liciorum varietate diſtincta, ad inſtar pantherinae, opera textoris polymitarii. Quia enim veram non habebant, quod in Graecia illis temporibus difficile erat, arte pictam eius loco ſubſtituebant. Fortaſſe tamen ſcribendum, καὶ που καὶ παρδαλῆν ἠμφιεσμένοι, nempe εἰσάγονται. Bacchi ſcutum θύρεον nominant veteres, non θυρεὸν g). A ſimilitudine θύρας appellatio indita: neque corrigenda ſcriptura, quam tot locis inuenimus. Chlanis ἀνθινὴ non eſt veſtis florida, a varietate ſolum colorum ſic dicta; ſed eſt veſtis e floribus contexta, qui erat proprius Silenorum amictus: hos enim vetuſtas florum amantiſſimos finxit, vt ſuo loco dictum eſt: ideoque tribuere illis περιβόλαιον ἐκ παντὸς ἄνθους, inquit DIONYSIVS. Χορταῖοι χιτῶνες, quos Silenorum proprios ſcriptores omnes faciunt, videntur primitus e foeno contexi ſoliti: id enim eſt χόρτος:

galericulis vtitur *Frontinus* IV. Stratagem. c. vlt. ex. 29; ſed ibi mire variant codices. Ipſo de galericulo legendus *Anſelmus Solerius Cemelienſis* de Pileo ſect. III. p. m. 49 ſeq. edit. Amſtelod. MDCLXXI. in 12. CREN. Ego vero *galericulum* inueni apud *Martialem* l. 14. epigr. 50. vbi ſic deſcribitur:

Ne lutet immundum nitidos ceroma capillos,
Hac poteris madidas condere pelle comas. —
Ram.

g) *Pollux* habet θύρεον, *Heſychius* vero Tom. I. p. 1713. edit. Lugd Bat. θυρεὸν, qui vocem hanc ab inſula Thera, quae Cycladum vna eſt, deriuat. Ita enim ille: θύρεον, πέπλον το ποικίλον. οἱ Αττικοί. Δοκεῖ δὲ ἀπὸ Θήρας τῆς νήσου προσηγορεῦσθαι. *Kühnius* ad Pollucem, θήρειον ab animalibus veſti intextis dictum mauult. *Ram.*

τος: poſtea facti e villoſis pellibus. Idcirco μαλλωτοὺς χιτῶνας DIONYSIVS appellat: AELIANVS ἀμφιμάλλους, *vtrimque villoſas*. Et ait AELIANVS, eo genere veſtis hirſutiem aenigmatice deſignari foliorum vitigineorum, in memoriam plantatae a Baccho vitis. Locus eſt Ποικιλ. lib. III. c. XL. Haec de *perſonis*. Loci apparatus in ornatu *Scenae* poſitus. Nam aliter Scenam ornabant, cum tragoediam erant docturi, et aliter, cum prodituri erant comici: et item aliter, cum ſatyrica fabula erat. VITRVVIVS lib. V. c. VIII. princip. *Genera ſunt ſcenarum tria, vnum quod dicitur Tragicum, alterum Comicum, tertium Satyricum. Horum autem ornatus ſunt inter ſe diſſimiles, diſparique ratione: quod tragicae deformantur columnis, faſtigiis et ſignis, reliquisque regalibns rebus. Comicae autem aedificiorum priuatorum; et menianorum habent ſpeciem, perſpectusque feneſtris diſpoſitas (imitatione) communium aedificiorum rationibus: Satyricae vero ornantur arboribus, ſpeluncis, montibus, reliquisque agreſtibus rebus, in topiarii operis ſpeciem deformatis.* b). Supereſt *actio*: quae, vt diximus,

b) *Vitruuii* verba ad Romanos, non ad Graecos pertinere videntur. Pergit enim: *In Graecorum theatris, non omnia iisdem rationibus ſunt facienda etc.* quo ipſo declarat, maximam fuiſſe vtriusque theatri, graeci atque latini, ſimilitudinem, neque tamen tantam, quin diuerſitas locum habuerit. Ad ſcenam ſatyricam alluſiſſe nonullis videtur *Virgilius* Aen. I.

Hinc atque hinc vaſtae rupes, geminique minantur
In coelum ſcopuli, quorum ſub vertice late
Aequora tuta ſilent; tum ſyluis ſcena coruſcis
Deſuper horrentique atrum nemus imminet vmbra.

De ſcena eiusque partibus poſt Vitruuium copioſe egit *Pollux* lib. IV. c. 19. et *Caſſiodorus* lib. IV; e recentioribus vero *Boindinus* Tom. I. Memor. Academiae Inſcription. p. 136. ſeqq, vt *Bulengerum* et alios taceam. De *topiario opere*, cuius *Vitruuius* meminit, v. *Baldi* Lexicon Vitruuianum a Io. de Laet auctum p. 132. Nomen

mus, continet ſermonem, cantum, harmoniam, et ſaltationem. PLATO et ARISTOTELES dicere ſolent *λόγον, μελῳδίαν, ἁρμονίαν*, et *ῥυθμὸν*, ſiue *ὄρχησιν:* etſi propter rerum affinitatem varia eſt apud veteres, *Ariſtotelem*, maxime, illarum vocum acceptio. In Satyrica actione omnia ad hilaritatem comparata. Diſcrimen praecipuum in numeris ſaltationis. Olim quot erant genera poëſeos, quae publicabatur in ſacrorum ſolennitatibus, aut theatris, tot erant ſaltationum ſpecies diuerſae. ATHENAEVS libro XIV. *τρεῖς εἰσι τῆς σκηνικῆς ποιήσεως ὀρχήσεις, τραγικὴ, κωμικὴ; σατυρικὴ, ὁμοίως δὲ καὶ τῆς λυρικῆς ποιήσεως τρεῖς, πυῤῥίχη, γυμνοπαιδικὴ, ὑπορχηματική.* Vbi chorus, ibi ſemper ſaltatio: Satyrica vero ſaltatio antiquiſſima eſt. Nam primae tragoediae chorus e Satyris conſtabat: ideo *σατυρικὴν καὶ ὀρχηστικωτέραν* appellat ARISTOTELES, vt primo capite diximus. ATHENAEVS quoque: *συνέστηκεν ἡ Σατυρικὴ πᾶσα ποίησις τὸ παλαιὸν ἐκ χορῶν, ὡς καὶ ἡ τοτε τραγῳδία. διόπερ οὐδὲ ὑποκριτὰς εἶχον.* Satyrici generis nihil magis proprium, quam ſaltatio: propterea VIRGILIVS Ecl. V. v. 73.

Saltantes Satyros imitabitur Alpheſiboeus.

Et apud *Euripidem*, cum dixiſſet Silenus Cyclopi, ederet quicquid vellet, modo a ſe dentes abſtineret: facete Cyclops alludens ad Satyrorum *τὸ ὀρχηστικὸν*,

Ἥκιστα· inquit: *ἐπεὶ γ᾽ ἂν ἐν μέσῃ τῇ γαστέρι*
Πηδῶντες ἀπολέσαιτ᾽ ἂν ὑπὸ τῶν σχημάτων i).

Nam *σχήματα* ſunt ſaltationes. Propterea Satyros nonnulli ſunt interpretati, qui in ſacris litteris שעירים nomi-

men habet a topiis ſ. funiculis, quibus frutices et arbuſculae tonſiles, in animalium aut rerum hiſtorias, luculenta varietate aſſimilatae, religataeque, multis hinc inde retinentur locis, torquentur et flectuntur, ad effingendas rerum et animantium imagines. *Ram.*

i) *Nunquam hoc futurum eſt, namque ventre in intimo*
Veſtri enecarent me modi ſaliſubſuli.
Sic interpretatur *Sept. Florens.* *Ram.*

nominantur: de quibus dixit Propheta Iſaia c. XIII. extr. ירקדו שם שעירים hoc eſt, Aquila interprete, *οἱ τριχιῶντες ὀρχήσονται ἐκεῖ*: cui vulgata conſentit: *piloſi ſaltabunt ibi.* Ex hoc Graecis Satyri dicti etiam *σόβοι* k): quia ſaltabundi ſemper incedebant. Quin et ipſis datae vt plurimum *σόβαι* in manibus, quod flagelli genus quoddam fuit. Atque ita plerumque pingi ſoliti. VLPIANVS in Midianam *τὸ σοβεῖν συνεχοῦς κινήσεως τεκμήριον. ἔνθεν καὶ σόβους τοὺς Σατύρους, παρὰ τὸ σοβεῖν. κινητικώτατόν γάρ ἐστιν ἐν τοῖς ζώοις, καὶ διὰ τοῦτο τοὺς σατύρους αὐτοὺς σόβας ἔχοντας γράφουσι.* Videtur *Vlpianus*, *σόβας* appellare id, quod diximus. DEMOSTHENES in eadem *σκύτος*, hoc eſt, *ſcuticam* nominat, de quodam loquens, qui ſcuticam manu tenens in pompa Dionyſiaca inimicum caeciderat. Fuit et *σοβὰς* ſaltationis ſpecies, vt puto, ſatyricae l): vt et *κονίσαλος*, *σικιννις*? erat *σατυρική*, ait HESYCHIVS. Sed illa ſaltatio, quae Satyricis fabulis fuit propria, *σίκιννις* dicebatur: vel quaſi *κίνησις*, transpoſitis mutatisque litteris nonnullis, vt ſcribit ATHENAEVS, vel a Sicino inuentore, vt idem in primo et XIV. atque alii. Hinc Satyrici ipſi dicti *σικιννισταὶ*, auctore eodem m). Praetermittimus, hoc loco

k) A voce *σοβεῖν*, q. e. *vel* citato gradu currere, quam ob rem *aſſidui motus ſignum* ab Vlpiano vocatur, *vel* ſuperbe et cum faſtu incedere, *μετὰ σεμνότητος περιιέναι*, vt habet Suidas, *vel* perſequi, vnde *σοβάδες* meretrices ſunt, quae amaſios ſuos perſequuntur. Prior ſignificatio ad rem noſtram vel maxime facit. PLINIVS enim H. N. lib. VII. c. 2. Satyros vocat *perniciſſimum animal*, et *Vlpianus κινητικώτατον ἐν τοῖς ζώοις. Ram.*

l) Apud *Athenaeum* Deipnoſ. l. XIV. p. 629. edit. Caſaub. *σοβὰς* inter *γελοίας ὀρχήσεις*, quarum varia et multa ſunt nomina, refertur. *Ram.*

m) *Athenaeus* lib. I. p. 20. et l. XIV. p. 629. edit. Caſ. Sicinnin *ὄρχησιν ἀπλουστέραν*, i. e. minus varietatis et iactationis habentem nominat, in quo tamen repugnantem ſibi habet *Plutarchum* Sympoſ. l. VII. probl. 8. *Sicinnus*,

loco referre, quae de hac ſaltatione PLATO in Legibus, LVCIANVS et alii veteres ſcripſerunt. ATHENAEVS: εἰσι δέ τινες οἱ καὶ φασὶ τὴν σίκιννιν ποιητικῶς ὠνομάσθαι ἀπὸ τῆς κινήσεως, ἣν οἱ Σάτυροι ὀρχοῦνται ταχυτάτην οὖσαν· οὐ γὰρ ἔχει πάθος αὕτη ἡ ὄρχησις, διὸ οὐδὲ ἀναδύνει. Haec lectio mendoſa eſt: ac neſcio, quomodo fugit nos hic locus, vt alii non pauci, quos alias, ſi Deus volet, recenſebimus. Legendum vero, vel vt ex coniectura pridem emendaueram, διὸ οὐδὲ ἐναβρύνει, *ab infractis deliciis eſt aliena:* vtitur eo verbo LVCIANVS in libro *de ſaltatione:* vel potius διὸ οὐδὲ βραδύνει. Nam profecto verbum ἀναδύνει non magis habere heic locum poteſt, quam interpretis verſio. Ita autem emendamus ex Epitoma doctiſſimi atque amiciſſimi HOESCHELII. *Sunt*, ait, *qui dicant*, *ſicinnin appellatam eſſe*, ἀπὸ τῆς κινήσεως, *id eſt a motu ſaltationis Satyrorum, qui eſt concitatiſſimus: haec enim ſaltatio caret affectu: idcirco etiam lentitudinem nullam admittit.* Βράδυνσις ATHENAEO heic eſt, quae in arte illa dicebatur μονή, contraria τῇ φορᾷ. Quod negat ATHENAEVS, ſaltationem Satyricam habuiſſe πάθος, confirmat PLVTARCHVS lib. VII. probl. VIII, vbi *Pyladeae* ſaltationi παθητικῇ οὔσῃ, et affectuum plenae, *Bathylleam* opponit; de qua ſcribit: δέχομαι τὴν Βαθύλλειον αὐτόθεν πέζαν τοῦ κόρδακος ἁπτομένην, ἠχοῦς, ἤ τινὸς Πανὸς, ἢ Σατύρου σὺν Ἔρωτι κωμάζοντας ὑπ᾽ ὀρχήματος ἀντιθεμένην. Deprauatiſſimus eſt hic quoque locus: ex quo nullam bonam ſententiam expreſſiſſe eruditiſſimos interpretes, non ſit mirum.

cinnus, a quo nomen ſortita eſt, liberorum Themiſtoclis paedagogus fuit, homo Perſa, qui aſtutia ſua inter claros ea tempeſtate Graeciae propugnatores nominari meruit. *Sicinnotyrbe*, quam *Athenaeus* l. XIV. p. m. 618. inter αὐλήσεις ſ. cantiones tibiales recenſet, quid diſtet a *Sicinne*, non ſatis explicant veteres. Fuit forſan (ſunt verba *Caſauboni* Animad. in Athen p. 891.) non militaris αὔλησις, ſed in circulis et ſtationibus coactae hominum turbae vſurpari ſolita. *Ram.*

rum. Quid enim heic facit vox πέζαν?, aut quis in poſtremis verbis Hellenismum agnoſcat? Et tamen non aliter in regiis codicibus ſcripta haec inuenimus [n]): niſi quod ab vltima voce littera ſecunda abeſt. Cenſeo corrigendum: αὐτόθεν παίζουσαν, τοῦ κόρδακος ἁπτομένην, Ἠχοῦς ἢ τινος Π. ἢ Σ. σὺν Ε. κωμάζοντος ὑπόρχημα διατιθεμένην: hoc eſt, *probo Bathylleam ſaltationem, quae ſimpliciter ludit, cordaci affinis, hyporchema edens, Echus aut Panis aut Satyri cum Cupidine commiſſantis.* Hoc vult *Plutarchus:* ſaltationem Bathylleam hilarem et laſciuae ſimilem fuiſſe potius, quam obſcenam. Cum ait, αὐτόθεν παίζουσαν, ſimplicitatem denotat, et opponit Pyladeae, quam modo vocabat, ὀγκώδη καὶ πολυπρόσωπον: *plenam faſtus et plurium perſonarum argumenta continentem* [o]). Satyrica e contrario ſimplex, minus operoſa, facilis et paucarum perſonarum, et quidem ruſticarum vt plurimum: quales illae ſunt, quae heic nominantur. ATHENAEVS lib. I. ἦν ἡ Πυλάδου ὄρχησις ὀγκώδης, παθητική τε καὶ πολύκοπος· ἡ δὲ Βαθύλλειος ἱλαρωτέρα· καὶ γὰρ ὑπόρχημά τι τοῦτον διατίθεσθαι. Ex hoc Athenaei loco certiſſimum eſt, poſtrema verba Plutarchi ita legi debere, vt ſunt a nobis correctae. Voces propriae ſunt eius artis διατίθεσθαι et διάθεσις, de qui-

n) Nec aliter in noſtra Pariſina MDCXXIV. ſplendidiore profecto quam accuratiore, quod talibus in operibus ſolet fieri. CREN

o) Cf. *Voſſii* Inſtitut Poet. lib. II. p. 28. 38. et 179. Fuit autem Pylades Cilix, et Bathyllus Alexandrinus, vterque Pantomimus, Auguſto imperante clarus. Pantomimorum ſaltatio, quam *Athenaeus* et alii Italicam vocant, quia Romae inuenta eſt temporibus Auguſti, quantae fuerit artis, quamque admirabilis, vel haec *Caſſiodori* verba (Variar. lib. I. c 20.) declarant: *Hanc partem Muſicae diſciplinae maiores mutam nominarunt, quae ore clauſo loquitur, et quibusdam geſticulationibus facit intelligi, quod vix narrante lingua aut ſcripturae textu poſſit agnoſci*, et paullo poſt: *loquaciſſimas manus, linguoſos digitos, ſilentium clamoſum, expoſitionem tacitam.* *Ram.*

quibus *Plutarchum* ipſum adi lib. IX. probl. VIII. Illa, τοῦ κόρδακος ἀπτομένην, poterant etiam ita verbi, *cordacem inſtituens*: id enim perſaepe eſt ἅπτεσθαι τινός. Alterum maluimus: quia cordax non eſt ſatyrica, verum comica ſaltatio. Cui quidem ſatyrica ita eſt affinis, vt poëſis Satyrica comicae: de quo ſatis ſuperius. Mirum vero, dicere PLVTARCHVM et ATHENAEVM, carere affectu ſatyricam ſaltationem, quae quidem concitatiſſima eſt, et plurima vtitur φορᾷ. Nam φορὰ indicium facit affectus, teſte eodem PLVTARCHO: ἡ φορὰ, inquit, πάθους τινὸς ἐμφαντικὴ, ἢ πράξεως, ἢ δυνάμεως. Eoque ſaltationis modo plurimum eſſe vſos veteres in Liberalibus et Veneralibus, auctor eſt LVCIANVS in commentario de ſaltatione: σχήματα παντοῖα ἐπιδείκνυνται, πρὸς ῥυθμὸν ἐμβαίνοντες, ἄρτι μὲν πολεμικὰ, καὶ μετ' ὀλίγον δὲ φορευτικὰ, ἃ Διονύσῳ καὶ Ἀφροδίτῃ φίλα. A φορᾷ fit φορεύω verbum, vnde φορευτικὰ σχήματα, concitatae et multae φορᾶς ſaltationes. Σχήματα Graecis ſaltatio: quia, vt docet PLATO in VII. Legum, ἡ ὀρχηστικὴ eſt μίμησις τῶν λεγομένων σχήμασι γενομένη, *imitatio eorum, quae dicuntur per geſtus.* Addamus et hoc obiter: videri *Plutarchum* ſaltationem ſatyricam cum alia confundere, quae dicebatur κῶμος vel ἡδύκωμος. Ambae ſane temulentorum et laſciuorum propriae; ſed diuerſae tamen ſpecies illius ſaltationis, quam PLATO appellat ὄρχησιν βακχείαν. Nam κῶμος nihil aliud, niſi conuiuantium, foras e triclinio prodeuntium, laſciuia p). Ideo LVCIANVS, bis accuſato, ait, Lunae officium eſſe, vt commiſſantibus praeluceat: prodibant autem in conuiuiali veſte, corollas capiti impoſitas, colloque appenſas habentes, pueris praecedentibus, qui funalia geſtabant, fidicina denique praecinente. Cuius moris paſſim obuia

ſunt

p) Vide *Iul. Caeſ. Scaligerum* in I. Poetices c. V. p. m. 24. et 25. haec latius deducentem. CREN.

ſunt apud veteres teſtimonia. Apud ARISTOTELEM vero in Περὶ ἀκαυστῶν libello, commiſſationis ad tubam habetur mentio. Scribit *Athenaeus*, filiorum Piſiſtrati fuiſſe inuentum huiusmodi *κώμους*. Sed multo ante eam aetatem notam fuiſſe hanc laſciuiam, vel nomen arguit, dubio procul cum naſcente Graecia natum: eſt enim purum putum Ebraicum, q) non, vt placet Grammaticis, Grae-

q) Ridet hanc etymologiam *Heribertus Rosweydus* Ieſuita in Anti-Capelli praefat. apud Maximilian. Sandaeum Vol. I. Gramm. Profan. commentat. XIV. §. 32. pag. 567. his verbis: *Vbi tu Varro? vbi tu Feſte? vbi tu Euſtathi? qui alias originationes datis. Vtinam* Caſauboni, *heſterni Hebraei, auditores fuiſſetis! Omnino melius de Critica meriti eſſetis. Non memini me ineptius vnquam etymon legiſſe. Quia* קום *Hebraeis eſt* ſurgere; *et ſubinde belluones poſt coenam ſurgebant, et ibant ruſpatum, ideo* comeſſatio *ea notione dicta. Poterat hanc ſubtilitatem etiam ſacris litteris firmare, vel hoc graecanico, hebraicoque embammate ipſas condire. Nonne quod Exodi* XXXII. 6. *dicitur:* ſedit populus manducare, et bibere, et ſurrexerunt ludere, *valde huic etymo quadrat? Ecce poſt menſam ſurgunt. Ergo κῶμος et* comeſſatio *ab Hebraico* קום Kom, *quod eſt*, ſurgere. *Quid ſi ego pari felicitate a Teutoniſmo, qui omnium linguarum Ioanni Goropio Becano antiquiſſimus dicitur, originationem τοῦ κῶμος accerſam? Nam* venire *quoque dicebantur ad comeſſationes, ad compotationes, non minus, quam ab iis* ſurgere. *Apud Salomonem comeſſantium vox eſt:* Venite ergo, et fruamur bonis, quae ſunt, et vtamur creatura tanquam in iuuentute celeriter. Vino pretioſo et vnguentis nos impleamus. *Sap.* II, 6. *Nonne hic comeſſatio deſcribitur et per* Venite *ad eam inuitantur? Quid vetat, quin et ego non impari Caſaubono acumine dicam κῶμος a teutonica lingua deſumptum, quibus* Kom *eſt* Veni. *Et* Plautus *quoque mihi ſuffragabitur, Rudente Act.* V. *Scena* III. v. 66. Comeſſatum omnes venitote ad me. *Quis has non rideret ineptias? Et quis* Caſaubonum *docuit, κῶμον ſeu* comeſſationem *proprie eſſe ἀνάστασιν ἀπὸ δείπνου, conſurrectionem poſt coenam? Imo veteribus* comeſſatio *ipſum potius epulum, ipſa coena lautiſſima et petulantiſſima.* Martialis *lib.* XII.

Graecum primà origine. קום *Kom* eſt ſurgere: inde κῶμος, vt a מום μῶμος. Et eſt κῶμος proprie ἀνάστασις

H 2

XII. *epigr.* 47. *v.* 11. *de epulo a Domitiano inſtituto in monte Albano:* Non Albana mihi ſit comeſſatio tanti. *Suetonius de Vitelli luxuria* c. XIII. Epulas trifariam ſemper, interdum quadrifariam diſpertiebat, in ientacula et prandia, coenas et comeſſationes, facile omnibus ſufficiens, vomitandi conſuetudine. Dio *in eadem re* μεταδόρπια, *id eſt*, poſtcoenia *vocat ipſas comeſſationes. Rurſus* Suetonius *Domitiano* c. XXI: Conuiuabatur frequenter ac large, ſed paene raptim, certe non vltra ſolis occaſum, nec vt poſtea comeſſaretur. *Nec impari felicitate graecas quoque litteras ad ſacrarum litterarum explicationem adducit* (Exercitat. XV. ad Baron. n. XII. p. m. 373. edit. opt. Londin. MDCXIIII. in fol.) Grammaticus. *Quis enim haec loca intellexiſſet, Marci* I. 36. et proſequutus eſt eum Simon, et qui cum eo erant. *Lucae* VIII, 45. Dixit Petrus, et qui cum eo erant. *Actor.* II, 14. Σταθεὶς Πέτρος σὺν τοῖς ἕνδεκα, *et v.* 37. Dixerunt ad Petrum et ad reliquos Apoſtolos, *niſi* Caſaubonus *monuiſſet, apud Ariſtophanem eſſe*, ὦ Ζεῦ καὶ θεοί. *Quare aliqua inter Apoſtolos honoris diuerſitas eſt, cum Petrus ſeorſim a reliquis nominatur, quia etiam apud Ariſtophanem Iupiter nominatim, reliquis Diis non expreſſis, elucet. Mirum profecto, non veritum* Profanum Grammaticum, *ne Pontificii ex Ariſtophanico hoc exemplo Petro imperium arrogarent, cum Ioui in reliquos Deos poteſtas et dominatus Poetis omnibus ſit decantatus.* Hactenus iſte Ieſuita, ſiue Rosweydus, ſiue Sandaeus; nec enim hic vltimus ſatis bene diſtinxit verba; id eſt, maledicus conuiciator, fluctus in ſimpulo excitans, et vndiquaque nominis gloriolam captans, nec tamen ſine errore vbique *comeſſatio* ſcribens pro *comiſſatio*, vel *comaſſatio*, cum ſit a Graeco κωμάζειν. CREN. Fuit omnino Rosweydus ex numero eorum, qui Caſauboni, ſummi viri, gloriam ferre non poſſent, et acerbitatis ſuae virus in eum euomere non erubeſcerent. Scripſit enim *Legem talionis XII. tabularum Cardinali Boronio ab Iſaaco Caſaubono dictam, retaliante Rosweydo*, quem librum male a Capello acceptum ſecutus eſt *Anti-Capellus, ſiue exploſio naeniarum Iac. Capelli, quas funeri Iſ. Caſauboni ad Legem XII. tabularum in vindiciis ſuis accinuit. Ram.*

ταςις ἀπὸ δείπνου, *eruptio a menſa in publicum.* TERTVLLIANVS eleganter vertit, *eruptiones laſciuiarum.* Aduerſus gentes: *Aeque oratio conuiuium dirimit: inde diſceditur non in cateruas caeſionum, neque in claſſes diſcurſationum, neque in eruptiones laſciuiarum.* Sic maluit, quum poſſet vno verbo, *neque commiſſatum*; πρὸς τὸ κωμάζειν. In Erotibus LVCIANI, κωμαστὴς exponitur δῆλος ἐραστής: quia in publico ſemper, ὁ κῶμος. Ideo paſſim leges κωμάζειν ἐπὶ τὴν ἀγορὰν, vel ἐπὶ θύρας τῆς δεῖνος. Saepe κωμάζειν idem ac ſaltare, moueri ad numeros: vt in veteri cantico Laconicae diſciplinae: πόῤῥω ὦ παῖδες, πόδα μετάβατε, καὶ κωμάσατε βέλτιον. Saepe idem ac crapulari, et ebrietati indulgere: quia ſemper e compotatione prodibant comiſſatores, et ſaepe eandem repetebant. Apud SVETONIVM r) *comiſſari* eſt bibere a coena: Graecis quoque κωμάζειν, vel ἑσπερίζειν. Omnia haec laſciuiae genera denotat vox κῶμος, et ita accipiendum in Apoſtolorum Petri et Pauli epiſtolis s). Sed haec ὁδοῦ πάρεργον.

CAPVT V.

ARGVMENTVM.

De Poëtis *ſatyricarum* fabularum. Σατυρογράφοι. Quando coeperint Satyricae componi. Primus auctor *Theſpis*, aut *Pratinas*: eorum dramata *Cratinus* male pro *Pratina*. *Aeſchylus* et *Choerillus* antagoniſtae Pratinae. Agonum ſcenicorum inſtitutio. Mos certandi pluribus dramatis. Τριλογίαι et τετραλογίαι Tragicorum. Liberalia trina Athenis. Panathenaea ibidem et Chytri. Mos poëtarum in tetralogiis componendis Oreſtia Aeſchyli, et Philoclis Pandionis. Catalogus poëtarum huius generis, et Satyricarum, quae apud veteres nominatae

r) Quem bis vſurpare hoc verbum, nimirum in Domitiano cap. XXI. et in Caligula cap. XXXII. obſeruaui. CREN.

s) ad Rom. XIII. 13. ad Galat. V, 21. I. Pet. c. IV. v. 3. *Ram.*

tae reperiuntur, poſt Theſpidem et Pratinam. *Aeſchylus*, quot Satyricas ſcripſerit? quae illae? Loca animaduerſa in vita Aeſchyli et veteri catalogo fabularum ipſius. Cercyon. Obiter quaeſitum de olympiade, qua natus et denatus Aeſchylus. Eius Σατυρικόν. Ionis μέγα δρᾶμα. *Phrynichus* tragicus. *Sophoclis* ſatyricae fabulae; item *Achaei*, *Euripidis*, *Xenoclis*, *Philoclis*, *Aſtydamantis*, *Iophontis*, *Platonis*, item *Lycophronis*, *Bionis*, *Demetrii*. Comici, qui Σατύρους ſcripſerunt. Aenigma de loro, quo appenſa ampulla. Ο pro ΟΥ. ὀυγύρ; ἐκπίπτειν, *non ſtare*. Πῶλος et παρθένος pecuniae nomina. Poëtae οἱ Ταρσικοὶ λεγόμενοι. Tarſenſium extemporalitas. Loca multa apud *Athenaeum*, *Aelianum*, *Diogenem Laërtium*, *Pollucem*, *Heſychium* et graecos Scholiaſtas corriguntur atque explicantur.

Hactenus de origine, materia, forma, fine SATYRICAE: nunc de efficiente cauſſa, hoc eſt, *poëtis Satyricarum fabularum* quaedam attingemus. Hos Graeci ſcriptores non aliter fere, quam τραγικοὺς ποιητὰς nominant; vel τραγῳδίας ποιητὰς τῶν λεγομένων Σατυρικῶν δραμάτων: neque enim ab aliis, quam a tragoediarum poëtis, fabulae Satyricae huius generis aut componebantur, aut docebantur. De comicis, qui Satyros docuerunt, quid ſentiendum ſit, extremo hoc capite dicturi ſumus. Interdum et σατυρογράφοι poëtae hi dicuntur. HORATIVS ad verbum, in Arte v. 235. *Satyrorum ſcriptor*, vt ſupra c. III. exponebamus. Vox σατυρογραφος apud vnum *Diogenem Laërtium*, quod meminerim, mihi lecta, libro V. in Demetrio, vlt. Etſi autem vetuſtiſſima apud Graecos memoria inuenitur et chori Satyrici, et tragoediae quoque, ſiue τραγῳδίας cuiusdam: ſero tamen et legitima tragoedia, et haec Satyrica auctores nactae, per quos ſuam formam ac τελειότητα adipiſcerentur.

Conſtat ſane, vel primum, vel inter primos, fabulas tragicas compoſuiſſe egiſſeque in plauſtris THESPIN

 Atti-

Atticum *), τῶν δήμων Icarium, *Soloni*, qui Athenienſibus leges ſcripſit, aequalem. Florebant ambo Athenis circa

*) Hoc de Theſpide ſequentia, Noſtrum ſequens Caſaubonum, tradit *Ger. Io. Voſſius* Inſtitut. Poëtic. *l.* II. c. XII. §. 3. p. 48. ſeq. *Diu Tragoedia ſolo conſtitit choro: huic Theſpis vnum addidit hiſtrionem; poſt Theſpidem eam excoluit Phrynichus: Vterque Athenienſis fuit. Sed Dorienſes aiebant, multis ante vtrumque annis tragoediam apud ſe viguiſſe. Athenienſes hic dixere, Theſpide tribui vulgo tragoediae inuentionem; quod choro addidiſſet hiſtrionem vnum, et tragoediae maiorem addiſſet ornatum: at longe ante eum apud ſe tragoediam viguiſſe, etſi rudiorem.* — „Aiunt quidam „Theſei ad ſepulcrum certaſſe tragicos; atque eam „fuiſſe tragoediarum vetuſtiſſimam. Sed prima tra„goedia ſolo conſtabat choro, vt auctor eſt *Laërtius* „in Platone c. LVI. Chori autem tragici initium eſt „tam antiquum, vt plane illud neſciatur. Vnde inuen„trix eius dicitur Euterpe, Muſarum vna. Incertus poëta in Ἀνθολογίας primo, Tit. in poetas: εὗρεν inquit

Εὐτέρπη τραγικοῖο χόρου πολύηχέα φωνήν.

„i. e. *inuenit Euterpe tragici chori multiſonam vocem.* Cho„ro poſtea hiſtrionem vnum addidit Theſpis. Cauſam „exponit idem Laërtius in Platone. Ὥσπερ δὲ τὸ πα„λαιὸν ἐν τῇ τραγῳδίᾳ πρότερον μὲν μόνος ὁ χόρος διεδραμάτι„ζεν, ὕστερον δὲ Θέσπις ἕνα ὑποκριτὴν ἐξεῦρεν ὑπὲρ τοῦ διαπαύεσθαι τὸν χορόν: *Vt olim tragoediam prius quidem cho„rus ſolus agebat, poſtmodum vero Theſpis vnum inuenit hi„ſtrionem, vt chorus interdum requieſceret.* De Theſpide „exſtabat olim liber Chamaeleontis. Inuentionem tra„goediae tribuit ei Donatus, ſiue Euanthius *lib. de Tra„goed. et Com.* Item Dioſcorides in epigrammate, quod „incipit:

Θέσπιδος εὕρημα τοῦτο — — — :

„Adhaec Clemens Alexandrinus lib. 1. Στρωματ. et „Horatius in Arte: cui plauſtris dicitur tragoedias „vexiſſe, quia fabulae olim e plauſtris agerentur; ex „quibus et conuicia iactabantur: vnde prouerbium, ἐξ „ἁμάξης λέγειν, *e plauſtro loqui*, et ἐξαμάζειν, *de plauſtro „conuicia iacere.* Fuit autem Theſpis Athenienſis, ac „temporibus vixit Solonis; diſcipulum habuit Phry„nichum tragicum, itidem Athenienſem. Propter iſta „Athe-

circa olympiadem LX, quae in tempora incidit Babylonicae Iudaeorum captiuitatis, et regni apud Romanos Tarquiniorum. De hoc igitur THESPIDE triplex prodita eſt a Grammaticis veterum ſententia. Quidam decimum ſextum eum recenſebant a primo tragici carminis

„Athenienſes ſibi tragoediae inuentionem vindicabant. „Sed antiquiorem his eſſe contendêre Dorienſes, qui „Peloponneſum incolebant. Hos eius inuentionem ſibi „tribuiſſe, auctor eſt Ariſtoteles in Poetica c. III. At- „que hi primum fuiſſe Tragicum aiebant Epigenem „illum Sicyonium, cuius Bacchas, atque alia, Athe- „naeus citat; ac cui, cum tragoediam de Baccho fecis- „ſet, acclamatum fuit; οὐδὲν πρὸς Διόνυσον, *nihil ad Bac-* „*chum*; quod poſtea in prouerbium abiit, vt auctor „eſt Suidas. Aiebant igitur Dorienſes, Theſpidem „vel ſecundum, vel, vt alii dicunt, decimum ſextum „ab hoc Epigene fuiſſe. Sed oggerebant Athenienſes, „etiam multo ante Theſpidem fabulas Athenis agi ſo- „litas. Qua de re ſic *Plato* in dialogo illo, qui Minos, „vel de lege inſcribitur, p. 321. edit. Henr. Steph. „Ἡ δὲ τραγῳδία ἐστὶ παλαιὸν ἐνθάδε, οὐχ, ὥσπερ οἴονται, ἀπὸ „Θέσπιδος ἀρξαμένη, οὐδ᾽ ἀπὸ Φρυνίχου, ἀλλ᾽, εἰ θέλεις ἐν- „νοῆσαι, πάνυ παλαιὸν αὐτὸ εὑρήσεις ὂν τῆς δὲ τῆς πόλεως εὕ- „ρημα. *Tragoedia enim antiquum eſt iſtius ciuitatis inſtitu-* „*tum; non vero, ſicuti arbitrantur, a Theſpide, vel a Phry-* „*nicho originem habuit; ſed priſcum eſſe comperies huius* „*ciuitatis inuentum, ſi rem attentius volueris conſiderare.* „Haſce ſententias conciliare ita poſſumus, quod Theſ- „pis ex arte primus tragoediam docuerit; cum antea „tantum, tam apud Athenienſes, quam Dorienſes, „αὐτοσχεδιάσματα *ſubita et extemporalia* obtinerent. Haec „*Voſſius*. Et in libro *de Poëtis Graecis* c. III. p. m. 18. „*Theſpis etiam Tragicus Solonis fuit temporibus, vt ex Laër-* „*tio ſatis conſtat. Suidas tamen ait, Tragoedias egiſſe* „*Olymp. LXI. Vt idem Suidas ait, primus fuco facie illi-* „*ta fabulas egit; inde portulaca texit, hinc laruarum velis.* „*Vide et Horatium in Arte, et quae interpretes ad eam ad-* „*notarunt. Sunt, qui hunc primum faciant Tragicorum;* „*alii primum aiunt Epigenem Sicyonium, ab eo autem Theſ-* „*pidem fuiſſe ſecundum; imo aliis eſt ſextus decimus, eodem* „*Suida auctore.*„ CHEN.

auctore: alii ſecundum: multi omnium primum. Qui decimum ſextum numerabant, ii procul dubio τῶν αὐτοσχεδιασμάτων, quae artem praeceſſerunt, vt ante dicebamus c. I. p. et c. III. princ., rationem habuerunt: at nos hoc loco de arte loquimur, quae rudia illa δραματικῆς μουσικῆς cunabula excepit. Sequens ſententia eorum fuit, qui *Epigenem Sicyonium*, ante omneis alios tragica dramata componendi exemplum poſteris dediſſe, autumabant. Tertiam ſententiam pars magna ſcriptorum et melior ſequitur. Clariſſime HORATIVS e Graecorum ſcriniis, de Arte v. 275.

Ignotum tragicae genus inueniſſe Camenae
Dicitur, et plauſtris vexiſſe poëmata Theſpis.

Nec minus clare PLVTARCHVS in Solone: ἀρχομένων τῶν περὶ Θέσπιν ἤδη τὴν τραγῳδίαν κινεῖν. HORATIVS vero etiam Satyricae primum inuentorem THESPIN eumdem videtur pronuntiare. Ait enim ibid. v. 220.

Carmine qui tragico vilem certauit ob hircum.
Mox etiam agreſteis Satyros nudauit.

Inter fabulas tamen, quas illi vetuſtas attribuit, nulla ponitur, quam iure contendas fuiſſe Satyricam.

SVIDAS: μνημονεύεται τῶν δραμάτων αὐτοῦ Ἆθλα Πελίου, ἢ φορβὰς, Ἱερεῖς, Ἠΐθεοι, Πενθεύς *). Poſtremus titulus non alienum a fabula Satyrica argumentum promittere videri poterat: niſi illud obſtaret, quod in ſuperioribus, lib. I. cap. II. obſeruabamus: antiquos poëtas Graecos in Penthei hiſtoria nullum locum Satyris dediſſe. Et vero memoriae proditum eſt ab aliis, non THESPIN, ſed PRATINAM PHLIASIVM fabulas Satyricas primum compoſuiſſe: easque ita multas, vt e dramatis

*) Commemorantur inter dramata eius *Praemia Peliae ſeu Phorbas*, *Sacerdotes*, *Adoleſcentes*, *Pentheus*. Suidas v. Θέσπις Tom. II. p. 190. edit. Cantabrig. 1705. Cf. *Fabricii* Bibl. Graec. Lib. II. c. 16. et *Bentleium* in Diſſ. de Phalaridis epiſtolis. *Rams.*

matis illius numero quinquaginta, Satyricae fuerint duae et XXX. SVIDAS: Πρατίνας Πυῤῥωνίδου ἢ Ἐγκωμίου, φλιάσιος, ποιητὴς τραγῳδίας, ὃς πρῶτος ἔγραψε Σατύρους· καὶ δράματα μὲν ἐπεδείξατο ν´. ὧν Σατυρικὰ λβ´. *x*). *Cratinum* *y*) in hac re pro Pratina non ſolum manifeſto, verum etiam abſurdo errore, corrupta lectione nominat apud veteres Horatii interpretes *z*); quam mendam viris doctiſſimis fuiſſe fraudi, animaduertimus. Addit SVIDAS, certaſſe Pratinam fabulis a ſe compoſitis cum AESCHYLO et CHOERILLO Athenienſi, vetuſtiſſimo tragico. Vixere hi tres poëtae paucis admodum olympiadibus poſt Theſpin: quem et fortaſſe ſenem ipſi iuuenes, aut quidam ſaltem eorum, videre potuerunt. Nam CHOERILLVM olympiade LXIV. vel natum eſſe, vel dramata ſua coepiſſe publicare, ex SVIDAE verbis licet coniicere. PRATINAM vero atque Aeſchylum circa olympiadem LXX. floruiſſe, EVSEBIVS *a*) aliique tradiderunt. Hi ſunt, cum PHRYNICHO tragico, qui inchoatam a Theſpide ſcriptionem tragoediae omnibus pene numeris perfecerunt, de quo multa veteres ſcriptores Graeci ac Latini; qui diuerſa horum omnium in ea arte inuenta, maxime autem *Aeſchyli*, commemorant.

H 5 Tunc

x) i. e. *Pratinas Pyrrhonidae, vel Encomii filius, Phliaſius, Poëta tragicus, qui primus ſcripſit Satyros. — — et fabulas quidem docuit quinquaginta, e quibus Satyricae fuerunt triginta duae.* CREN.

y) Hic Aeſchylum ſequutus, veteris comoediae auctor, illius Satyros expreſſit, vt Grammatici notarunt. Vid. *Danielis Heinſii* Not. in Horat. p. m. 106. ſeq. CREN.

z) Horum e numero eſt *Acron* ad Horatii A. P. Verba eius haec ſunt: *Tragoediis ſatyra dicitur amata, in quibus ſalua maieſtate grauitatis iocos exercebant, ſecundum Cratini* (Pratinae) *inſtitutionem. Is enim primus Athenis, Dionyſia cum eſſent, ſatyricam fabulam induxit.* Pratinae aliquoties meminit *Athenaeus* lib. XIII. et XIV, vbi et *hyporchema* eius, i. e. carmen ſaliare, quod ſaltantibus accinebatur, p. 617. edit. Caſaub. *Ram.*

a) in Chronic. ad Olymp. LXX. CREN.

Tunc igitur etiam inſtituta ſunt muſica, ſiue ſcenica tragicorum poëtarum certamina, quae adhuc Theſpidis aetas ignorabat: ὄυπω γὰρ, inquit PLVTARCHVS in Solone, εἰς ἅμιλλαν ἐναγώνιον ἦν ἐξηγμένον τὸ πρᾶγμα. Quum autem initio ſingulis dramatis certare, vt perquam veriſimile eſt, coepiſſent hi poëtae: non multo poſt mos eſt introductus, plura dramata committendi. Quot igitur Athenis *Liberalia* agitabantur, tot fabulas diuerſas a tragicis poëtis doceri ſolitas legimus: quarum poſtrema ſemper Satyrica erat, reliquae tragoediae verae. Atque hoc Graeci dicunt, πλείοσι δράμασιν ἀγωνίζεσθαι. Liberalia Athenis fuere trina: Διονύσια τὰ ἐν Λίμναις, ſiue τὰ ἀρχαῖα, alio nomine Ανθεστήρια dicta, quia menſe Antheſterione, qui Martio congruit, celebrabantur: Διονύσια τὰ κατ' ἄστυ, menſe Elaphebolione, qui reſpondet Aprili: Διονύσια τὰ κατ' ἀγροὺς, ſiue Λήναια, menſe Poſideone, qui eſt Ianuarius [b]). Multa de his trinis Liberalibus in primo *De emendatione temporum* diſputat IOSE-

b) *Antheſteria* dicta nonnullis videntur a *floreis* coronis, quibus tum ornari ſolebant pueri trimi. Agebantur per tres dies continuos, quorum quisque ſuum habebat nomen. Primum quidem Attici dicebant Πιθοιγία quoniam eo *dolia* vino nouo repleta *aperiebantur*, data bibendi licentia; Boeotii vero ἡμέραν ἀγαθοῦ δαίμονος. Dies ſecundus nominabatur χόες, quia tum ex ſuo cuique bibendum erat *congio* (χοΐ). Tertii diei ſollemnitas vocabatur χύτροι, eo quod χύτραι ſiue *ollae*, omni ſeminum coctorum genere refertae, Baccho et Mercurio offerebantur. De *Chytris* mox Noſter, qui ſuadente Ariſtophanis ſcholiaſte ad ſecundum diem refert Chytros. Dionyſia τὰ κατ' ἄςυ ſ. ἄςικα, intra *vrbem* celebrabantur; cumque magna eſſet eorum pompa et apparatus, nonunquam μεγάλα dicta ſunt, ſ. Dionyſia κατ' ἐξοχὴν. Denique Dionyſia τὰ κατ' ἀγροὺς ſ. ληναῖα, a ληνος, *torcular*, ſic dicta, rure peragebantur non tanto apparatu, quantus erat Dionyſiorum vrbanorum; quare et μικρὰ dici ſolebant. Plures Dionyſiorum appellationes affert *Potterus* Archaeol. Graec. Tom. I. p. 348. edit. Oxford. *Ram.*

IOSEPHVS SCALIGER, litterarum τὸ μέγα αὔχημα, et, quod omnes vno ore fatentur boni, virtute atque eruditione iuxta admirandus: inde petant ſtudioſi, quae ad rem faciunt. Sed praeter trina haec Liberalia fuerunt et aliae ſolennitates, Baccho ſimul cum aliis diis ac deabus ſacrae, velut *Panathenaea*, ſiue *Quinquatrus*: quarum honos non ſoli Mineruae proprius, verum et aliis diis, in quibus fuit Liber Pater: quod vel ex eo poteſt conſtare, quia etiam fabulae tragicae Panathenaeis docebantur. Nemo autem dubitat, earum ſolennitatum proprios fuiſſe ludos ſcenicos, quae vel προηγουμένως, vel κατ᾽ ἐπακολούθημα ad Bacchi honorem referrentur. DIOGENES LAERTIVS in Platone lib. III. c. LVI. Θρασύλος δέ φησι κατὰ τὴν τραγικὴν τετραλογίαν ἐκδοῦναι αὐτὸν τοὺς διαλόγους· οἷον ἐκεῖνοι τέτρασι δράμασιν ἠγωνίζοντο, Διονυσίοις, Ληναίοις, Παναθηναίοις, Χύτροις· ὧν τὸ τέταρτον ἦν Σατυρικόν· τὰ δὲ τέτταρα δράματα ἐκαλεῖτο τετραλογία. Trina, quae diximus, Liberalia habes heic expreſſa: nam quae ἁπλῶς vocantur a DIOGENE Dionyſia, ea ſunt, quae in vrbe celebrabantur menſe Elaphebolione. Per Chytros intellige, τὰ ἀρχαῖα Dionyſia, ſiue Antheſteria. Quanquam Dionyſia, quae proprie Antheſteria dicebantur, die vno Chytros praecedebant: die enim duodecima menſis Antheſterionis celebrari ſolita ea Dionyſia: Chytri vero die decima tertia. De illis diſerte THVCYDIDES libro II. et DEMOSTHENES aduerſus Neaeram. De Chytris Scholiaſtes Ariſtophanis ad Acharnenſes: ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ ἄγονται οἵ τε Χύτροι, καὶ οἱ Χόες ἐν Ἀθήναις, τῷ Διονύσῳ, καὶ Ἑρμῇ. οὕτω Δίδυμος. ἤγετο δὲ ἡ ἑορτὴ Ἀνθεστηριῶνος τρίτῃ ἐπὶ δέκα, ὡς Φιλόχορος. Panathenaea Hecatombaeonis, qui Auguſto congruit, celebrabantur. Multa etiam de his obſeruat in eodem opere SCALIGER: quae, melius eſt, apud ipſum legi. Porro in tetralogiis ſuis videntur poëtae id ſtuduiſſe, vt tragoediae omneis cuiusque tetralogiae affinis eſſent argumenti. Sic ex Aeſchyleis

hypo-

hypotheſes cognatas habent treis iſtae fabulae, Agamemnon, Choëphori et Eumenides; quae cum Proteo ſatyrico, alia eiusdem fabula, tetrologiam vnam conficiebant. Atque ita digeſta erant omnia Aeſchyli, et aliorum tragicorum dramata in veterum criticorum didaſcaliis, de quibus multa diſſeruimus ad librum VI. Athenaei c). Singulis autem tetralogiis nomina indebantur ab argumento: vt Pandionidi Philoclis, de qua paullo poſt: ſic et illa Aeſchyli, de qua modo dicebamus, *Oreſtia* nomen habuit: videlicet τετραλογία. ARISTOPHANES in Ranis:

Πρῶτον δέ μοι τὸν ἐξ Ὀρεστίας λέγε.

Scholia ibi: τετραλογίαν φέρουσι τὴν Ὀρεστίαν αἱ διδασκαλίαι, Ἀγαμέμνονα, Χοηφόρους, Εὐμενίδας, Πρωτέα σατυρικόν. Addit vero eruditus ille Grammaticus, Ἀρίσταρχος δὲ καὶ Ἀπολλώνιος τριλογίαν λέγουσι χωρὶς τῶν Σατυρικῶν. Cur Ariſtarchus et Apollonius, nobiliſſimi critici, in tragicorum dramatis recenſendis, tantum tragoediarum, non etiam Satyricarum rationem habuerint, quod hic Scholiaſtes ait, ex iis, quae ante docuimus, non eſt obſcurum. Oſtendimus enim, lib. I. c. III. p. 98. Satyricas non inter ſeria opera eſſe habitas, ſed tanquam parerga pictorum et ἐπιφυλλίδας. Adde, quod Satyricae fabulae argumentum nihil commune habuit cum hypotheſibus trium tragoediarum, quae vt plurimum circa eamdem aut affinem verſabantur materiam. Ergo ob haſce cauſſas pars criticorum didaſcalias dramatum tragicorum in trilogias digeſſit, pars in tetralogias. Quod quidem magis fuiſſe probatum, ea mihi perſuadetur ratione, quia τριλογιῶν tragicarum nulla apud veteres mentio

c) *Caſaub.* Animaduerſ. in Athenaeum p. 413. ſeq. Sunt autem *didaſcaliae* vel ipſae fabularum actiones editionesue, vel ſcripta ea, quibus explicatur, vbi, quando, quomodo, et quo euentu fabulae fuerint actae. *Ram.*

tio occurrit d): tetralogiarum vero plura exempla in ſequentibus ſumus allaturi. His expoſitis ὡς ἐν προθεωρίας μέρει, accedamus iam ad poëtarum σατυρογράφων recenſum: et fabularum eius generis nomina, quae ſola hodie ſuperſunt, dramatis omnibus, vnico Euripidis excepto, amiſſis, colligamus. Vetuſtiſſimi omnium poëtae, qui in hoc albo nomen profitentur ſuum, duo illi ſunt, THESPIS et PRATINAS, quibus inuentionem huius poëſeos tributam eſſe, initio diatribae iſtius c. V. diximus. Nos tamen neutrius iſtorum fabulam vllam Satyricam a veteribus inuenimus laudatam. Ad alios itaque pergamus. *Pratinas* habuit antagoniſtas vel potius ἀντιδιδασκάλους, AESCHYLVM et CHOERILLVM, poëtas tragicos. Poſteriorem horum fabulas docuiſſe CL. auctor eſt SVIDAS: e quarum numero ſaltem aliquas fuiſſe ſatyricas, non dubito: etſi nemo, quod ſciam, veterum id ſcribit. De AESCHYLO in vita ipſius legimus: ἐβίωσεν ἑξήκοντα καὶ τρία ἔτη. ἐν οἷς ἐποίησε δράματα ἑβδομήκοντα, καὶ ἐπὶ τούτοις Σατυρικὰ ἀμφὶ τὰ πέντε. νίκας δὲ τὰς πάσας εἴληφε τρισκαίδεκα. Si verum eſt, quod heic dicitur, quinque tantum Satyricas fabulas ab AESCHYLO fuiſſe compoſitas, tragoedias vero LXX, quum toties in certamen tragici carminis deſcenderit, terdecies etiam victor e theatro redierit: fatendum neceſſario, non ſemper τετραλογίαις eum ἀγωνίσασθαι. An igitur in numero error commiſſus, et ſcribendum ἀμφὶ τὰ ιέ, ſiue πεντεκαίδεκα? Ita fuerint omnino AESCHYLI dramata LXXXV, quod eo minus auſim affirmare, quia index fabularum eius poëtae, qui hodie ſupereſt, cum vulgata lectio-

d) Huc facit illa Ariſtarchea Platonis librorum diuiſio apud Laërtium lib. III. Ἔνιοι δὲ, ὧν ἐστι καὶ Ἀριστοφάνης ὁ γραμματικὸς, εἰς τριλογίας ἕλκουσι τοὺς διαλόγους. Sed haec Ariſtarchi et Apollonii, qui omiſſo ſatyrico dramate τριλογίαν introducere conati ſunt, ſententia paucis fuit probata. *Ionſius* de Script. Hiſtor. Philoſ. pag. 101. vbi haud pauca tetralogiarum exempla afferuntur. *Ram.*

lectione, quae LXXV. dramata ei tribuit, fere conſentit *e*). SVIDAS contra, emendationem noſtram confirmat: qui fabulas ſcripſiſſe ait Aeſchylum XC, viciſſe autem vicies octies. ἔγραψε τραγῳδίας ϟ. νίκας δὲ εἷλεν κή. οἱ δὲ τρισκαίδεκα φασι. Iuuat etiam, quod ex eodem auctore ſupra referebamus de Pratina, quicum Aeſchylo fuit certamen: quinquaginta eum fabulas compoſuiſſe: e quibus duae ſupra traginta eſſent Satyricae. Vbi tamen, ne in poſteriore numero peccatum ſit, contrario errore atque in Aeſchyli vitae, vehementer dubito. Hic poëta cum in cetera poeſi excelluit, tum in Satyricis ſcribendis praecipuam gloriam ſibi peperit. Ceteris enim omnibus tragicis praeſtare hac laude, eruditis eſt viſus. DIOGENES LAERTIVS, lib. II. in Menedemo cap. CXXXIII. καὶ δὴ καὶ Ἀχαιῷ προσεῖχεν ὥπερ καὶ δευτερεῖον ἐν τοῖς Σατύροις, Αἰσχύλῳ δὲ τὸ πρωτεῖον ἀπεδίδου. AESCHYLI Satyricum drama extat hodie nullum. In catalogo, qui adhuc ſupereſt, Satyricae aliis fabulis ſunt permixtae, omiſſa voce, quae illas a ceteris ſeparabat. Neque vero per τετραλογίας more veterum criticorum fabulae ſunt ibi digeſtae; ſed tantum κατὰ στοιχεῖον enumeratae. Vnicam ex omnibus, quae ibi nominantur, fuiſſe Satyricam auctor admonet; ita ibi ſcribitur: ΚΙΡΚΟΙ Σατυρικοί. Nos legendum eſſe non dubitamus: ΚΙΡΚΗ Σατυρική. HESYCHIVS: Ζυγώσω δαμάσω, κλείσω, καθέξω. Αἰσχύλος, Κίρκη Σατυρική. Alibi ſine διακριτικῷ epitheto: Vt Αὐτόφορβος, αὐτοφάγος. Αἰσχύλος, Κίρκη *f*). Satyrica etiam fuit, quae

e) Deperditarum Aeſchyli tragoediarum indicem, qualem graeca in Aeſchylum ſcholia exhibent, *Bibliothecae Graecae* lib. II. cap. XVI inſeruit, multisque obſeruationibus auxit *Fabricius*, qui et *Meurſii* de tragoediis Aeſchyli Diſſertationem, Tomo X. Gronouiani Antiquitatum Graec. Theſauri inſertam, iure ſuo laudat. *Ram.*

f) pag. 630. et 1589. Tom. I. edit. Lugd. Bat. 1746. Corrupte in Catalogo tragoediarum Aeſchylearum, cuius auctor ignoratur, Κίρκοι Σατυρικοί. *Ram.*

quae ante hanc ibidem recenſetur. Quamobrem ita ſcribi debuit: ΚΗΡΥΚΕΣ Σατυρικοί. IVLIVS POLLVX libro X. capite XIX. εἴρηται τοὔνομα ἐπὶ ἀμφοτέρων (malim ἀμφορέων) ἐν Σατυρικῷ δράματι Κήρυξι τοῖς Αἰσχύλου· στενόστομον τὸ τεῦχος g). Idem capite XLIX. φαίης δ' ἂν καὶ σισύραν, Αἰσχύλου ἐν Κήρυξι Σατυρικοῖς λέγοντος, Καὶ τῆς σισύρης τῆς λεοντίας h). Alibi ſimpliciter Κήρυκας nominat, quod ſaepe faciunt et Grammatici et ſcriptores alii omnes. Libro nono: φαυλὸν τὸ λογγάζειν, ἐν τοῖς Κήρυξι τοῦ Αἰσχύλου i). Tres fabulas ſub Promethei nomine, ſed cognominibus diuerſas ſcripſerat AESCHYLVS: harum fuiſſe vnam Satyricam, et in eadem cum Phineo, Perſis ac Glauco Potnienſi tetralogia collocatam, teſtatur vetus auctor hypotheſeos in Perſas. Ait enim: ἐπὶ Μένωνος τραγῳδῶν Αἰσχύλος ἐνίκα Φινεῖ, Πέρσαις, Γλαύκῳ Ποτνιεῖ, Προμηθεῖ. Ecquem vero Prometheum e tribus eiuſdem nominis fabulis intelligeret, diuinandum nobis hic Grammaticus reliquit. Nos Prometheum πυρφόρον ſiue πυρκαέα ſignificari hic putemus. Nam τὸν δεσμώτην non poſſe intelligi, fabula ipſa arguit, quae hodie extat: ne λυόμενος quidem eſt, opinor: aliud enim ſuadent fragmenta eius dramatis, quae ſuperſunt non pauca k); ὁ πυρφόρος igitur erit. Quare ita

g) i. e. *dicitur hoc nomen de amphoris in ſatyrico dramate Aeſchyli, Praeconibus ſcilicet, vas anguſti oris.* p. 1230. edit. Hemſterhuſ.

h) i. e. *dixeris vero etiam Siſyram, ſecundum Aeſchylum in Praeconibus ſatyricis dicentem,* et ſiſyrae e pelle leonina. p. 1377. edit. Hemſterh. Eſt autem σισύρα veſtis barbarica e pellibus ferinis, vel quodcunque operculum craſſum ac vile; quare et cancri σισυρενδῦται, tegmine ſpiſſo induti, vocantur. *Ram.*

i) *Pollux* lib. IX. c. 8. p. 1121. ed. Hemſt. *Heſychius* Tom. II. p. 492. edit. Lugd. Bat. Λογγάζει, ὀκνεῖ, διατρίβει. *Ram.*

k) Quosdam Promethei ſoluti verſus affert *Strabo* lib I. p. 58. edit. *Almelov.* Adde *Dionyſium Halicarn.* lib. I. c. 41.

ita ſcribendum in indios: ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ ΠΥΡΦΟΡΟΣ (ſiue πυρκαεὺς, auctore *Polluce* l) ſub finem libri noni) Σατυρικός. Sed videamus, ne mutato verborum ordine, ita potius ſcribendum ſit apud hunc Scholiaſten: ἐνίκα Φινεῖ, Πέρσαις, Προμηθεῖ, Γλαυκῷ Ποτνιεῖ. Nam quum moris ſit criticis, in recenſendis tetralogiae cuiusque fabulis, poſtremo loco Satyricam nominare: ſi quidem vulgatam lectionem ſequimur, nullum dubium, quin Prometheus heic poſitus fuerit drama Satyricum. At ex Scholiaſta Theocriti colligi poteſt, Glaucum Potnienſem eius generis fuiſſe: quare non Prometheus, ſed hic, vltimo loco erat ponendus. Verba illius Scholiaſtae ſunt haec; τοὺς Σατύρους ἀκρατεῖς οἱ πλείονές φασιν, ὡς καὶ τοὺς Σειληνοὺς καὶ Πᾶνας, ὡς Αἰσχύλος μὲν ἐν Γλαυκῷ, Σοφοκλῆς δ' ἐν Ἀνδρομέδᾳ. In eodem indice recenſetur et CERCYON: quae fabula nomen habuit a Cercyone, patre Alopes; de qua poëtae interpretes ad Catalogum. Hanc quoque AESCHYLI fabulam charactere ſatyrico ſcriptam obſeruabamus. HESYCHIVS; Εὐλημῶντες,

c. 41. *Hyginum* Poeticῶν Aſtronom. lib. II. c. 6. et alios. Ipſe adeo *Cicero* Quaeſt. Tuſcul. lib. II. c. 10. viginti octo Aeſchyli e Prometheo verſus latine redditos profert, qui, quoniam in Promotheo δεσμώτῃ non reperiuntur, (is enim hodie extat,) deſumti eſſe videntur e Prometheo λυομένῳ. Quod et *Fabricio* placet B. Gr. l. II. c. 16. *Ram.*

l) lib. IX. c. 8. ſegm 156. Docet *Pollux*, Aeſchylum aeque ac Sophoclem fabulas quasdam inſcripſiſſe πυρκαεύς, quod incenſorem ſignificat. Ac vere. Aeſchylus enim ſcripſit Prometheum πυρκαέα, Sophocles Nauplium πυρκαέα, cuius etiam eſt Ναύπλιος καταπλέων, ab *Heſychio* ad v. τρίτος κρατήρ p. m. 1421. Tom. II. citatus. *Menrſius* in Aeſchylo vtramque tragoediam, Προμηθέα πυρφόρον et πυρκαέα, diuerſam fuiſſe arbitratur, vt nimirum πυρφόρος ſit, qui ignem aetheria domo ſubductam gentibus intulerit, πυρκαεὺς vero, qui excitarit incendium. Eidem ſententiae fauet *Hemſterhuſius* ad Pollucem l. c. p. 1140. *Ram.*

ματεῖ, λήματος καὶ ἀνδρείας ἒυ ἔχει. Ἀισχύλος Κερκυόνη Σατυρικῷ, melius Κερκύωνι m). Κερκύων, vt Αμφιτρύων. Apud Euſtathium tamen Κερκύονι. Scribendum in Aeſchyleo catalogo, ΚΕΡΚΥΩΝ Σατυρικός. POLLVX libro X. c. XLV. εἶεν δ᾽ ἂν καὶ ἀμφωτίδες τοῖς ἐνωτίοις πέλας ἐν Κερκίωνι Ἀἰσχύλου n): HESYCHIVS: ἀπεψύχη, ἀπεπνευματίσθη. Αἰσχύλος Κερκύωνι Σατυρικῷ. Ita enim ſcribendum. Alibi: Ἄμβωνες, αἱ προσαναβάσεις τῶν ὀρῶν. Ἀισχύλος Κερκύωνι, καὶ Σισύφῳ. Vtrumque drama videtur fuiſſe Satyricum: etſi neque ex Heſychio, neque ex Polluce, qui ſaepius citat, licet id cognoſcere; in indice plenior inſcriptio, Σίσυφος δραπέτης o). Satyricum item drama fuit *Proteus*. Propterea ſcribendum in indice, ΠΡΩΤΕΥΣ Σατυρικός, HESYCHIVS: Ἄμαλα τὴν ναῦν, ἀπὸ τοῦ ἀμᾶν τὴν ἅλα. Ἀισχύλος Πρωτεῖ Σατυρικῷ: idem: ἐπάσω, ἐκτήσω. Ἀισχύλος Πρωτεῖ Σατυρικῷ p). Ad tetralogiam Oreſtiam hoc drama pertinuit. Praeter comici interpretem, cuius teſtimonio ante ſumus vſi, idem teſtatur et Grammaticus ille, qui Hypotheſi Agamemnonis haec ſubiecit: ἐδιδάχθη τὸ δρᾶμα ἐπὶ ἄρχοντος Φιλοκλέους, ὀλυμπιάδι εἰκοστῇ ὀγδόῃ: ἔτει δευτέρῳ. πρῶτος Ἀισχύλος Αγαμέμνονι, Χοηφόροις, Ἐυμενίσι, Πρωτεῖ σατυρικῷ. In numero Olympiadis largiter peccat hic Grammaticus, vel qui

m) p. 1511. Tom. I. edit. Lugd. Bat. 1746. in fol.

n) Deprauata eſt, quam Noſter ſequitur, lectio. Veram reſtituit *Iungermannus*, qui ſic legendum cenſet: ἆεν δ᾽ ἂν καὶ ἀμφωτίδες ἐκ τῶν σκευῶν Πλάτωνός τε εἰκόντος, καὶ ἐν Κερκύονι Ἀισχύλου

Ἀμφωτίδες τοι τοῖς ἐνωτίοις πέλας.

V. Hemſterhuſianam Pollucis editionem l. c. *Ram.*

o) Tom. I. p. 447. et 268. Aeſchyli Siſyphus alius eſt δραπέτης, *fugitiuus*, alius πετροκυλιστὴς, *ſaxum voluens*, Heſychius Tom. I. p. 1758. ad v. θώψας habet πετρῳ κυλισθεὶς, ſed male. *Ram.*

p) pag. 258. et 1316. edit. Lugd. Bat.

qui eum deſcripſit. Nam legendum ἑβδομηκοστῇ ὀγδόῃ pro εἰκοστῇ ὀγδ. aut, quod verum eſſe non dubito, (niſi in nomine Archontis latet error:) τῇ ὀγδοηκοστῇ ὀλυμπ. Nam olympiade LXXVIII. nullus fuit Archon Athenis eo nomine: at anno altero olympiadis LXXX. Philocles ἦν ἄρχων, inquit DIODORVS SICVLVS libro XI. Nemo ignorat, librorum deſcriptores nusquam maiore ſocordia et perfidia vſos, quam in numeris. Cuius rei exempla inſignia, vel in iis, quae de Aeſchylo ſcribunt veteres. Nam in antiqua illius vita ita legimus in poſtremis doctiſſimorum hominum editionibus: συνεχρόνισε Πινδάρῳ, γεγονὼς κατὰ τὴν τεσσαρακοστὴν ὀλυμπιάδα. Haec lectio falſiſſima. Sed alii libri habent ἑξηκοστῇ. De hac quoque ſcriptura dubito: conſtat enim, Aeſchylum in pugna Marathonia cum fortiſſimo viro Cynaegiro, fratre ſuo, ſtrenue pugnaſſe, adhuc iuuenem. Atqui ſi vel vltimo anno olympiadis LX. ponimus eſſe natum: tempore pugnae illius annorum inuenietur minimum XLII. Tot enim numerantur ad ſecundum olympiadis LXXII, quo anno in Marathoniis campis commiſſa illa pugna. Rurſus apud SVIDAM leguntur haec verba: ἠγωνίζετο αὐτὸς (ὁ Αἰσχύλος) ἐν τῇ θ'. ὀλυμπιάδι, ἐτῶν ὢν κέ, *certauit ipſe*, inquit, *cum eſſet annorum* XXV, *olympiade nona*. Et pueri intelligunt, deeſſe heic numerum maiorem, qui minorem praecedebat. Omnino igitur ſcribendum: ἐν τῇ ξθ' ὀλυμπιάδι. Quodſi vere proditum eſt, *Aeſchylum* Olympiade LXIX fuiſſe natum annos XXV, alio iam argumento probatum habemus, quod modo dicebamus: videri natalem illius male collocari in LX. olympiade. Lego igitur in ſuperiore loco ex eius vita: γεγονὼς κατὰ τὴν τρίτην καὶ ἑξηκοστὴν ὀλυμπιάδα. Quare tempora vitae tragici illius nobiliſſimi ita digeremus. Natus circa annum tertium olympiadis LXIII. Exeunte olympiade LXIX, quum eſſet annorum XXV, dramata ſua coepit publicare. Anno ſecundo olympiadis LXXII. Marathone contra Perſas pugnauit, anno aetatis

XXXV.

XXXV. Olympiadis LXXVI anno IV Menone praetore Athenis victoriam e ſcena reportauit, edita tetralogia iſta, Phineo, Perſis, Glauco Potnienſi et Prometheo. Agebat tum *Aeſchylus* annum aetatis LIII. Olympiadis vero LXXX anno altero, cum eſſet Athenis praetor Philocles, publicata eſt ab ipſo Oreſtia tetralogia, anno vitae LXVII. Poſt haec contulit ſe, coactus ſolum vertere, in Siciliam ad regem Hieronem, quem poſt olympiadem LXXVI regnare coepiſſe, Pindari vetus interpres affirmat. Ibique Aeſchylus, altero aut tertio poſt anno, in exilio diem ſupremum obiit. Recte haec ita digeri a nobis, etiam illud argumento eſt, quod in vita Aeſchyli ſcribitur: exilio ipſius occaſionem praebuiſſe Eumenidum fabulam, quum poëta Furias in ſcenam adeo horribili ornatu induxiſſet, vt populum vniuerſum terror inuaderet, pueri e pauore exanimarentur, grauidae mulieres abortum facerent. Eumenides enim in Oreſtia fuerant tetralogia. Itaque falſum erit aut mendoſum, quod ſcribitur in vita, obiiſſe ipſum anno aetatis LXV. Paullo enim plures vixiſſe, modo dicta arguunt. Sed iam ad inſtitutum redeamus. Inuenimus aliquando laudari hunc poëtam *ἐν σατυρικῷ*, nullo praecedente alio nomine. *Heſychius*: Ἀποφύλιοι, ξένοι, οἱ μὴ ἔχοντες φυλήν. Ἀισχύλος σατυρικῷ, hoc eſt, vt nos interpretamur, in aliquo dramate Aeſchyli e Satyricis. Vix enim credam, ita generale nomen alicui fabulae inditum: etſi factum ſcimus aliquando, probauimusque ad Athenaeum q). Eiusmodi titulus fuit fabulae Ionis tragici, *μέγα δρᾶμα*, apud Pollucem et Heſychium *). Non eſt dubium, praeter

q) Heſych. Tom. I. p. 497. edit. L. B. Sunt, qui Κερκύωνι vel Πρωτεῖ excidiſſe putent. *Suidas* habet ἀποφώλιοι, eamque vocem Aeſchylum adhibuiſſe dicit. Frequens eius vſus apud *Homerum* Odyſſ. Ξ. v. 182. Θ. v. 177. Λ. v. 248. Quae *Caſaubonus* ad Athenaeum lib. X. c. 7. p. 723. monet, pertinent ad Sophoclis Σατύρους, de quibus mox. *Ram.*

*) *Pollux* lib. X. c. 45. ſegm. 177. p. 1367. edit. Hemſterh.

has fuiſſe etiam alias ex Aeſchyleis fabulis ſatyricas: quia tamen, ipſis fabulis amiſſis, nullum apud veteres eius rei argumentum inuenimus, coniecturis noſtris non indulgebimus. Idem dicemus de *Phrynichi* Tragici fabulis, qui paullo ante Aeſchylum vixit, et docendis tragoediis celebre nomen eſt adeptus. Multa de hoc veteres. Glaucus vero, qui de Aeſchyli fabulis ſcripſerat, aſſerere non eſt veritus, Aeſchyli Perſas e Phrynichi Phoeniſſis *παραπεποιῆσθαι*. Fabulas huius recenſet Suidas, e quibus aliquot Satyricae procul dubio; ſed quas a ceteris diſtinguere, e ſolis, quae reſtant nominibus, periculoſae res ſit aleae.

Nobiliſſimus tragicorum ſecundum Aeſchylum SOPHOCLES; cuius fabulae ſatyricae hae pauculae, haud dubie e pluribus, ſunt nobis obſeruatae. ΑΜΥΚΟΣ *σατυρικός*. ATHENAEVS libro nono: *τῆ τον λαγὸν αἰτιατικῆ, ἀκόλουθός ἐστιν ἡ παρὰ Σοφοκλεῖ ἐν Αμύκῳ σατυρικῷ πληθυντικὴ ὀνομαστικὴ. Γέρανοι, κορῶναι, γλαῦκες, ἴκτινοι, λαγοί* r). Alibi ſimpliciter *Ἄμυκος*: vt libro tertio eiuſdem. ΑΜΦΙΑΡΑΟΣ *σατυρικός*. Huius multi meminerunt; ſed fabulam fuiſſe ſatyricam pauci admonent. Vide, quae ſcripſimus Animaduerſionum in Athenaeum libro VII, capite IV. s). ΑΧΙΛΛΕΩΣ ΕΡΑ-

r) *Athen.* lib. IX. p. 400. edit. Caſaub. 1611. Legendum omnino: *τῇ τὸν λαγὸν ἑνικῇ αἰτιατικῇ κ. τ. λ.* Quae verba ſignificant, accuſatiuo ſingularis numeri *λαγὸν*, reſpondere apud Sophoclem in Amyco ſatyrico nominatiuum pluralem: Grues, cornices, noctuae, milui, *λαγοὶ*, i. e. lepores. Eaſdem voces mox repetit Athenaeus, quem ibi multum video in illuſtranda vocis *λαγος* dialecto varia. *Ram.*

s) Teſtimoniis e Scholiaſte Ariſtophanis in Ranas et Veſpas, nec non ex Strabone lib. IX, Erotiano et Heſychio allatis, probat Caſaubonus, extitiſſe olim hoc drama Sophocleum. Ego vero facere non poſſum, quin *Athenaei* locum lib. X. p. m. 454. excitem, vbi Sophocles in Amphiarao Satyrico aliquem, qui litteras

ΕΡΑΣΤΑΙ σατυρικοί. Et huius fabulae apud multos habetur mentio. Quod autem Satyrica fuerit fabula, dudum deprehendimus ex verbis Scholiaſtae Ariſtophanis, quae chorum e Satyris conſtitiſſe non obſcure ſignificant. Satyros autem tragoediam non poſſe ingredi, negat diſerte Demetrius rhetor, quod non ſemel diximus t). Lege, quae ad Athenaeum obſeruamus. ΕΠΙΤΑΙΝΑΡΩι, σατυρικῷ. Ita citatum inuenimus non ſemel, vt ibidem adnotauimus u). ΠΡΑΚΛΗΣ σατυρικός. De hac fabula multa ibidem notamus x): quod autem Satyrica fuerit,

I 3 rit,

ras ſaltet, τὰ γράμματα ὀρχούμενον, induxiſſe dicitur. Lepidam ſane rem, et dignam illo minutiarum ſtudio, cuius haud pauca veſtigia inter Graecos reperire mihi videor. Quis enim non rideat, cum *Thraſymachi* ſophiſtae monimento hoc epigramma inſculptum legat?

Τοὔνομα θῆτα, ῥῶ, ἄλφα, σᾶν, ῦμ, ἄλφα, χῖ, οὖ, σᾶν,
Πατρὶς Χαλκηδών, ἡ δὲ τέχνη σοφίη.

Plura habet Athenaeus l c. *Ram.*

t) Vid. ſupra lib. I. c. 2. p. 29. Verba Scholiaſtae ad Veſpas Ariſtophanis ſunt: καὶ ἐν τοῖς Ἀχιλλέως ἐρασταῖς δῆλον ὡς οὕτως ἐξείληπται. ἐπιδόντων γάρ τι τῶν Σατύρων εἰς τὴν γυναικίαν ἐπιθυμίαν, φησὶν ὁ Φοῖνιξ, Παπαῖ, τὰ παίδιχ' ὡς ὁρᾷς ἀπώλεσας. Nullum heic poëtae nomen, quod etiam *Heſychius* in ὀμμάτειος πόθος Tom. II. p. 751. edit. Lugd. Bat. omittit. Neque tamen dubium eſt vllum, Sophocleum eſſe drama idque ſatyricum, quoniam Satyros in eo obtinuiſſe, teſtatur Scholiaſtes. Pulcherrimos huius dramatis verſus affert *Stobaeus* ſermone 62. Cf. *Caſaub.* Animad. in Athen. lib. VII. c. 4. p. 485. *Ram.*

u) *Heſychius* in ἀργέμων Tom. I. p. 515. edit. L. Bat. et in αἰλαλίαν p. 218, vbi editiones quaedam habent, Σοφοκλῆς ἐπὶ παιενάροις. *Caſaubonus* emendat ἐπὶ Ταιναρίοις, Athenaei, vt videtur, auctoritate motus, qui lib. IX. p. m. 375. Sophoclem ἐπὶ Ταιναρίοις diſerte laudat. *Ram.*

x) Attendere nos iubet *Caſaubonus* l. c. ad Stephanum in χώρα, Heſychium in κύκλους, et Auctorem Etymologici in Βουθοίη, vbi epicus verſus e Sophocle affertur, qui etſi rarius, interdum tamen, apud poetas dramaticos legitur. *Ram.*

rit, probamus duplici *Pollucis* teſtimonio. Sic ille libro VII. cap. XXV. inſtrumenta coquinae recenſens: καὶ φιτροὺς δὲ τούτους λέγει ἡ ποιητικὴ φωνὴ ἐκλυμάδας, Σοφοκλῆς ἐν Ηρακλεῖ σατυρικῶ, συνέλεγον τὰ ξύλα ὡς ἐκλυμάδων [y]). Idem libro X cap. XXIV. hunc ipſum Sophoclis locum aliter legit. Ita enim ſcribit: προσθετέον δὲ τῷ μαγείρῳ καὶ ξύλα καύσιμα, καὶ κληματίδας, καὶ ἐκκαύματα, εἰπόντος Σοφοκλέους ἐν Ηρακλεῖ σατυρικῷ, συνέλεγον τὰ ξύλα ὡς ἐκκαυμάτων [z]). Adde his, ſi lubet, et tertium teſtimonium ex primo libro Athenaei. ΙΧΝΕΥΤΑΙ ΣΑΤΥΡΩΝ. Non poteſt eſſe dubium, quin ſatyricum fuerit drama. Nominantur Polluci et Athenaeo, vt ibidem oſtendimus [a]). ΚΩΜΟΣ etiam ſine dubio generis eiusdem fuit. Proprius enim Satyrorum ὁ κῶμος, vt ante cap. IV. extr. probauimus. Sed pro ΚΩΜΟC fortaſſe legendum ΜΩΜΟC in Heſychio, quod olim monebamus. Haec quoque, niſi fallor, in Satyricis cenſenda [b]). ΚΩΦΟΙ ΣΑΤΥΡΟΙ. Non repetemus, quae de hac fabula pridem obſeruauimus [c]). Illud potius addemus, videri eandem eſſe, quae ſimpli-

y) i. e. *Huiusmodi autem truncos poëtae et ſtipites vocant. Sophocles in Hercule ſatyrico: Ligna inſtar ſtipitum collegebam.* Conf. Homerum Iliad. Ψ. 123, et Odyſſ. M. 11. *Ram.*

z) i. e. *Adnumeranda etiam ſunt coquo ligna combuſtilia, ſarmenta et titiones, ſecundum Sophoclem, dicentem in Hercule ſatyrico: Colligebam ligna, ceu titionum.*

a) *Pollux* lib. X. c. 7. ſegm. 34. *Athenaeus* lib. II Ἰχνευτὰς ſolum habet.

b) Heſychius in ἀνθρωσκει T. I. p. 382. edit. Lugd. Bat. Μῶμος, quem Heſychius in Ἀμφίον et ἀνασύψαι laudat, alterius forſan fabulae nomen eſt, ſi non factae ſunt duae culpa librariorum, quae vna eſt. *Caſaub.* Animad. in Athen. p. 489. Fabulae huius, ſine dubio ſatyricae, rationem et argumentum cognoſcere licet ex Scholiaſte Pindari ad Nemeonic. IV. 95. *Ram.*

c) Animaduerſ. in Athenaeum lib. XII. c. 4. p. 489, et lib. X. c. 7. p. 723. Citatur ibi Intrepres Apollonii libro

ſimpliciter ΣΑΤΥΡΟΙ nominatur ab aliis. Ariſtides in Apologia communi, αὐτὴν ἐὰν ἴδωσι τὴν Ἑλένην, Ἑλένην λέγω θεράπαιναν ὁποίαν ἐποίησε Μένανδρος τὴν φρυγίαν τῷ ὄντι. παιδιὰν ἀποφαίνουσι τοὺς ΣΑΤΥΡΟΥΣ τοῦ Σοφοκλέους. Laudatur et ΣΑΤΥΡΙΣΚΟΣ Sophoclis. HESYCHIVS: Ἀρραγὲς ὄμμα, οὐ δακρύον, ὦ τρόπῳ φαμέν, κατέρράγη μου δάκρυον, Σοφοκλῆς σατυρίσκῳ d). Non videtur eſſe illa fabula, quam Κωφοὺς σατύρους inſcripſerat. Et fortaſſe σατυρικῷ legendum: quaſi diceret, in aliquo e dramatis ſuis Satyricis. Vide paullo ante in Aeſchylo pag. 131. Ita ſunt accipienda etiam Athenaei verba e libro X. e). Ὁ Σοφοκλῆς ἐν δράματι σατυρικῷ φησὶν, ὡς ἄρα

— — τὸ πρὸς βίαν πίνειν
Ἴσον κακὸν πέφυκε τῷ διψῆν βίᾳ.

ΑΝΔΡΟΜΕΔΑ. Satyricen fuiſſe hanc fabulam, ex vnico interprete Graeco Theocriti cognoſcimus f). Eius verba in Aeſchylo ante pag. 128. produximus. ΥΒΡΙΣ

I 4 σατυ-

libro primo, de inſecto loquens. quod ἴουλος Graecis, *centumpes* Latinis dicitur. Qui ſolos Sophoclis σατύρους allegant, nec quidquam addunt; quo drama hoc ab aliis dignoſcatur, vel proprium dramatis nomen omittunt, vel, quod *Caſaubono* placet, vnam aliquam Sophoclis fabulam, *Satyrus* aut *Satyri* inſcriptam, ſignificant. *Ram.*

d) *Heſychius* Tom. I. p. 549. edit. Lugd. Bat.

e) *Athen.* Deipnoſ. lib. X. p. 428. edit. Caſaub. *Sophocles* in dramate ſatyrico dicit,

— — *Vi coactum bibere,*
Aeque malum eſt, ac ſitim vi perferre.

f) Scholiaſtes Theocriti Idyll. IX. Eiusdem dramatis *Pollux* lib. X. c. 26, *Heſychius* in ἀμβλύσκει, κουρεῖον, et σαλητὸν, nec non Athenaeus meminerunt. Quae Heſychius ex ea fabula affert, maxime corrupta videntur *Caſaubono*, qui omnia emendat, *Animadv. in Athen.* p. 484. *Ram.*

σατυρικῆ. Vide, ſi lubet, quae de hac fabula pridem obſeruauimus ad VII. Athenaei *g*).

Sophocli aetate proximus fuit ACHAEVS, Euripide aliquanto natu maior. Nam hunc ex illo quaedam eſſe mutuatum, obſeruant veteres; in his Athenaeus libro VI. De hoc *Suidas*: ἐπεδείκνυτο δὲ κοινῇ σὺν Εὐριπίδῃ ἀπὸ τῆς πγ'. ὀλυμπιάδος. Videtur hoc dicere: Achaeum

g) „Stobaei margines capite de obliuione haec verba nobis exhibent: *Sophoclis in contumelia Satyri.* Vellem ipſa graeca verba antiquiſſimarum editionum docti viri in nuperis editionibus retinuiſſent. Melius longe de noſtris ſtudiis eſſent meriti. Coniicio ex iſtis, Sophoclis Ὕβριν fabulam ſatyricam fuiſſe „ Haec *Caſaubonus* Anim. in Athen. l. VII. c. 4. p. 495.

Omiſit Noſter in recenſendis Sophocleis dramatibus ſatyricis paucula, quae facere non poſſum, quin adiiciam. Venit enim in hunc cenſum Σαλαμίνη, ſiue Σαλαμίνιοι σάτυροι, cuius fabulae mentionem facit *Galenus*, diſputans de ſignificatione vocis κέμφιξ, quam Heſychius exponit πνοή, ψυχή, αἱ του ἡλίου ἀκτῖνες. Vid. *Galeni* Opp. Claſſ. III. edit. Baſil. 1561. Comment. I. in VI Hippocratis de morbis vulgaribus p. m. 311. Neque Σίσυφος Sophoclis ex hoc catalogo expungendus videtur. Ipſe adeo *Caſaubonus* Animadv. in Athen lib. VII. c. 4. p. 493. hoc drama ſatyricum fuiſſe putat ideo, quod eiusdem generis fuit Siſyphus Euripidis, teſte *Aeliano* lib. II. cap. 8. Equidem *Fabricius* Bibl. Gr. lib. II. c. 17. p. 630, *eodem argumento*, inquit, *colligere licebit*, *Palamedem Sophoclis quoque fuiſſe ſatyricum*: at humani quid paſſus eſt vir doctiſſimus, nec cogitauit, in tetralogiis veterum vltimo loco poni ſolere fabulam ſatyricam, reliquas plerumque tragicas eſſe, raro comicas. Quare ex ea, cuius apud *Aelianum* l. c. mentio eſt, tetralogia Euripidis, quae Alexandro, Palamede, Troianis, et Siſypho ſatyrico conſtabat, colligi nullo pacto poteſt, Palamedem vel Euripidis vel Sophoclis ſatyrici fuiſſe argumenti. Reſtat Ναυσικάα, quae *Athenaeo* lib. I. et *Polluci* lib. X. c. 12. nominatur. Eam vero totam Homericam, ac ſatyricam potius, quam veram tragoediam fuiſſe, monet *Caſaubonus* Animadv. in Athen. lib. VII. c. 4. p. 491. *Ram.*

Achaeum et Euripidem celebres fuiſſe antagoniſtas in Attico pulpito. Ἐπιδείκνυσθαι pro *fabulam docere* translatitium eſt. De praeſtantia Achaei in Satyricis fabulis exſtat apud Laërtium Menedemi iudicium, quod ſupra p. 126, cum de Aeſchylo ſermonem haberemus, attulimus. Nota ſunt nobis illius dramata Satyrica iſta. ΑΙΘΩΝ σατυρικός. Athenaeus libro X. Ἀχαιὸς ἐν Αἴθωνι σατυρικῷ, τοὺς σατύρους ποιεῖ δυσχεραίνοντας ἐπὶ τῷ ὑδαρῆ πίνειν, καὶ λέγοντας·

Μῶν Ἀχελῶος ἦν κεκραμένος πολύς;
Ἀλλ' οὐδὲ λῆξαι τοῦδε τῷ γένει θέμις.
Καλῶς μὲν οὖν ἄγειν σκυθιστὶ καὶ πιεῖν [h]).

Similis ſententiae duo alii loci ſunt apud eundem libro nono [i]). — ΑΛΚΜΑΙΩΝ σατυρικός. Athenaeus lib. IV. Ἀχαιὸς ὁ Ἐρετριεὺς ἐν Ἀλκμαίωνι τῷ σατυρικῷ Καρυκκοποιοὺς καλεῖ τοὺς Δελφοὺς διὰ τούτων, Καρυκκοποιοὺς προσβλέπων βδελύττομαι [k]). Alibi ſine diſtinctionis nota, vt libro XI. Ἀχαιὸς ὁ Ἐρετριεὺς ἐν Ἀλκμαίωνι, ἀντὶ τοῦ κύλικας παραγώγως κυλιχνίδας εἴρηκε διὰ τούτων,

Ἀλλ' ὡς τάχιστα δεῦρο δὴ μόνον φέρειν,
Κοινόν τε χρὴ κρητῆρα, καὶ κυλιχνίδας [l]).

I 5 ΗΦΑΙΣ-

h) i. e. *Achaeus in Aethone ſatyrico, Satyros inducit moleſte ferentes, quod dilutius vinum bibiſſent his verbis:*
Permixtusne fuit Achelous multus?
Eum tangere, ne genis quidem, nobis fas:
Ac Scytharum more vitam degere et bibere, pulchrum.
Athenaeus Deipnoſ. l. X. p. 427. edit. Caſaub.

i) lib. IX. p. 376. ed. Caſ.

k) *Achaeus Eretrienſis in Alcmaeone ſatyrico Delphos ipſos* καρυκκοποιοὺς, *h. e. exquiſiti cibi praeparatores, ita vocat: Caryccopoeos iſtos contuitus, abominor.* Athen. lib. IV. pag. 173. Paucis interiectis idem Achaeus citatur, Delphos per riſum atque contemtum caupones vocans. Satyrici enim poetae Delphos, circa ſacrificia et epulas aſſidue verſantes, perſtringere ſolent. *Ram.*

l) *Achaeus Eretrienſis in Alcmaeone pro* κύλιξ *deductam inde vocem* κυλιχνίδα *vſurpauit, his verbis: Sed huc quam citiſſime*

ΗΦΑΙΣΤΟΣ σατυρικός. Athenaeus libro XIV: οἱ παλαιότεροι ἁπλῶς τραπέζας ἔλεγον, ὡς Ἀχαιὸς ἐν Ἡφαίςῳ σατυρικῷ:

> Θοίνη σε πρῶτον τέρψομεν· πάρεςι δέ.
> Τὸ δεύτερον δὲ τῷ με κηλήσεις τρόπῳ,
> Μύρῳ σε χρίσω πάμπαν εὐόδμῳ δέμας.
> Ὕδωρ δὲ νίψαι χεῖρας ου πρόσθεν δίδως,
> Ναὶ καὶ τράπεζά γ' ἐκποδὼν ἐπαίρεται m).

ΙΡΙΣ σατυρική. Athenaeus in tractatu de griphis: Ἀχαιὸς ὁ Ἐρετριεὺς γλαφυρὸς ὢν ποιητὴς περὶ τὴν σύνθεσιν, ἔσθ' ὅταν καὶ μελαίνει τὴν φράσιν, καὶ πολλὰ αἰνιγματωδῶς ἐκφέρει, ὥσπερ ἐν Ἴριδι σατυρικῇ· λέγει γαρ: Λιθάργυρος δ' ὄλπη παρηωρεῖτο χρίσματος πλεκτὸν σπαρτιάτην γραπτὸν ἔφη κύρβιν· ἀντὶ τοῦ σπαρτιάτην σκυτάλην. Haec ſunt corrupta, et quidem eo genere, de quo ſaepe diximus: cum aliquid propterea eſt omiſſum a librariis, quia ab auctore fuerat repetitum. Heic igitur cum poetae verba repetantur ab Athenaeo, illa interpretante: Achaei teſtimonium dimidia ſui parte truncatum eſt. Melius in Epitoma, vt olim adnotauimus. Scribe igitur: Λέγει γὰρ, Λιθάργυρος δ' ὄλπη παρηωρεῖτο χρίσματος πλεκτὸν σπαρτιάτην γραπτόν κύρβιν. πλεκτὸν σπαρτιάτην ἔφη κύρβιν ἀντὶ τ. Σ. Loquitur poëta de ampulla olei, cui appenſum lorum. Locus ita vertendus: *Achaeus Eretrienſis etſi poëta eſt nitidus in compoſitione dictionis, aliquando tamen orationem obſcurat, multaque*

me afferre oportet communem craterem et exiguos calices. Athen. lib. XI. p. 480. edit. Caſaubonianae, quae male habet Ἀρχαῖος pro Ἀχαιὸς. Ram.

m) *Antiquiores ſimpliciter menſas appellarunt, vt Achaeus in Vulcano ſatyrico:*

> *Conuiuio te primum exhilarabimus: ecce adeſt.*
> *Deinde vero mores vt meos manſuefacias,*
> *Vnguento linam totum corpus tuum fragranti,*
> *Nec aquam lauandis manibus prius dabo,*
> *Quam hinc amota ſit menſa procul.*

Athenaeus lib. XIV. pag. 641. edit. Caſaub.

taque effert per aenigmata, vt in Iride Satyrica. Ait enim: lapidi argentoque ſimilis (candida) ampulla vnguinis (olei) appenſum habebat plicatilem Spartiatam cyrbim, in quo ſcribi poteſt. πλεκτὸν σπαρτιάτην γράπτὸν κύρβιν dixit pro ſcytala laconica. Haec ferri poſſunt. Nos tamen aliud heic latere vlcus ſuſpicamur; neque de ampulla loqui poëtam, verum de quodam, qui loro appenſam ad cingulum, (vt moris erat, cum adibant gymnaſium aut balineas,) ampullam oleo plenam geſtabat. Hoc enim eſt ὄλπη παρηωρεῖτο. Ita igitur Achaei verba in priſtinum nitorem cenſemus eſſe reſtituenda:

Λιθάργυρος δ᾽ ὄλπη παρηωρεῖτο χρίσματος, ἀπὸ πλεκτοῦ σπαρτιάτου κύρβεως γραπτοῦ.

Iridis Achaei meminit etiam *Pollux* libro X. cap. XXXIV. Locum adſcribam, vt legi debet: quia corruptam eſſe vulgatam lectionem, doctiſſimi viri non animaduerterunt. Ἀκτήρια τὴν βακτηρίαν Ἀχαιὸς ἐν Ἴριδι ὠνόμασε. καλεῖ δὲ οὕτω καὶ τὸ τὸν ζυγὸν τοῦ ἅρματος, ἢ τῆς ἁμάξης ἀνέχον ξύλον, ὅταν ἄζευκτος ᾖ. ὃ στήριγμα καλεῖ Λυσίας n). *Heſychius*, ἐκολλόπωσε, συνήρμοσε κόλλῃ. Ἀχαιοὶ ἴριον. Corrige: Ἀχαιὸς Ἴριδι. — ΟΜΦΑΛΗ σατυρική. *Athenaeus* libro XI. Ἀχαιὸς ὁ τραγικὸς ἐν Ὀμφάλῃ, καὶ αὐτὸς περὶ γραμματικοῦ ποτηρίου ποιεῖ τοὺς σατύρους τάδε λέγοντας·

Ὁ δὲ σκύφος με τοῦ θεοῦ καλεῖ πάλαι,
Τὸ γράμμα φαῖνον, Δέλτ᾽, Ἰῶτα, καὶ τρίτον
Ο, Ν τοτ᾽ Υ πάρεισι. κοὐκ ἀπουσίαν
Ἐκ τοῦ πἀκεῖνα Σ ἄν, τὸ τ᾽ Ο κηρύσσετον o).

Erat

n) *Ἀκτήρια fuſtem nominauit Achaeus in Iride; eodemque nomine temonem currus appellat, ſiue prominens illud lignum, cum iugatus non eſt; quod Lyſias στήριγμα vocat.* Confer. *Suidam* in βοῦς ἕβδομος, (Tom. I. p. 449. edit. Cantabrig.) quae verba, in homines ſtupidos et ἄγαν ἀναισθήτους dici ſolita, Euripides in Erechteo et Achaeus in Iride adhibuerunt. *Ram.*

o) *Achaeus tragicus in Omphale de liberato poculo Satyros haec dicentes fingit:*

Iam

Erat ſculptum in poculo nomen ΔΙΟΝΥΣΟ: hoc eſt Διονύσου. Cur ſit omiſſum Υ, cauſſam pete ab ipſo Athenaeo. Heſychius: Φαναῖος Απόλλων. Αʼχαιὸς Οʼμφάλῃ. παρὰ Χίοις οὕτω λέγεται. Scripſerat et Ion Chius poëta tragicus Omphalam *): ſed id drama fuiſſe ſatyricum, nusquam lego. Achaei vero pleraſque fabulas, quarum mentio apud veteres, fuiſſe Satyricas ſuſpicamur. Eiusmodi erat, quam ſine nomine laudat *Heſychius* in iſtis: Νυμφόβας, Αχαιὸς, ὃς ἦν δεῖνος ἐπιβαίων ταῖς Νύμφαις. καὶ ἐν Μύροις. Βαβαὶ βαβαὶ βήσομαι γυναῖκες. Duae heic χρεῖαι ex Achaeo. Prior eſt, vox Νυμφόβας: quam explicat Heſychius. Lego autem, ὁ σειληνὸς ἐπιβαίνων ταῖς Ν. Alterius fabulae, quae heic laudatur, nomen correximus ad ſeptimum Athenaei p).

EVRI-

Iam diu me poculum dei vocat,
Literas monſtrans, delta, iota et tertiam
O, iuxta vero ν; ſequitur vltro volens υ,
Ac poſt id, quod σαν vocat is, et o.

Efficiunt hae literae coniunctae Διονύσο, pro Διονύσου. Itaque poſtrema littera deeſt, quod ideo factum putat *Athenaeus*, quoniam omnes Achaei littera *o* non ea ſolum, qua nunc pollet, facultate vtebantur, ſed etiam cum diphtougum ſignificaret. Σὰν, pro σ, more dorico dixerunt Satyri. Hinc equos, quibus impreſſa eſt nota litterae σ, σαμφόρας appellant Ariſtophanes in Nubibus, et alii. *Ram.*

*) Bato Sinopenſis de Ione hoc Chio poëta ſcripſit, eumque bibacem et in amorem maxime procliuem fuiſſe affirmat. Fuit autem Ion ille poëta tragicus, cuius librum de Chio citat Athenaeus in X. Eius non pauca citant Pauſanias in Ach. Eliac. I. Epitome Strabonis, Athenaeus lib. I. II. III. VI. X. Sextus Empiricus contra Mathem. fol. LXIX. Floruit Olymp. LXXII. CREN.

p) Quae *Caſaubonus* Animad. in Athen. lib. VII. cap. 2. pag. 477. diſputat, eo redeunt, non legendum eſſe ἐν Μύροις, quod Heſychius habet, ſed conſenſu librorum fere omnium, ἐν Μοίραις. Addit etiam, Hermippi comici fabulam eodem nomine laudari. *Ram.*

EVRIPIDIS eſt, quae ſola hodie ſupereſt in exemplum fabularum hoc genus, ΚΥΚΛΩΨ σατυρικός; de quo ſequenti capite. Laudatur et ΕΥΡΥΣΘΕΥΣ σατυρικός. *Stephanus* de Vrbibus in Τάρταρος, ὁ οἰκήτωρ ταρτάριος· καὶ διὰ τῆς ει διφθόγγου παρ' Ευριπίδη ἐν Ευρυσθεῖ σατυρικῷ. Plura de hac fabula Animaduerſionum in Athenaeum libro XI. cap. XIV. q). Laudatur et ΑΥΤΟΛΥΚΟC σατυρικός. Ioannes Tzetzes Chiliade VIII. hiſtoria CCII.

Ε'ν 'Αυτολύκῳ δράματι σατυρικῷ τὰ πάντα
Ε'υριπίδης ἀκριβῶς τὰ περὶ τούτου γράφει.

Argumentum fabulae vtcumque odorari eſt ex praecedentibus eius Grammatici verbis. *Pollux* libro X. c. XXIV. Ε'υριπίδης εἴρηκεν ἐν Αυτολύκῳ σατυρικῷ τοὺς ὄνους τοὺς λαρκαγωγούς. Idem cap. XLVI: μάλιϛα καὶ Ε'υριπίδου ἐν Α'υτολύκῳ σατυρικῷ εἰπόντος, σχοινίας γαρ ἵπποισι, φλοΐνας θ' ἡνίας πλέκει r). Duos autem Autolycos ediderat Euripides: nam in X laudatur Athenaeo 'Αυτόλυκος ὁ πρῶτος. An igitur ambo Satyrici? Ita putem. — ΣΙΣΥΦΟC σατυρικός. Anno primo Olympiadis

q) En *Caſauboni* verba! „Scribendum 'Ευριπίδης ἐν 'Ευρυσθεῖ, non 'Ευρυσθέα: nam τὸ α male adhaeſit fini huius dictionis ex ſequentis initio. Fabulae argumentum ex ipſo nomine ſatis notum. Nam Herculem nouit nemo, quin Euriſtheum norit. De Euryſtea muliere, nugae. Praeterea Euripidis *Euriſteum* non ſemel apud Stobaeum inuenies laudatum. *Pollux* lib. X. cap. 24. tragicum hunc laudat ἐν 'Ευρυσθένει σατυρικῷ. An pro 'Ευρυσθεῖ? Poteſt dubitari. „

r) *Maxime cum Euripides in Autolyco dicat: vimineas enim equis, et contextas habenas nectit.* Qui *vimineas* vertunt, σχοινίνας legere coguntur, quod Iungermanno aliisque placet. Euripidis Autolycum tetigit Caſaubonus et Anim. in Athen. lib. X. c. 2. p. 705. adde *Fabricii* Bibl. Gr. lib. II. c. 18. p. 648, vbi ex Diomede Grammatico notatur, in ſatyricis dramatibus perſonam Autolyci ſaepius fuiſſe introductam. *Ram.*

piadis XCI. produxit EVRIPIDES in theatrum tetralogiam, cuius dramata, Alexander, Palamedes, Troiani, et Siſyphus Satyricus. Certauit cum Xenocle, poeta obſcuro, a quo tamen victus eſt. Adeo τὸ θέατρον, quod olim Cratinus dixit, ἐνόσησε τὰς φρένας. Auctor Aelianus, cuius locum vide mox in Xenocle *). — ΣΚΙΡΩΝ σατυρικός. Huius nomen eruimus e deprauata apud *Pollucem* ſcriptura libro X. c. VII: τῶν ἀδοξοτέρων ἡ χαμευνὴ καὶ τὸ χαμεύνιον· ἐν γοῦν τῷ σατυρικῷ Κίωνι Εὐριπίδης φησί.

Σχεδὸν χαμευνὴ σύμμετρος Κορινθίας
Παιδός. κνεφάλλου οὐχ ὑπερτείνεις πόδα †).

Omnino ſcribendum τῷ σατυρικῷ σκίρωνι. Nam in Scirone multa dicebantur de puellis Corinthiis, auctore eodem Polluce libro nono. Τάχα δ' ἄν, ait, εἴη κόρη, ὡς Ευριπίδης ὠνόμασε παρθένον ἐν σκίρωνι. λέγων περὶ τῶν ἐν Κορίνθῳ ἑταιρίδων.

Καὶ τὰς μὲν ἄξει πῶλον * 'ἀνενδεῶς·
* ἐννάτας δε κάπειτα ἐπὶ τεττάρων
Φοιτῶσιν ἵππων ἀργυρῶν· φιλοῦσι δὲ
Τὰς ἐξ Αθηνῶν παρθένους, ἃς ἂν φέροι
Παλλάς. —

Ob-

*) *Siſyphum* Euripidis quoſdam ad Critiam tanquam auctorem retuliſſe, docet me *Fabricius* B. Gr. lib. II. p. 673, Meurſii Bibl. Atticam, et Baelii Lexicon allegans. Sunt contra, qui Critiam ex Euripide quaedam hauſiſſe, ac in ſua ſcripta transtuliſſe dicant, *Clementem* Strom. lib. VI. ſequuti. *Ram.*

†) *Minus nobilium eſt ſtorea, et lectus humilis. Quare in Scirone ſatyrico Euripides dicit: Fere ſtorea Corinthio puero commenſurata, puluinari pedem non praetendis.*,, Loquitur Euripides de lectulo meretricio, quem alter ad alterum tanquam opportunum et iuſtae longitudinis collaudat, ſiquidem ſuo pede non ſuperaret inferiorem ſpondam. Vide *Hemſterhuſium* ad Pollucem p. m. 1183. *Ram.*

Obſcurus eſt hic locus, quia verborum mendis ſententia obruitur *). Quam ob cauſſam in elegantiſſimo Pollucis codice, quem ſeruat regia bibliotheca, totius Euripideae *χρείας* nec vola nec pes apparet. Ita ſaepe obſeruauimus in libris antiquis, ea omitti ſolita a librariis, quae propter mendas non intelligebant. Videtur hoc voluiſſe, qui haec loquebatur: puellas Corinthias in vrbe ipſarum Corintho facile parabiles eſſe parua pecunia, cuiusmodi cudebatur Corinthi, qui *πῶλος* dicebatur, quod equi Pegaſi formam impreſſam haberet: easdem vero e poſtquam Athenas venerint, delicatulas euadere, et amatores ſuos ſumptibus exhaurire. Hoc venuſta allegoria exprimit poëta, facta alluſione ad primam notionem vocis *πῶλος*, quae pullum equinum ſignificat. In patria, inquit, conduci poſſunt mercede *πώλου* vnius: Athenis vero non venient, niſi quatuor equis argenteis: hoc eſt, tantam argenti ſummam pactae, quae parandis quatuor equis ſufficiat. Adamant enim, ait, *παρθένους* (id genus

u) Optime, ni fallor, hunc locum illuſtrauit, priſtinoque ſuo nitori reſtituit *Salmaſius*, cuius en lectionem:

> *Καὶ τὰς μὲν ἄξῃ πῶλον ἂν δίδως ἕνα,*
> *Τὰς δὲ ξυνωρίδ', αἱ δὲ κἀπὶ τεττάρων*
> *Φοιτῶσιν ἵππων ἀργυρῶν. Φιλοῦσι δὲ*
> *Τὰς ἐξ Ἀθηνῶν παρθένους, ὅταν φέροις*
> *Πολλάς.*

Egregia ſane emendatio, ſummisque eruditorum hominum laudibus excepta; niſi quod *φέροις* nonnulli legere malint *φέρῃ*, ſiue *φέρῃς*. Neque eſt, quod de verſuum iſtorum obſcuritate amplius queramur. Hoc enim volunt; *Et has quidem duxeris, pullum vnum ſi des; alias vero, ſi bigam:* (*ξύνωρις* enim aeque ac *ζεῦγος* pro bino numero graecis poetis vſurpatur.) *Sunt et quae quatuor equis argenteis copiam ſui faciant.* (*Φοιτᾶν* enim eſt verbum meretricum, quae ideo *Φοιτάδες* dicuntur.) *Adamant vero illae atticas virgines, ſi attuleris multas.* Lege, quae e Salmaſio afferuntur in Hemſterhuſiana Pollucis editione p. 1048. Sed praeclara etiam ſunt, quae diſputat Noſter, cuius in illuſtrando hoc loco diligentiam et *ἀκρίβειαν*, quis non miretur? *Ram.*

nus nummi Athenis, facie Palladis ſignificati,) Atticas, quas attulerit Minerua. Hypallage, pro, quae Mineruam exhibent in figura ſpectandam. In primo verſu ſcribi poteſt: Καὶ τὰς μὲν ἄξει πῶλος εἰς ἀνενδεῶς. In ſequenti opem deſidero meliorum codicum. Scironem Euripideam laudat etiam Athenaeus libro III, Stobaeus quoque ſermone XLIV.

Aequalis vixit Euripidi XENOCLES, cuius apud *Ariſtophanem* mentio in Ranis *): niſi hic alter potius eſt tragicus poëta, a quo fuit editus ΑΘΑΜΑΣ σατυρικός. Iam diximus ex Aeliano, contra Euripidem coronatum iſtum fuiſſe in certamine tragico; id iudicum imperitia y) aut

x) Ἡρ. ὁ δὲ Ξενοκλῆς; Δι. ἐξόλοιτο νὴ Δία.
Vbi vero Xenocles? Pereat ille per Iouem.
Vbi Scholiaſtes: *Filius Carcini, Xenocles traducitur ὡς ἄξιτος, vt rudis et impolitus in poëſi, et allegoriis plus iuſto indulgens.* CREN.

y) Bene *Anacharſis*, θαυμάζειν ἔφη, πῶς παρὰ τοῖς Ἕλλησι ἀγωνίζονται μὲν οἱ τεχνῖται, κρίνουσι δὲ οἱ μὴ τεχνῖται, *mirari ſe*, inquit, *qua ratione apud Graecos artifices quidem certent, ſed iudicium ferant artis imperiti.* Ariſtophanes in Veſpis ſe victum ait, ὑπὸ τοῦ μὴ γνῶναι καθαρῶς, *quod ſpectatores non ſatis laborem ſuum intellexiſſent.* Lucianus in Harmonide, ὁ πολὺς οὗτος λεὼς, αὐτοὶ μὲν ἀγνοοῦσι τὰ βελτίω κ. τ. λ. h. e. *populus iſte meliora neſcit, cum plurimi eorum ſellulariam exerceant artem: quem vero principes viri laudauerint, eum non de nibilo dilaudatum credunt, adeoque laudandum ſibi exiſtimant. Quapropter in certaminibus plures quidem ſunt, qui ſpectent, plaudant, explodant.* κρίνουσι δὲ ἑπτὰ, ἢ πέντε, ἢ ὅσοι δὴ, *iudicant vero ſeptem, aut quinque, aut quotcunque tandem.* — *Felices*, inquit Fabius apud Hieronymum Epiſt. ad Pammachium, *eſſent artes, ſi de illis ſoli artifices iudicarent. Poëtam non poteſt noſſe, niſi qui ſcit dogmatum varietates. Manu facta et oculis patentia magis probant artifices. Noſtra quam dura ſit neceſſitas hinc potes animaduertere, quod vulgi ſtandum eſt iudicio, et ille in turba metuendus, quem, cum videris ſolum, deſpicias.* CREN. Habent omnino, qui certamina Graecorum poëtica aeque ac muſica laudibus efferre

aut corruptela accidiſſe ſcribit Aelianus. Sic ſaepe legimus, praeſtantiſſimos poëtas a deterioribus victos, ſuffragiis Athenienſium: quos Graeci dicunt eleganter, ὑπὸ Ἀθηναίων καταϲπουδασθῆναι. Locus *Aeliani* eſt libro II. c. VIII. Κατὰ τὴν πρώτην, καὶ ἕκτην ὀλυμπιάδα, καθ' ἣν ἐνίκα Ἐξαίνετος ὁ Ἀκραγαντῖνος ϛάδιον, ἀντηγωνίσαντο ἀλλήλοις Ξενοκλῆς καὶ Εὐριπίδης. καὶ πρῶτός γε ἦν Ξενοκλῆς, ὅϛις ποτε ὗτός ἐϛιν, Οἰδίποδι, καὶ Λυκάονι, καὶ Βάκχαις, καὶ Ἀθάμαντι σατυρικῷ. τούτου δεύτερος Εὐριπίδης ἦν, Ἀλεξάνδρῳ. Γελοῖον δὲ, ὀυ γὰρ Ξενοκλέα μὲν ἡττᾶσθαι, Εὐριπίδην δὲ νικᾷν, καὶ ταῦτα τοιούτοις δράμασι. Adduximus pluſcula Aeliani verba, vt graues mendas tolleremus, quae primam et poſtremam periodos foedant. Tempus huius agonis falſiſſime heic deſignatur, anno primo olympiadis ſextae. Pro ἕκτης legendum ἐννενηκοϛῆς. Olympiadi XCI congruit nota heic

re ſatis nequeunt, habent, quod vel doleant, vel vituperent, ſi iudicum et athlothetarum imperitiam, animumque partium ſtudio nonnunquam deditum cogitent. Vtrumque vitium iudicibus haud raro exprobratum legimus; idque ipſum *Plato* de legibus lib. 2. ſignificaſſe videtur, de virtutibus boni prudentisque athlothetae diſputans. Quare in tanta iudicum peruerſitate fieri non poterat, quin praemia, optimo cuique erepta, peioris notae poëtis ac muſicis interdum concederentur. Cuius rei exemplum, praeter eum, de quo Caſaubonus dicit, Euripidem, habemus in *Pindaro.* Namque is, cum Thebis in certamen cum Corinna deſcendiſſet, imperitis auditoribus vſus eſt, ſuperatusque a muliere quinquies. Contigit id *Pindaro* vel ob ἀμουσίαν ruditatemque audientium, (Aelianus l. XIII. c. 25.) vel, quod Pauſanias in Boeoticis lib. IX. docet, τῆς διαλέκτε ἕνεκα, quandoquidem Corinna non, vt Pindarus, dorica canebat dialecto, ſed aeolica, quam Thebani, qui origine Aeolenſes erant, facile eſſent percepturi. *Ram.*

Caſaub. K

heic apposita. *Diodorus* [*]) libro XIII. pag. 204. παρὰ Ἠλείοις ἤχθη ὀλυμπιὰς πρώτη πρὸς ταῖς ἐννενήκοντα, καθ' ἣν ἐνίκα στάδιον Ἐξαίνετος ὁ Ἀκραγαντῖνος. Conſentit his etiam vetus Olympionicarum catalogus regiae bibliothecae, de quo plura diſces ex Euſebianis commentariis Ioſephi Scaligeri. Poſtremam periodum miſere perturbatam ita reſtituo: Γελοῖον δὲ (οὐ γάρ;) Εὐριπίδην μὲν ἡττᾶσθαι, Ξενοκλέα δὲ νικᾶν. Corrumpendo huic loco fuit ignoratio elegantiſſimae locutionis, οὐ γάρ [a]) quando cum interrogatione in mediam orationem infertur ſane quam venuſtiſſime, et ὡς Ἀττικώτατα. Habet ea phraſis affirmandi vim: vt ſi Latine dicas, quis neget? quis de eo ambigat? Idem auctor (Aelianus) libro VIII. c. XII. Παράδοξόν γε, οὐ γάρ; ἀληθὲς δὲ, ἐκπεσόντος Δημοσθένους ἐν Μακεδονίᾳ, Αἰσχίνης δὲ ὁ Ἀτρομήτου ὁ Κοθωκίδης ἐνευδοκίμει τοῖς Μακεδόσι. Ita ſcribendus hic locus [b]), quem viri eruditiſſimi non intellexerunt, fruſtraque emendare conabantur. Vertendum autem: *Mira ſane res: quis dubitet? at vera tamen: quum non ſtetiſſet Demoſthenes in Macedonia, Aeſchines ille Atrometis filius,*

z) E quo loco *Siculi* redarguitur *Samuel Petitus* lib. I. Miſcellan. c. 13. κατὰ τὴν ἀγορὰν ſcribendum contendens. CREN.

a) Vide de hac particula prolixe differentem *Matth. Devarium* de graecae linguae particulis pag. 277. ſeqq. edit. Norib. 1700. *Ram.*

b) Haec emendatio, auctore Cl. Ioach. Kuhnio p. 417. not. in Aeliani locum hunc, merito ſuo omne tulit punctum. *Virgilius* Aen. V. v. 850.

— — Quid enim? fallacibus auſtris
Et coeli toties deceptus fraude ſereni?

Vbi Seruius *quid enim?* interpretatur, quid ni? cur non? Graece dicerem τί γάρ; vel πῶς γὰρ οὔ; Etymolog. Magnum οὐ γάρ; τί δαί; καταφάσιν δηλοῖ ἀντὶ τοῦ, πῶς γὰρ ἄν; διατί γὰρ οὔ; *Dio Chryſoſt.* Orat. X. de Seruis p. m. 147. D. οὐδεὶς τῶν βλαπτομένων ἀπό τινος χρῆται ἐκείνῳ ὑφ' οὗ βλάπτεται. οὐ γάρ; *nemo laeſus a re quadam, vtitur eo, quo laeditur. quid ni?* CREN.

lius, ille inquam Cothocides, apud Macedones famam ingenii eſt aſſecutus. Ἐκπίπτειν et heic, et paullo poſt pro *obmuteſcere, non placere*, translatum ab hiſtrionibus, qui etiam Latinis *ſtare*, aut *non ſtare* dicuntur.

Aequalis item fuit Euripidi et PHILOCLES, tragicorum Satyricorum poëta, auctor tetralogiae Pandionidis, de qua locuti ſumus p. 131 quamque Ariſtoteles in ſuis didaſcaliis recenſuerat. Meminit eius Ariſtophanes in Auibus:

— — οὗτός ἐστι μὲν Φιλοκλέους
Ἐξ ἔποπος.

Vetus interpres c): οὗτος ὁ Φιλοκλῆς ἔποπα ἐσκεύασεν ἐν τῇ Πανδιονίδι τετραλογίᾳ, οὗ ἡ ἀρχή· Σὲ τῶν ἁπάντων δεσπότην λέγω. τὴν δὲ Πανδιονίδα τετραλογίαν Ἀριστοτέλης ἐν ταῖς διδασκαλίαις ἀναγράφει. Philoclem hunc Aeſchyli ἀδελφιδοῦν vocat *Suidas*, hoc eſt, ſorore eius natum, non autem fratre. Sic enim ancipitem vocem debere accipi, docet interpres Ariſtophanis, ἦν, ait, Φιλοπείθους υἱὸς ἐξ Αἰσχύλου ἀδελφῆς.

Philocli fuit filius Morſimus, et ex eo nepos ASTYDAMAS, vt praeter Suidam teſtatur Comici enarrator, cum ad Aues, tum ad Ranas: vbi perperam editum, ὃν ἔσχεν (Morſimus) Ἀμφιδάμαντα. Lege Ἀστυδάμαντα. Hic ASTYDAMAS filium habuit ſibi cognominem et ὁμότεχνον. Ambo enim eodem dicti nomine: ambo tragoediarum poetae. Scripſerunt multa, vel potius quamplurima. Nam patris fabulas numerant veteres CCXL, neque dubium, extitiſſe in his ſatyricas non paucas. Fabularum Aſtydamantis iunioris extant inſcriptiones aliquot. In his eſt ΗΡΑΚΛΗΣ σατυρικός.

K 2 Cuius

c) Hunc Philoclem μελοποιὸν vocat Scholiaſtes Ariſtophanis ad Veſpas. f. 461, et κωμῳδοποιὸν idem Theſmoph. f. 776, vbi eundem Ariſtophanes Philoclem ob capitis deformitatem deridet. Confer. eundem Scholiaſten et ad Ariſtophanis Aues fol. 554. CREN.

Cuius fabulae mentio luculenta apud Athenaeum, initio decimi: vbi plura ſcripſimus de verbis poetae d). Eodem titulo Sophoclis aliam ante p. 133 recenſuimus.

Sophoclis filius, et in tragoediarum Satyricorumque ſcriptione ſucceſſor, fuit ΙΟΦΩΝ. Videtur hic eſſe, cuius laudantur *Clementi Alexandrino* ΑΥΛΩΔΟΙ *σάτυροι*. Ipſe tamen comicum poëtam appellat, non tragicum. Locus eſt in primo Stromateo: Ἰοφῶν δὲ κωμικὸς ἐν Αὐλῳδοῖς σατύροις ἐπὶ ῥαψῳδῶν καὶ ἄλλων τινῶν λέγει. — καὶ γὰρ εἰσελήλυθεν Πολλῶν σοφιστῶν ὄχλος ἐξηρτημένος. An ſcripſerat Clemens ὁ τραγικὸς? An aliud agens hallucinatur? Nam equidem praeter Sophoclis filium, quem paternae ſcriptionis aemulum fuiſſe conſtat, alium eo nomine dramaticum poëtam noui nullum. *Suidas*: Ἰοφῶν, Ἀθηναῖος τραγικὸς, υἱὸς Σοφοκλέους τοῦ τραγῳδιοποιοῦ e).

Supe-

d) *Caſauboni* Animaduerſ. in Athenaeum lib. X. c. 1. p. 700. Nempe id agit Athenaeus initio libri X, vt ſingulos homines populosque vino deditos commemoret, ac quaedam voracitatis exempla proferat. De qua hiſtoriae δειπνοσοφιστικῆς parte dicturus, primo exhibet Herculem ἀδηφάγον, eiusque voracitatem tum ſimpliciter proponit ex *Aſtydamantis* Hercule ſatyrico, (cuius tamen nullos adfert verſus, vt praeclare docet *Caſaubonus* l. c.) tum *Epicharmi* auctoritate confirmat, recitatis quibusdam verſibus ex eius *Buſiride*, in quibus Hercules pingitur, prae vorandi auiditate faucibus, maxilla, dentibus omnibus ſonum edens, naſo ſibilans, et vtramque aurem mouens. Cf. *Eraſmi* Adagia p. m. 682. in Ἡρακλῆς ξενίζεται, *Hercules hoſpitio excipitur*, quod dici ſolet, vbi quis diutius in conuiuio commoratur, propterea quod iis, qui Herculem recepiſſent hoſpitio conuiuioque, diu erat exſpectandum, donec ille famem expleſſet. Nam famelicum commouere, parum erat tutum. *Ram.*

e) *Suidas* Tom. II. 128. edit. Cantabrig. in fol. vbi Scholiaſtes Ariſtophanis ad Ranas p. 214. de Iophonte diſſerens laudatur. Idem Grammaticus notat, Iophontem

Superioribus poëtis adnumerandus eſt et Homerus ille philoſophorum, PLATO, quem tetralogiam ſcripſiſſe, at non docuiſſe, narrat *Aelianus* Ποικιλ. libro II. cap. XXX. *f*) ἐπέθετο, inquit, τραγῳδίαι. καὶ δὴ καὶ τετραλογίαν εἰργάσατο. καὶ ἔμελλεν ἀγωνιεῖσθαι δοὺς ἤδη τοῖς ὑποκριταῖς τὰ ποιήματα.

Hactenus poëtas eos recenſuimus, qui per Theſpidis et Pratinae veſtigia ingredientes, tragicam et ſatyricam poëſin excoluerunt, et fabulas compoſuerunt Athenis docendas, quae propria ſedes eius poëſeos. Solos autem illos enumerauimus, quos indubitatis veterum teſtimoniis probare poteramus, ſatyricas fabulas ſcripſiſſe. Alioquin quot extitêre temporibus illis tragoediarum poëtae, tot et Satyricorum dramatum auctores fuiſſe, ex iis,

 quae

tem fabulis patris Sophoclis pro ſuis vſum eſſe. Mentionem eius ὡς ἐν παρόδῳ etiam fecit *Valerius Max.* lib. VIII. c. 4. extern. 12. *Ram.*

f) Vide omnino Schefferum et Koenigium adductum in Aeliani locum p. m. 122. edit. Argentorat MDCLXXXV. in 8; vt et Thomae Aldobrandini ac Aegidii Menagii Obſeruationes in Diogenem Laërtium lib. III. c. 56; item Ioh. Ionſium Holſatum in I. de ſcriptoribus hiſtor. philoſ. c. 16. p. m. 87. (al. p. 102.) CREN. Pauciſſima ſunt, quae Aldrobandinus, Menagius et Ionſius, quos omnes euolui, hanc in rem afferunt. Paullo plura habet *Fabricius* Bibl. Gr. lib. III. c. 1. p. 30. Aeliani locus egregie ſimul refutat eos, qui Platonem male de poeſi ſenſiſſe, eidemque infenſum fuiſſe, temere ſibi perſuadent. Dubitari enim non poteſt, quin ſummo adeo poeſeos amore flagrarit; neque ego ſolus ille ſum, qui Platonem poetis Graecorum legendis animum ita aluiſſe dicat, vt, quaecunque in illis ſuauia ſunt et iucunda, mentemque ſingulari quadam voluptate demulcent, ea omnia inde decerpſiſſe, et in ſcriptis ſuis, quibus elegantius nihil eſſe poteſt, expreſſiſſe videatur. Erudite pro more ſuo hoc argumentum perſequutus eſt *Fraguierius*, cuius Diſſ. *ſur l'uſage que Platon fait des Poëtes* extat in *Memoires de l'Academie des Inſcriptions et belles lettres* Tom. II. p. 115 ſeqq. edit. Pariſ. 1717. *Ram.*

quae ſuperius p. 117 ſeq. diximus, recte colligas. Iſti ſunt poëtae, quorum ſucceſſiones et dramata omnia in ſuis Didaſcaliis veteres critici ſingulari diligentia digeſſerant. Praeter hos vero et alii extiterunt tragici poëtae cum Athenis, tum alibi, qui Satyricas ſcripſerunt. Exemplo ſint *Python*, *Lycophron*, *Bion*, *Demetrius* g). Pythones aetate Alexandri duo fuerunt: vnus Catanaeus, alter Byzantius. Horum vnus, ſed incertum vter, creditus eſt ab eius aetatis hominibus, auctor fuiſſe dramatis ſatyrici ΑΓΗΝ inſcripti, quod actum conſtat in caſtris Alexandri, cum Liberalia exercitus agitaret, ſecundum Hydaſpen fluuium. Traducebantur eo dramatio, (ſic enim vocatur *Athenaeo* h)), Harpalus et Athenienſes, qui, quum Glyceram ſcortum ad illum miſiſſent, donati ab

g) Addo *Timoclem* Athenienſem, haud ignobilem ſuae aetatis Comoediarum ſcriptorem: niſi quis ex Athen. lib. IX colligere malit, fuiſſe eum tragicum. Forſan plures fuerunt Timocles, dramatibus ſcribendis olim clari. Vnus ex iis, quisquis ille demum ſit, ſcripſit Ικαρίους Σατύρους, quos laudat *Athenaeus* l. c. Male ibi codices quidam habent ἐν δικαρίοις Σατύροις, quod Dalecampius vertit *in Satyris bicipitibus*. Legendum autem, monente Caſaubono Animadv. in Athen. lib. IX. c. 18. p. 696, ἐν δ' Ικαρίοις Σατύροις, quam fabulam et Suidas inter Timoclea dramata agnoſcit. Eiusdem ſunt Δημοσάτυροι, Athenaeo lib. IV. p. m. 165. et Suidae v. Τιμοκλῆς nominati. *Ophelionis* et *Anaxandridis* olim extitiſſe Σατύρους, iidem auctores dubitare nos non ſinunt. *Cratini* Athenienſis Σάτυροι memorantur Scholiaſtae Ariſtophanis ad Equites, vnde *Fabricius* B. Gr. lib. II. c. 22. p. 754. colligere nos iubet, actam eſſe hanc fabulam Olymp. 88. Vide tamen, quae Noſter monet in fine huius capitis *Ram.*

h) Verba *Athenaei* lib XIII. p. m. 586. ſunt: ὁ δὲ γράψας τὸν Ἄγηνα τὸ Σατυρικὸν δραμάτιον, εἴτε Πύθων ἐστὶν ὁ Καταναῖος, ἢ αὐτὸς ὁ βασιλεὺς Ἀλέξανδρος, φησὶ κ. τ. λ. Sequuntur quatuor iſtius fabulae verſus, vnde colligere quis poſſit, *Agena* fuiſſe menſuram aſiaticam, in dimetiendo tritico adhiberi ſolitam. Videtur ab hac voce fabula nomen accepiſſe ſuum. *Ram.*

ab eo fuerant, neſcio quot modiorum tritici millibus. Nec multo poſt fugientem cum regia gaza regis ingratiis exceperunt. Quidam neutrum Pythonem, ſed ipſum Alexandrum eam fabulam compoſuiſſe memoriae prodiderunt. Excerpta ex primo Athenaei: Ὅτι Ἀγῆνα Σατυρικόν τι δρᾶμα ἀμφιβάλλεται, εἴτε Πύθων ἐποίησεν ὁ Καταναῖος, ἢ Βυζάντιος, ἢ καὶ αὐτὸς ὁ Βασιλεὺς Ἀλέξανδρος. Plura cognoſces ex eiusdem libro XIII. c. VI, vbi et de appellatione dramatis aliquid. Non autem dubitamus, hanc fabulam per ſe actam, nec tragoediae fuiſſe adnexam, ſicut fieri ſolitum Athenis. De Menedemo *Lycophronis*, qui inter illos Pleiadis ſeptem poëtas cenſeri meruit [i]), capite primo p. 20 aliquid attigimus. Satyricum fuiſſe drama, nequit ambigi. *Athenaeus* libro X. μαρτυρεῖ περὶ τούτων Λυκόφρων ὁ χαλκιδεὺς, γράψας σατύρους Μενέδημον, ἐν ᾧ φησὶν ὁ Σειληνὸς πρὸς τοὺς Σατύρους. Deinde ſubiicit pluſculos eius verſus, ſatyrici plane characteris. In ea fabula ſub Sileni habitu Menedemus philoſophus traducebatur: per Satyros vero diſcipuli illius intelligebantur. Vixit Lycophron Ptolemaei Philadelphi temporibus. *Bion* et *Demetrius* aetate longe inferiores: quos non multo ante Strabonis tempora floruiſſe, aut etiam aeuo illius, ex verbis Diogenis Laërtii, qui ſolus e veteribus illorum meminit, facimus coniecturam. Is libro IV. c. LVIII, quum decem Biones ingenio quondam claros enumeraret, nonum ponit in eo

K 4 albo

i) De poëtarum graecorum Pleiadibus, in quibus recenſendis variae ſunt et diſcrepantes Hephaeſtionis, Tzetzae, Suidae, aliorumque opiniones, peculiaris eſt Cel. *Nagelii* Diſſ., Altdorfii 1762. edita. Inclaruerunt ſeptem illi poetae tragici Ptolemaei Philadelphi et Berenices temporibus. De Lycophronis Menedemo plura habet *Menagius* Obſeruatt. in Diog. Laërt. lib. II. ſegm. 140. p. m. 132. Quam hodie habemus, Lycophronis *Caſſandram* ſiue *Alexandram*, drama obſcurum et μονοπρόσωπον, omnium optime edidit *Io. Potterus*, 1697 et 1702 fol. e theatro Sheldoniano. *Ram.*

albo iſtum, de quo loquimur. Ἔνατος, inquit, ποιητὴς τραγῳδίας, τῶν Ταρσικῶν λεγομένων. Recentem fuiſſe poëtam, duplici ratione oſtendit eruditiſſimus ſcriptor: *et* quod pene vltimum inter tam multos enumerat: *et* quod Tarſicorum poëtarum vnum ait fuiſſe. Sicut inter oratores extitere olim, qui a genere dicendi multis in Aſia familiari, dicebantur *Aſiatici* k); item qui ſimilem

k) Aſiatici oratores ſunt, genere qui vtuntur dicendi aſiatico, quod erat copioſum, tumidum ac redundans, vnde Petronius *ventoſam ac enormem loquacitatem* adpellauit in Satyrico p. m. 2. De eo *Cicero* in Bruto cap. XIII. *Aſiatici oratores*, inquit, *non contemnendi quidem nec celeritate, nec copia, ſed parum preſſi, et nimis redundantes. Rhodii ſaniores, et Atticorum ſimiliores.* In c. XCV. eiusdem libri retur, genus hoc *adoleſcentiae magis conceſſum, quam ſenectuti.* Cauſſa tumoris aſiatici in ſermone petenda videtur ab ingenio et natura gentis, quae ex opibus ſuperba ac vana. Legatus Rhodiorum apud *Liuium* lib. XLV. c. 23. *Non negauerim et totam Aſiae regionem inaniora parere ingenia, et noſtrorum tumidiorem ſermonem eſſe, quod excellere inter finitimas ciuitates videamur.* Octauius Caeſar Auguſtus in quadam ad M. Antonium epiſtola, apud Suetonium c. LXXXVI. ludens malum et inconſtans in eligendo genere dicendi ingenium eius: *Tuque dubitas*, inquit, *Cimberne, Annius, an Veranius Flaccus imitandi ſint tibi? ita vt verbis, quae C. Salluſtius excerpſit ex Originibus Catonis vtaris? an potius Aſiaticorum oratorum inanibus ſententiis, verborum volubilitas in noſtrum ſermonem transferenda?* Hieronymus ad Ruſticum: *Qui aſiaticum tumorem attico ſiccabant ſale.* Iulius Seuerianus p. m. 8. Syntomat. Rhetoric. princ. edit. Antwerpienſis MDLXXXIV. in 8., quae Lucas Fruterius Brugenſis primus in lucem edidit; *Quaerendum eſt*, inquit, *quo genere orationis vti debeat orator; Atticorumne nobis ſequenda ſit actio*, (forte dictio,) *qui breues adſtrictique ſunt et acres, pure inter res ipſas aculeosque verſantes, quique adfectum ex occulto petunt: An imitanda nobis ſit Aſianorum licentia, qui vagi ac fuſi, rapere potius adfectibus, quam diſputationibus perſuadere didicerunt. Sit tamen Romanus orator aſiatico preſſior, attico copioſior.* Vide Voſſii Inſtitut. Orat. l. et c. VI. p. 466. ſeq. CREN.

milem ob cauſſam *Rhodiaci*, de quibus Graeci Latinique rhetores multa: ſic poëtarum genus fuit, qui propter certum poëſeos characterem, quo plurimum vſi Tarſenſes, dicti ſunt *Tarſici*. Ideam eius poëſeos ex ſolo nomine velle diuinare, fanatici ſit hominis, aut oppido confidentis. Hoc tamen ſcimus, quod ad rem maxime facit, aetate Strabonis, quo tempore ſtudia literarum mirum in modum Tarſi florebant, extemporale genus dicendi Tarſenſibus proprium fuiſſe, tam in ſoluta, quam in aſtricta numeris oratione. *Strabo* libro XIV. de Athenodoro oratore Tarſenſi: *ἐπῆρεν αὐτὸν καὶ Ἀντώνιος, καὶ ἔτι μᾶλλον ἡ εὐχερεία, ἡ ἐπιπολάζουσα παρὰ τοῖς Ταρσεῦσιν, ὥστ᾽ ἀπαύστως* (vel *ἀπταίστως*) *σχεδιάζειν πρὸς τὴν δεδομένην ὑπόθεσιν* [l]). Et paullo poſt de poëſi Tarſenſium extemporali, et quidem tragica: *ὁ δε Διογένης καὶ ποιήματα ὥσπερ ἀπεφοίβαζε τεθείσης ὑποθέσεως, τραγικὰ ὡς ἐπὶ τὸ πολύ* [m]). Sed praeter extemporalitatem, quae et aliis in locis *ἐπεπόλασεν*, potuerunt aliae quoque eſſe notae huius ideae. Qui igitur Tarſenſium characterem imitabantur, ſiue oratores, ſiue poëtae, *Tarſici* ſunt appellati. Ταρσεὺς et Τάρσιος, qui Tarſi natus eſt, aut Tarſi ciuis: at Ταρσικὸς, qui Tarſenſes aemulatur, vt Ἀσιατικὸς et Ῥοδιακὸς. Ita interpretamur Diogenis verba, *τῶν Ταρσικῶν λεγομένων*: in quibus exponendis

l) h. e. *Extulit eum* (Boëthum, malum poëtam aeque ac ciuem,) *Antinous, multo autem magis leuitas Tarſenſibus tum familiaris, ita vt ad oblatum quoduis argumentum e tempore ſubito aliquid diceret.* Poſt vocem Ἀντώνιος addenda ſunt haec: καταρχὰς ἀποδεξάμενος τὸ γραφὲν εἰς τὴν ἐν Φιλίπποις νίκην ἔπος, quibus ſignificatur, probaſſe Antonium carmen, in partam ad Philippos victoriam a Boëtho ſcriptum. *Ram.*

m) h. e. *Verſus etiam Diogenes quocunque argumento propoſito, tanquam Apollinis inſtinctu concitatus, pronunciabat, tragicos plerumque.* Ad quem locum Caſaubonus: „Adeo fuit vſitatum Tarſenſibus, tragica carmina componere, vt Tarſica vocarentur eius generis poëmata, vt innuit Diogenes Laertius in Bione.„ *Ram.*

nendis clariſſimi viri nihil quam luſerunt hactenus operam. *Lilius Gyraldus* et *Hadrianus Turnebus* pro Ταρσικῶν emendabant Θαρσικῶν: ac quoniam *Bioneos ſermones* apud Horatium legerant *), Θαρσικοὺς poëtas tragoediarum ab audacia et inſolentia ſic denominatos putarunt. In quo viros ſummos vehementer ratio fugit. Repugnat enim helleniſmo atque analogiae, vt a θάρσος deriuetur θαρσικός: quum θαρσὺς aut θαρσαλέος dicant Graeci. At qui pro Ταρσικῶν ſcribi imperant σατυρικῶν, ab ipſo Diogene ſatis refelluntur: cuius verba libro V. de Demetrio, c. LXXXV. extr. τρίτος, Ταρσικὸς, σατυρογράφος. Sed dubitari non debet, verum eſſe quod diximus: extitiſſe olim genus et oratorum et poëtarum, qui *Tarſici* dicerentur: inter quos hi duo numerandi *Bion* et *Demetrius*, tragicorum et Satyricorum dramatum poëtae non ignobiles. Bionem hunc Aeſchyli filium *Gyraldus* appellat: ego non ambigo, multis poſt ſeculis natum, quod Tarſici appellatio manifeſto arguit. Sero enim, nec multo ante Geographum coepere litterarum ſtudia apud Tarſenſes florere: a quibus poſtea οἱ λεγόμενοι Ταρσικοὶ nomen inuenerunt. Poſtremo ſciendum, quo tempore vigebant Athenis tragici illi poëtae, de quorum Satyricis diximus: nonnullos etiam extitiſſe comicos, qui fabulas a ſe ſcriptas Satyros nominarent. *Anaxandridam* ἐν σατύρῳ laudat philologus Naucratita lib. III, et ſtatim *Ecphantidem* ἐν σατύροις: paullo prius *Phrynichum* ſimiliter ἐν σατύροις: eſtque in ſcholiis Comici fabulae illius aliquot locis mentio. *Timoclis* fabulam Δημοσατύρους, quaſi dicas Satyrorum populum, nominat idem Athenaeus libro IV, et libr. IX. Ικαρίους σατύρους poetae eiusdem.

Omnia

*) Horat. lib. II. epiſt. II. v. 60. Eiusdem, ni egregie fallor, Bionis apophtegma facetum *Cicero* Tuſc. Quaeſt. lib. III. c. 26. affert, in quo de Agamemnone, comam prae dolore euellente, dixit, *ſtultiſſimum regem in luctu capillum ſibi euellere, quaſi caluitio moeror leuaretur. Ram.*

Omnia haec dramata iſtorum comicorum, et ſi quae alia his ſimilia, toto genere fuerunt diuerſa a ſuperioribus Satyricis tragicorum poëtarum. Verum ita ſoliti eius aetatis comici, tragicis perſonis et argumentis comicos ſoccos interdum aptare, vt dicebamus ad Athenaeum libro VII. c. XXIII. vbi plura eius rei exempla a nobis allata. Quare non magis exiſtimare debemus, σατύρους inſcriptas horum comicorum fabulas, ſimiles fuiſſe tragicorum Satyricis: quam alias eorumdem, quae tragica argumenta titulo praeferebant, tragoedias fuiſſe.

CAPVT VI.

ARGVMENTVM.

Corollarium huius libri, ſiue in Cyclopem fabulam ſatyricam notae. Euripidis eſſe oſtenditur. Κώπης ἄναξ. ἀναπίπτειν. Athenaei locus animaduerſus. Satyricam eſſe probatur ex choro, ſcena, ornatu, tempore, quo docta fuit. Veris principium in Antheſterione. Alia argumenta ex natura ipſius fabulae. Exitus illius, triſtis an laetus ſit cenſendus? Obſeruatio ſuper inſcriptionibus dramatum. Hanc fabulam eſſe ἠθικήν. Ioci in ea multi illuſtrantur. Βλέφ' ὧδε. ἀνὴρ κρύσταλλον. διακροτεῖν. ἐκπατάσσειν. διακινάσσειν. Metra ſatyrica. Loca aliquot huius fabulae emendantur. Συνασπίζειν. εἰς δόμους ἀποθλίβειν ἀποδρύπτειν. αὐτὸς ἔχε. ἀποχνάνειν. βρύκειν. Δαναΐδες νύμφαι. λελημμένος πτέρυγος. ῥυσμός. δεδορκότως.

Quae de natura Satyricae in ſuperioribus diſputata ſunt, admonent nos, vt prius, quam huic libro finem imponimus, aliquid de ea fabula dicamus, quae ſola e tot veterum tragicorum Satyricis ad nos peruenit *o*): illu-

o) Extant nonnulla *Siſyphi* et *Autolyci*, dramatum Euripideorum, fragmenta, quae ſatyrici generis eſſe videntur *Barneſio*, de Euripide eiusque fabulis optime merito. Sed fac, non erraſſe *Barneſium*, ex omnibus tamen, quotquot olim fuerunt, fabulis ſatyricis, Cyclops ſola ac integra aetatem tulit. *Reiz.*

illuſtrari enim et confirmari, quae docuimus, non poſſunt melius, quam adlato in medium hoc exemplo et penſius paullo examinato. Ea fabula CYCLOPS eſt *p*): cuius patrem eſſe EVRIPIDEM, praeter conſenſum codicum, manifeſto arguit vel ſententiarum crebritas, e media interdum philoſophia petitarum: qui proprius ſemper habitus poëtae huius character *q*). Dictio quoque plane Euripidea, et qualis in aliis eius fabulis: niſi quod propter

p) Latino idiomate integram hanc fabulam expreſſit *Q. Septimus Florens Chriſtianus*, vt alios taceam. *Florentis* et verſionem, et notas, graecarum literarum ſtudioſis vtiliſſimas, vide infra ad calcem libri. Habes etiam *Ioſ. Scaligeri* caſtigationes eruditiſſimas in idem drama, ſubiunctas *Crenii* praefationi, quam huic noſtrae libri Caſauboniani editioni addi curauimus. *Ram.*

q) Laudant veteres Euripidis ſapientiam, et carminum virtutem. *Aelianus* Var. Hiſt. lib. 2. c. 13. Namque id agebat homo prudentiſſimus, vt egregiis ſententiis, tanquam ſtellulis, carmina ſua diſtingueret, lectorumque animos humanitatis virtutisque ſenſu compleret. Quo factum eſt, vt *dramaticum philoſophum* vocarent nonnulli, vtque *Socrates*, qui nunquam fere theatra frequentabat, ad Euripidis tragoedias audiendas auide accederet. Ob eandem poetae σοφίαν καὶ ἐν τοῖς μέτροις ἀρετὴν haud pauci ſcriptores Euripideis ſententiis vſi ſunt, easque libris ſuis, tanquam ornamenta, adſperſerunt. Hinc plurimi Euripidis verſus ſeruati fuerunt, quos velut

disiecti membra poetae

diligentiſſime poſt *Barneſium*, paullo negligentius hoc munere functum, collegit *Cel. Valkenarius*, edita Diatribe *in Euripidis perditorum dramatum reliquias*, Lugd. Bat. 1767. Quod de ſententioſo Euripidis dicendi genere diximus, comprobatur iis, quae *Q. Cicero* ad Tironem ſcribit *ad Diuerſ.* lib. XVI. ep. 8. Ibi enim, poſtquam hunc Euripidis verſum attulit,

Ψύχει δὲ λεπτῷ χρωτὶ πολεμιώτατον

h. e. *frigus tenui cuti inimiciſſimum*, ſtatim haec addit: *Cui* (Euripidi) *tu quantum credas, neſcio. Ego certe ſingulos eius verſus, ſingula eius teſtimonia puto. Ram.*

pter genus poëſeos maioris licentiae ſolutior eſt, interdum et ad plebis ſermonem propius accedit. Notat in Rhetoricis ARISTOTELES, vt durius dictum ab Euripide in Telepho, κώπης ἀνάσσειν *r*) quod genus loquendi etiam heic inuenies. Nam ait Silenus:

Ὁρῶ πρὸς ἀκταῖς ναὸς Ἑλλάδος σκάφος,
Κώπης τ' ἄνακτας σὺν στρατηλάτῃ τινί *s*).

Veteres etiam non alii, quam Euripidi attribuiſſe, facile probatur. ATHENAEVS, lib. I. de voce ἀναπίπτειν loquens: Εὐριπίδης Κύκλωπι, Ἀνέπεσε, φάρυγγος αἰθέρ' ἐξανιεὶς βαρὺν *ss*). Hodie in libris editis ἐξιεὶς: cetera eadem. Verum Athenaeus, qui ἀνέπεσεν heic accepit pro *ad menſam accubuit*, parum videtur cauiſſe. Neque enim ad cibum ſumendum accumbit menſae eo loci truculentus Cyclops: ſed poſt voratos duos ex Vlyſſis ſociis, epulis vinoque obrutus, grauia membra humi deponit, vt quieſcat. Praecedit hic verſus: Ἐπεὶ δ' ἑταίρων τῶν ἐμῶν πλησθεὶς βορᾶς Ἀνέπ. Et ſtatim: Ὁδ' ἔκπλεως ὢν τῆς ἀναισχύντου βορᾶς *t*). Melius igitur accipias pro *ſupinus cecidit, iacuit*; vel pro verbo ἐκλίθη; quo infra vtitur in eadem ſententia: Κλίθητί νῦν μοι πλευρὰ θεὶς ἐπὶ χθονός *tt*). Idem ATHENAEVS libro XIV. Εὐριπίδης ἐν Κύκλωπί φησι παλιούρου κλάδον. Reſpicit iſtum fabulae illius verſum; Ξεστοὺς δρεπάνῳ γε οὐκ, ἀλλὰ πα-

r) Cauſſam Ariſtoteles addit hanc, quod *imperare* maius quid ſignificet, quam vt *remo* conuenire poſſit. Τὸ δὲ inquit lib. III. cap. 2. n. 32, ὡς ὁ Τήλεφος Εὐριπίδου φησί, κώπης ἀνάσσειν, καὶ ἀποβὰς ἐς Μυσίαν, ἀπρεπές, ὅτι μεῖζον τὸ ἀνάσσειν, ἢ κατ' ἀξίαν. Eadem ratione vti quis poſſet, ad vituperandas illas Latinorum locutiones, *imperare vitibus*, *imperare agris fertilibus*, *imperare voci*, quae tamen apud auctores probos occurrunt. *Ram.*

s) Verſ. LXXXV. Numerus verſuum additus etiam eſt verſioni Florentis latinae.

ss) Verſ. CCCCVIII.

t) Verſ. CCCCXIV.

tt) Verſ. DXL.

les his; de quo melius conſtaret nobis, ſi dramata ipſa exſtarent, quae a plurimis olim poëtis fuerant edita ſub iis titulis. Hypotheſim Euripides mutuatus eſt ab HOMERO [a]): quem ſcribit *Ariſtoteles*, hac etiam laude ceteris praeſtitiſſe, quod primus μιμήσας δραματικὰς ἐποίησε. Satyricae cum tragoedia commune, genus argumentorum. Nam comoedia ipſa hypotheſim fingit, concinnatque perſonas, vt lubet. Tragoedia et Satyrica fabulas notas neceſſario recoquunt: et, vt ait Philoſophus, τῶν γενομένων ὀνομάτων ἀντέχονται· τοὺς γὰρ παρειλημμένους μύθους λύειν οὐκ ἔστι. Eamque ob cauſam ait idem, paucas domos eſſe, circa quas pulcherrimae tragoediae verſentur. Περὶ ὀλίγας, inquit, οἰκίας αἱ κάλλισται τραγῳδίαι συντίθενται. Quod etiam de Satyrica vere dixeris. Porro Vlyſſis actio integra eſt, ſed vnica et ſimplex. Proinde fabula non eſt ἐπεισοδιώδης, quod vehementer damnat Ariſtoteles. Implicita quoque non eſt: πλοκὴν, inquam, non habet, neque περιπέτειαν aliquam memorabilem, aut agnitionem: quae ſunt abſolutae omnibus numeris tragoediae, propriae laudes. At in Satyrica non omnes illae perceptiones locum habent, quibus tragoediae legitimae perfectae partes κατὰ τὸ ποιὸν Philoſophus χαρακτηρίζει: etſi in plerisque nulla eſt omnino differentia. Hoc amplius fabula haec, vt multae etiam tragoediae, auctore Ariſtotele, ἠθικὴ eſt, potius quam παθητική. Scopus poëtae, docere ipſo fabulae exitu, ſuis quemque moribus fortunam ſibi fingere [b]). Itaque Vlyſ-

a) Odyſſ. X. Dudum obſeruarunt viri eruditi, multa ab *Euripide* in eundem ſenſum dicta, iisdemque haud raro verbis expreſſa eſſe, quibus vſus eſt *Homerus*. Exempla pete ex Erneſtiana Homeri editione. Ipſum fabulae Euripideae argumentum infra docebit Florens. *Ram.*

b) Hoc eſt CICERONIS dictum Paradoxo V cap. I. in Orat ad Caeſarem de rep. ordinanda in principio, *Res* inquit, *docuit id verum eſſe, quod in Carminibus Appius*

Vlyſſem inducit non ſolum prudentem ac probum; ſed interdum etiam de virtute et pietate φιλοσοφικώτερον praecipientem. Vt in illa pulcherrima ad Polyphemum oratione, quam ita claudit:

> — τὸ δ᾽ εὐσεβὲς
> Τῆς δυσσεβείας κἀνθελοῦ· πολλοῖσι γὰρ
> Κέρδη πονηρὰ ζημίαν ἠμείψατο c).

At

pius ait, *Fabrum eſſe ſuae quemque fortunae.* Idem SALLVSTIVS initio Belli Iugurthini: *ſuam quippe culpam auctores ad negotia transferunt. Quod ſi hominibus bonarum rerum tanta cura eſſet, quanto ſtudio aliena ac nihil profutura, multumque etiam periculoſa petunt: neque regerentur magis, quam regerent caſus, et eo magnitudinis procederent, vbi pro mortalibus, gloria aeterni fierent.* VIRGILIVS lib. X. Aeneid. v. CXI.

> — — — *Sua cuique exorſa laborem*
> *Fortunamque ferent* — — —

CORNELIVS NEPOS XXV. XI. 6. *Sui cuique mores fingunt fortunam.* Et XXV. XIX. I. *Supra ſignificauimus, ſuos cuique mores plerumque conciliare fortunam.* COLVMELLA lib. I. cap. 3. *Quemadmodum ſapientis eſt, fortuitos caſus magno animo ſuſtinere: ita dementis eſt, ipſum ſibi malam facere fortunam.* Sed hoc argumentum accurate et ex profeſſo tractauit *Franciſcus Baco de Verulamio* Vicecomes S. Albani in ſuo diſcurſu: *Faber Fortunae.* CREN.

c) Pertinet huc et verſ. DXXI, quo rixas et bella ex compotationibus oriri docet Vlyſſes:

> Πυγμὰς ὁ κῶμος, λοίδορόν τ᾽ ἔριν φιλεῖ.

Nec non verſus DXXXV, quo ſignificat, ſapienter agere eum, qui bene potus domi maneat:

> Ὃς δ᾽ ἂν μεθυσθεὶς γ᾽ ἐν δόμοις μένῃ, σοφός.

Egregie his aliisque verſibus *Euripides* eum expreſſit Vlyſſis characterem, quem ſtatim ab initio Odyſſeae deſcripſit *Homerus.* Ibi enim prudens conſiliique plenus, nec non calliditate, conſtantia, ciuium et ſociorum amore conſpicuus apparet. Verſutiam Vlyſſis vel ex ipſa hac Euripidis fabula cognoſcere licet. Cy-

Caſaub. L clopem

At Polyphemus contrarium ἦθος, ſummamque immanitatem pari impietate iunctam, non magis declarat factis, quam oratione *d*): vt in iſtis:

ʽΟπλοῦ-

clopem enim peremturus, eiusque oculum ingentem exuſturus, doloſe agit, nec quidquam omittit, quod ad monſtrum hominis callide circumueniendum facere poteſt. Ipſe adeo V. CCCCXLVII. *doloſam machinationem* ſe adhibiturum dicit: δόλιος, inquit, ἡ ᾽πιθυμία. Quare Satyrorum chorus recte pergit:

Πῶς δαί; σοφόν. τοῖσ᾽ ὄντ᾽ ἀκούομεν πάλαι.

Σοφὸς autem, ſi quid video, *callidum* heic ſignificat, non ſapientem. *Ram.*

d) Diſplicet omnino Euripidis Polyphemus, nec ferendus vllo pacto videtur, ſi, qualem *Theocritus* Idyll. XI. exhibuerit Polyphemum, cogites. Is enim tantum abeſt, vt immanitate barbarus ſit et ferox, vt potius Galateam deperiat, dulcesque amoris querelas cantu mitiget. At Euripideo illo Cyclope nihil excogitari poteſt turpius, nihil, quod legentium animos magis offendat. Auidiſſima enim eſt peſſimi hominis voracitas, ac fames vere cyclopia, quam ſimulac ita expleuit, vt venter inſtar carinae onerariae ad tabulata vsque repletae gemat, nec capere quidquam amplius poſſit, tum demum hilarem ſe beatumque praedicat. Ita enim ille verſu D et ſeqq.

Παῖ, παῖ, παῖ. πλέως μὲν οἴνου
γάνυμαι δὲ δαιτὸς ἥβῃς,
σκάφος ὁλκὰς ὡς γεμισθεὶς
ποτὶ σέλμα γαστρὸς ἄκρας.

Eandem voracitatem ſpirant illa, quae idem v. CCCXXXII. profert. Namque nulli deorum, ſed ſibi, ventrique maximo ſacra ſe offerre, profitetur, ideoque totis diebus bibere, edere affatim, id demum Iouem eſſe, ſibi perſuadet.

Ἃ ᾽γὼ οὔ τινι θύω, πλὴν ἐμοί, (θεοῖσι δ᾽ οὔ,)
καὶ τῇ μεγίστῃ γαστρὶ τῇδε δαιμόνων.

Quae cum legerem, in mentem veniebat id, quod Paullus ad Philippenſes c. III. v. 19. dicit de iis hominibus, ὧν ὁ θεὸς ἡ κοιλία; quorum guloſitatem animumque

Ὁ πλοῦτος ἀνθρωπίσκε τοῖς σοφοῖς θεός,
Τὰ δ᾽ ἄλλα, κόμποι καὶ λόγων εὐμορφίαι e).

Et mox idem:

Ὡς τόγε πιεῖν τε καὶ φαγεῖν τ᾽ οὐφ᾽ ἡμέραν,
Ζεὺς οὗτος ἀνθρώποισι τοῖσι σώφροσι,
Λυπεῖν δὲ μηδὲν αὐτόν f).

Satyri vero in hac fabula medium ἦθος obtinent; quantumque ab Vlyſſis virtute, tantum a Cyclopis feritate crudeli abſunt. Itaque liberantur quidem; verum aliena virtute, non ſua: nec certe ipſorum conſilio, ſed caſu fortuito, qui Vlyſſem in illam partem Siculi littoris compulit. Quoniam autem ea fine Satyri adhibentur, vt riſum excitent, fiatque hilaris fabula: vbique Silenum et Satyros videas heic ludere et iocari. Quare hoc dramate nihil ἱλαρώδέστερον. Quid ſuauius, quam τὸ παρωδικὸν μέλος, ſiue primum canticum chori ſcenam ingredientis, et pecus cogentis, ipſasque oues et hircos ἀγροικικῶς compellantis? Sileni φιλονία, quot locis, quam lepide traducitur, et quam facete? Idem iuſſus a Cyclope ſuo hero animum aduertere, eius imperium in riſum vertit ac iocum. Dixerat ille: βλέπετ᾽ ἄνω καὶ μὴ κάτω g):

que libidinibus inhiantem hic expreſſum vides Cyclopis exemplo, ficto illo quidem, ſed tamen tali, vt quanta ſit vitii illius turpitudo, facile intelligas. Nihil dico de Cyclopis impietate, qua Iouem ridet, quamque vt ex animo eiiciat, nec pietate potiorem faciat, vehementer ſuadet Vlyſſes v. CCCIX, addita ratione hac, quod inhoneſta lucra magnum ſaepe concilient malum. *Ram.*

e) V. CCCXIV.

f) V. CCCXXXIV.

g) Verſ. CCIX. Vſitatiſſima eſt et haec Graecis formula: οὗτος βλέψον δεῦρο, quam totidem verbis latine reddidit *Plautus* loco paullo poſt cit. *Ram.*

quae formula eſt attendere iubentis. Sic in Trachiniis *Sophoclis* ait Deianira ad Licham:

Οὗτος, βλέφ' ὧδε. πρὸς τίν' ἐννέπειν δοκεῖς;

Et in Oedipode tyranno,

Οὗτος σὺ πρέσβυ, δεῦρό μοι φώνει βλέπων
ὅσ' ἄν σ' ἐρωτῶ.

Sic apud PLAVTVM Amphitruo: II. II. 118. *Soſia, age! me huc aſpice. Spećto* b). At Silenus capite reſupinato, verba Cyclopis hoc faceto reſponſo excipit:

Ἰδοὺ πρὸς αὐτὸν τὸν Δί' ἀνακεκύφαμεν.
Καὶ τ' ἄστρα καὶ τὸν Ὠρίωνα δέρκομαι i).

Rogatus idem, ecquid paratum eſſet prandium, πάρεστιν inquit: ὁ φάρυγξ εὐτρεπὴς ἔστω μόνον k). Lepidiſſimus etiam ille locus, vbi Cyclopis metu non magis Vlyſſem, quam ſalutem ſuam prodit Silenus: qui etiam paullo poſt cum Satyris, pater cum filiis, facete committitur. Ibi ait ille inter cetera:

— ἦ κακῶς οὗτοι κακοί.
Οἱ παῖδες ἀπόλοινθ' οὓς μάλιστ' ἐγὼ φιλῶ l).

Quibus ſimilia ſunt iſta e Menedemo *Lycophronis*, fabula item Satyrica:

Παῖδες κρατίστου πατρὸς ἐξωλέστατοι.

Iam

b) Saepius haec formula occurrit apud *Plautum*, v. c. Moſtellar. Act. V. Sc. I.
Surge, ne nugare: adſpice dum contra me.
Et ibidem: *Quaeſo edepol, huc me ſpecta, et reſponde mihi. Ram.*

i) Verſ. CCX.

k) Verſ. CCXIII.

l) Verſ. CCLXVI.

Iam cum Satyri operam ſuam in excaecando Cyclope promiſſent: vbi ad rem ventum, *γνωσιμαχοῦντες* ignauiam ſuam produnt. Prorſus enim tales ab Euripide finguntur, quales deſcripſerat *Heſiodus* illo verſu:

Καὶ γένος οὐτιδανῶν Σατύρων καὶ ἀμηχανοέργων m).

Quid magis ridiculum ea excuſatione, quam Satyrorum pars affert, quod repente facti ſint claudi, aut caeci n)? Nec minus ridiculi alii, qui paratos ſe dicunt, Vlyſſem adiuuare, et trabem in oculum Cyclopis impellere: verum ea conditione ac lege, ne antrum ingrediantur, ſed in veſtibulo ſtare ſinantur: vbi praeclaram operam ſe nauare poſſe confirmant, quia ſint ſtaturae grandioris. In rebus poſitum heic *τὸ γελοῖον*: in verbis vero quantum facetiarum o)? vt cum interroganti Vlyſſi, an eſſent *φιλόξενοι* regionis incolae, reſpondet Silenus:

 Γλυ-

m) Hunc locum in Heſiodo reperiri valde dubito; ego ſane iſtum adhuc quaero. CREN.

n) Claudicantem ſe ſimulat Satyrorum chorus v. DCXXXIV.

Ἡμᾶς δὲ χωλοί γ' ἀρτίως γεγενήμεθα.

Oculorum vero vſum vel puluere, vel etiam cinere ſibi ademtum, idem chorus callide dolet v. DCXXXVII.

— — — *καὶ τά δ' ὄμματα*
μέτεστιν ἡμῶν κόνεως ἢ τέφρας ποθέν.

At Vlyſſi fraus Satyrorum, rem periculoſam detrectantium, facile ſubolet, nec obſcurum eſſe poteſt, ſub vana illa excuſatione turpem latere ignauiam. Quare ſtatim addit:

Ἄνδρες πονηροί, οὐδὲν ὄντες σύμμαχοι.

Ram.

o) Scilicet duo ſunt genera ridiculi, quorum alterum re tractatur, alterum verbo. Egregia ſunt, quae hanc in rem diſputat *Cicero* lib. II. de oratore cap. LX; cuius verba, quoniam eruditiſſimos illos de oratore libellos legenti, iuuenibusque meis nunc interpretanti ſtatim ſuc-

Γλυκύτατα φασὶ τὰ κρέα τοὺς ξένους φορεῖν p).

Cum Vlyſſem vocat ἄνδρα κρόταλον q), *virum crepitaculum:* id eſt verborum multorum, et multae experientiae ac fraudis, (nam κροτεῖν et κρότημα, ἐπὶ τῶν δολίων τάσσεται, inquit HESYCHIVS,) inepte veteres Grammatici, quos recentiores ſunt ſecuti, κρόταλον heic genere maſculino eſſe poſitum putarunt. Nam ita accipiendum, vt apud Comicum in Nebulis:

Λέγειν γενήσει τρίμμα, κρόταλον, παιπάλη.

Non diſſimili ioco, etſi diuerſa ſententia, famoſus Grammaticus Auguſto eſt dictus, *cymbalum iuuentutis* r). Alio ioco Silenus διακροτεῖν, verbum pullatae plebis, obſcoena notione vſurpat: Ἅπαντες αὐτὴν Helenam διεκροτήσατ' ἐν μέρει s). Iocoſum eſt et ἐκπατάσσειν, pro *vinum ex vtre effundere.* Φέρ' ἐκπάταξον, ὡς ἀναμνησθῶ

ſuccurrunt, adſcribere placet: *Ergo haec duo genera ſunt eius ridiculi, quod in re poſitum eſt: quae ſunt propria perpetuarum facetiarum, in quibus deſcribuntur hominum mores, et ita effinguntur, vt aut, re narrata aliqua, quales ſunt, intelligantur; aut, imitatione breui iniecta, in aliquo inſigni ad irridendum vitio reperiantur. In dicto autem ridiculum eſt id, quod verbi, aut ſententiae quodam acumine mouetur.* Ram.

p) Verſ CXXV. Ego vero non video, quid tandem facetiarum habeant haec Sileni verba, quibus adeo auditis Vlyſſes perhorreſcit, feramque Cyclopum naturam reformidat. Pergit enim: Quid ais? an hi humana veſcuntur dape?

Τί φῄς; βορᾷ χαίρουσιν ἀνθρωπείνῃ;

Ram.

q) Verſ. CIII.

r) Tiberius quoque Caeſar Apionem Grammaticum *cymbalum mundi* dixit. Teſtis eſt *Plinius* in Praef. Hiſt. Nat. *Ram.*

s) V. CLXXVIII.

θῶ πιών t). Alludit autem ad ſonum liquoris incluſi et in vtre bilbientis, vt dixit *Naevius;* vel ad ſtrepitum vini, per anguſtum amici vicini canalem effluentis. Proprie eſt, cum ſtrepitu percutere, et foras eiicere. Alio verbo idem expreſſit Vlyſſes, cum ait:

Μῶν τὸν λάρυγγα διεκάναξέ σου καλῶς;

Hoc eſt, *cum ſonitu pertranſiit.* Monile Silenus vocat κλοιὸν id eſt, boiam:

— Καὶ τὸν χρύσεον
Κλοιὸν φοροῦντα περὶ μέσον τὸν αὐχένα u).

De Paride, qui Helenam rapuit. Iocoſum et πυκτεύειν εἰς κρᾶτα, pro *tundere.* Item σίφων pro poculo. Cum aiunt Satyri: Ὡς διὰ μακροῦ γε τὸν σίφωνα τὸν φίλον χηρεύομεν x). Perperam de fiſtula accipiunt. Cantharos aut ſcyphos grandes, quales vulgo Satyris et Silenis tribuebantur, intelligit. Sed mire exprimitur ea voce vini auiditas. Nam σίφων eſt infundibulum. Omitto ſimilia his alia: et praeſertim quae comicam ſapiunt impuritatem. Atque huiusmodi fere eſt hilaritas illa, quam Satyricae conuenire ſupra p. 164. docebamus. Non praetermittam genus metrorum. Diximus enim, ſuum quoddam genus verſuum habere haec dramata, qui Satyrici nominantur metricis. Tales iambici in hac fabula multi, vbi duo aut tres pedes trium ſyllabarum. In ipſo initio:

Ὦ Βρόμιε, διὰ σὲ μυρίους ἔχω πόνους y).

Et ſtatim:

Ἐγκέλαδον ἰτέαν εἰς μέσην θένων δορὶ z).

t) V. CLI.
u) V. CLXXXI.
x) V. CCCCXXXVII.
y) V. I.
z) V. VII.

Et ſimiles his multi: at longe σατυρικώτεροι iſti:

Τί χρῆμα; Βρομίου πόλιν ἐοίκαμεν εἰσβαλεῖν [a]).

Et:

Ἄνεχε, πάρεχε. τί τάδε; τίς ἡ ῥαθυμία [b]);

Mox:

Τί φάτε; τί λέγετε: τάχα τις ὑμῶν τῷ ξύλῳ [c]).

Item ille:

Ὠινοχόος ἄδικος. Σ. ναὶ μὰ Δί' ἀλλ' ὦνος γλυκύς [d]).

Haec fere ſunt, quae illam fabulam arguunt eſſe Satyricam, non legitimam tragoediam. Nunc, quoniam occaſio ſe obtulit, locorum aliquot emendationes ſubiiciemus, quae STEPHANI noſtri et CANTERI, virorum eruditiſſimorum, diligentiam fugerunt. Verſus XL. ita ſcribitur. Κῶμοι συνασπίζοντες Ἀλθαίας δόμους προσῆτε. Placet Stephanica emendatio κώμοις. Quia tamen membranae habent κώμους, fortaſſe ita verius:

— χ' ὧτε Βακχίῳ
Κώμους συνασπίζοντ' ἐς Ἀλθαίας δόμους Προσῆτε

Vt ſit pro συνασπίζοντι. Quid hoc? ait Silenus, an vos Sicinnin ſaltatis, vt olim eſtis ſoliti, quando accedebatis ad Bacchum, id eſt, comitabamini Bacchum; qui magno ſodalium numero ſtipatus, comiſſatum ibat ad Althaeae domum? συνασπίζειν cum praepoſitione notum peritis huius linguae loquendi genus. Heic vero κώμους συνασπίζειν poëtica periphraſis ἀντὶ τοῦ κωμάζειν. Verſus XLVII.

Ev

a) V. XCVIII.
b) V. CCI.
c) V. CCVIII.
d) V. DLVI.

Ἐν πίστραις κεῖται πέλας ἄν-
τρων· ὄν σοι βλαχαὶ τεκέων.

Lege

Ἐν πίστραις κεῖται· πέλας δ' ἄν-
τρων· οὗ σοι βλαχαὶ τεκέων.

Non in illis locis, quo tendis, parati ſunt aluei, vnde potemini: ſed prope antrum Polyphemi, vbi agniculi tui balantes te exſpectant. Verſus CCXVIII. Ὅν ἂν θέλῃς σύ. μή μέ κατ' μ. Scribe ὅγ' ἂν θέλῃς σύ: nempe γάλα. CCXXXIV. Κλωῷ τριπήχει. Melius, Κλωῷ τρ. et κατὰ cum *Cantero*, non κάτα. Affirmant, ſe validiſſima vincula colle tibi circumdaturos, et per medium oculum viſcera tibi extracturos. Ridicula ſunt, quae deinde ſubiiciuntur a Sileno: neque aliter accipienda. Nam qui per oculum fuerit exenteratus, huic nihil metuendum amplius. CCXXXVI. Μάστιξί τ' ἐυ τὸ νῶτον ἀποθλίψειν σέθεν. Ineptum hoc loco verbum ἀποθλίψειν. Lego, ἀποδρύψειν, *laceraturos*. Quo nihil aptius ad hanc ſententiam. Et eſt dictio poëtica, pro eo quod vulgo ξαίνειν dicitur. Mox ſcribe φάκελον vnico λ metri cauſa. αὐτὸς ἔχε paullo poſt, formula deprecandi mali: quae aliter ita concipi ſolet, εἰς κεφαλήν σοι. Quo nihil apud poëtas occurrit frequentius. Vulgo male capiunt: neque aſſentiendum viro docto, qui corrigit, αὔτως. Qui etiam in illo verſu, Ἐφθά, καὶ ὀπτὰ, καὶ ἀνθρακιὰς ἀποχνάυειν, poſtremam vocem ſine cauſa mutat. Χνάυειν et ἀποχνάυειν pro *auide vorare*, dictiones ſunt Graecis poëtis familiareis, vt dicebamus ad Athenaeum [e]). Proximo verſu, qui eſt CCCLVIII, peſſime ſcri-

e) Caſaubonus ad Athenaeum lib. II. c. 16. p. 117; vbi haec Euſtathii verba leguntur: ἔστι καὶ ἑτέρα ὁμοία σκευωρία παρηγωγῆς ἐν τῷ χνάυειν, ὃ ἐστι λίχνως ἐσθίειν· ὃν καὶ ὁ Ἀθή-

ſcriptum βρύχειν: quum ſcripſerit poeta, Βρύκειν, κρεωκοπεῖν μέλη ξένων. *Heſychius*: βρύκειν, λαύρως ἐσθίειν. Saepe apud Athenaeum. At βρύχειν, *frendere*, nihil ad Bacchum. Quare iterum corrige paullo poſt, et ſcribe: Κόπτων, βρύκων, ἑφθά τε δαινύμενος. CCCCXXVIII. — τὰ Βακχίου Ναίειν μέλαθρα Δαναΐδων νυμφῶν μέτα. Lege, Ναΐδων. Nymphas, Bacchi comites, paſſim poëtae Naiadas appellant, nunquam Danaides, nec Graecas. Ibi Vlyſſes Satyros hortans, vt ſe in patrando facinore, quod parabat, irent adiutum, cur in Sileno eorum patre nullam ſpem ponat, cauſſam affert: non quia nolit, ſed quia vino ebrius, et poculo captus, ſicut capitur viſco auis, ſanae iam mentis non ſit. Poetae verba:

Ὁ μὲν γὰρ ἔνδον σὸς πατὴρ, τάδ᾽ ᾔνεσε·
Ἀλλ᾽ ἀσθενὴς γὰρ, κ᾽ ἀποκερδαίνων ποτοῦ.
Ὥσπερ πρὸς ἰξῷ τῇ κύλικι λελημμένος,
Πτέρυγας ἀλύει.

Lege et diſtingue, ὥσπερ πρὸς ἰξῷ τῇ κύλικι, λελημμένος Πτέρυγος, ἀλύει. Locus eſt elegantiſſimus. Neque mutanda vox λελημμένος, vt docto viro placebat: λελῆφθαι πτέρυγος, et pueris nota phraſis. CCCCXLV.

— ῥυθμοῖσί νιν
Σφάξαι μενοινᾷς, ἢ πετρῶν ὦσαι κάτω.

Omnino aut ῥυτῆρσι cum aliis libris legendum: aut, quod puto verius, ῥυσμοῖσι. ῥυσμὸς, *tractio*. Cogitas ſecurum in commiſſatione clam pede trahere, et iacentem perdere. CCCCL. Κώμου μὲν αὐτὸν τοῦδ᾽ ἀπαλλάξαι λέγων. Scribe: τοῦδ᾽ ἀπαλλάξω: et λέγων iunge cum ſequentibus.

i Ἀθήναιος μέμνηται. „Frequens huius vocis eſt mentio apud *Athenaeum*, qui etiam habet χναῦμα, quo ſignificatur id, quod guloſorum more deglutitur, cuiusmodi ſunt edulia delicatiora. *Rem.*

bus. DXLIV. — καϑες αὐτὸν εἰς μέσον. Scribendum κατάϑες, et metri cauſſa, et ſententiae. DLXI. Ὥςπερ ὁρᾷς πίνοντα, χ᾽ ὥσπερ ὀυκ ἐμέ. Simul haec profert verba Silenus, et vtrem ori admouet, bibitque. Quare ſcribendum: χ᾽ ὥσπερ νῦν ἐμέ. Alioquin nulla ſententia, quae iam elegantiſſima eſt. DLXVIII. Συνεκϑανεῖν δὲ σιγῶντα χρὴ τῷ πώματι. In σιγῶντα prima corripitur: quod nunquam apud veteres inuenies. Sed aliter dubio procul ſcripſerat poëta. Lege: Συνεκϑανεῖν δὲ σπῶντα χρὴ τῷ πώματι: *bibe*, inquit, *ac perbibe. Decet enim potatorem ſtrenuum, non ante bibendo defatigari, quam bibentem ſimul vita et vinum deficiant.* DLXXXIV. Μέμφη τὸν ἐραστὴν κᾀν τρυφαῖς πεπωκότα. Scribe, κ᾽ ἐντρυφᾷς πεπωκότι. DCXXXI. Ημεῖς μὲν ἐσμὲν μακρότεροι, πρὸ τῶν θυρῶν Εστῶτες, ὠϑεῖν πρὸς τὸν ὀφϑαλμὸν τὸ πῦρ. Recte μακρότεροι: nam μικρότεροι, quod doctis placet, pugnat ἐκ διαμέτρου cum poëtae mente, quam ante expoſuimus. DCXLIIII. Πάλαι μὲν ἤδει σ᾽ ὄντα τοιοῦτον φύσει. Scribe: ἤδειν. DCXCVII. Κλαίειν σ᾽ ἄνωγα· καὶ δέδορχ᾽ ὅπως λέγω. Legendum ſuſpicor: καὶ δεδορκότως λέγω. Acutiſſima ſententia. Quum Vlyſſi Cyclops venturas ei calamitates praediceret: ipſe reſpondens, *iubeo*, inquit, *te flere: atque hoc ſaluis oculis dico.* Non poterat amariore ioco hoſti victo atque excaecato inſultare. δεδορκότως, a δεδορκὼς, vt δεδοικότως, *metuendo*, a δεδοικὼς; ſic λεληϑότως, πεποιϑότως, et ſimilia apud poëtas. Sed et vulgata ferri poteſt, ſi ita exponas: opto tibi infortunium: nec ſolum verbis, vt tu facis: ſed hac ſimul voluptate fruens, quod mala, quae tibi opto, eueniſſe iam tibi video *).

*) Lubet, hic adſpergere *Sam. Battierii*, cel. quondam in Academia Baſil. Graecae Linguae Profeſſoris, et a. 1744. rebus humanis erepti, Obſeruationes in Cyclopem, paucas illas quidem, ſed e quibus acre et intel-

intelligens viri iudicium cognoſci facile poſſit. Verſ. CXCVIII.

Ου δῆτ᾽, ἐπεί τ᾽ ἂν μεγάλα γ᾽ ἡ τροία σθένοι.

Scribo:

— — ἐπεί γ᾽ ἂν μεγάλα γ᾽ ἡ τροία σθένοι.

Non ſane; (ſcil. fuga me ſubducam,) *ſiquidem magnam Troia potentiam haberet, valde adhuc potens Troia eſſet, nec eſſet deleta; ſi vnum virum fugerem.* Et infra v. CCXIX.

Ἥκεις. ἐπεί γ᾽ ἂν — — —

Verſ. CCXX.

Πηδῶντες ἀπολέσαιτ᾽ ἂν ὑπὸ τῶν σχημάτων.

Inſerendam puto pronominis particulam:

— — ἀπολέσαιτ᾽ ἂν μ᾽ ὑπὸ τ. σ.

Verſ. DCLXVIII.

— — οὐκ ἆρ᾽ οὐδεὶς ἠδίκει.

Pronomen hic ſine dubio excidit; ſupplendum igitur ſic:

— — οὐκ ἆρ᾽ οὐδείς σ᾽ ἠδίκει.

Ram.

ISAACI

ISAACI CASAVBONI

DE

SATYRICA

GRAECORVM POESI

ET

ROMANORVM SATIRA

LIBER SECVNDVS.

CAPVT I.

ARGVMENTVM.

SATYRAE *Romanae forma pro temporibus diuerſa: parum hactenus cognita. Praecipua capita hoc libro tractanda. Antiquiſſima poëſis latina*, Saturnii *verſus*, Feſcennini et Satira. *Quae illa? Initia rei ſcenicae apud Romanos. Item incrementa per* Liuium Andronicum. *Satira ſpreta, poſtquam fabulae doceri coeptae. Eadem redit in ſcenam: ſed aliter atque olim. Exodiarius. Atellanarum* exodia. Ἐξόδιον. ἐξόδιον. *Atellanum canticum.*

Quod de Graecorum tragoedia ſcribit ARISTOTELES, multas illam mutationes paſſam, ſero perfectam, in ea forma, quam poſtremo nacta fuerat, tandem conquieſſe: idem et de Satira Romana iure aliquis dixerit. Nam et haec poëſis πολλὰς, vt ait Philoſophus, μεταβολὰς μεταβαλοῦσα, varieque tractata a Latinis poëtis, vbi tandem ad duas illas ſpecies fuit perducta, quas ſolas FABIVS QVINTILIANVS [a]) agnoſcit: finem mutandi fecit. Prior ſpecies eſt eius Satirae, quam LVCILIVS inuenit; excoluere autem HORATIVS, PERSIVS, IVVENALIS et multi item alii: poſteriorem eximie nobilitauit M. TERENTIVS VARRO, ſcriptor inter togatos, ſine controuerſia, longe doctiſſimus. Omnes Satirae mutatio-

a) Inſtitut. Orat. lib. X. c. 1.

tationes et diuerſas formas explicare, illorum intererat, qui Latinae poëſeos hiſtoriam memoria patrum ex profeſſo tractandam ſuſceperunt. Sed accidit fato, neſcio quo, vt viri eruditiſſimi, qui de eo argumento libros hactenus ediderunt, ſuſceptae prouinciae partem hanc adeo perfunctorie curarent, vt et multa neceſſario dicenda praetermitterent, et ſecus ac res habebat, non pauca traderent. Caput vero et fons erroris ille eſt: quod, dum neglecta auctoritate HORATII et FABII [b]), Satiram Lucilianam in poëſi Graecorum inuenire ſatagunt, omnia ſusque deque miſcent, *ἀσύγκλωστα πάντη πάντως*, quod ait PLATO, *κλώθοντες πράγματα*. Equidem ſine indignatione legere non poſſum, quod ipſi paſſim affirmant: *Aeſchylum*, *Sophoclem*, *Euripidem* et ſimiles alios Graecorum poëtas, Satiras, vel vt vulgo ſcribunt, Satyras compoſuiſſe. Quod neque veterum cuiquam venit in mentem dicere; et ita falſum eſt, vt nihil queat magis: quum Graeci homines, illi vtique antiqui, non minus

b) *Horatius* Serm. II. 1. v. 63. ſeq. Serm. I. 10. v. 66. *Quintilianus* Inſt. Orat. l. c. *Satira quidem* tota noſtra *eſt, in qua primus inſignem laudem adeptus Lucilius*. Quod vero Caſaubonus ſcribit, *neglecta auctoritate Horatii*, in eo erraſſe videtur vir ſummus. Qui enim cum vniuerſae Satirae romanae, tum praeſertim Lucilianae originem graecam faciunt, ad *Horatium* omnino prouocant, eoque teſte vtuntur. Locus eſt Serm. I. IV. v. 1. ſeqq.

Eupolis atque Cratinus, Ariſtophanesque poetae,
Atque alii, quorum comoedia priſca virorum eſt,
Si quis erat dignus deſcribi, quod malus aut fur,
Quod moechus foret, aut ſicarius, aut alioqui
Famoſus, multa cum libertate notabant.
Hinc omnis pendet Lucilius — — —

Sed nihil proficiunt, qui ſententiam iſtam his verſibus confirmari putant. Id enim vult Horatius, antiquae comoediae ſales, facetias, nimiamque libertatem imitatum eſſe Lucilium. Quod et in opere proprio; nec a Graecis accepto fieri potuiſſe, quis non videt? Cf. quae Noſter ad h. l. diſputat infra cap. III. *Ram.*

minus Satiras Romanorum, quam Graecas Kalendas ſemper ignorauerint. Vt igitur tantus hic, et prope iam ἐσκιῤῥωμένος in ſtudioſorum animis error funditus euellatur: vniuerſam ἐς πόδας ἐκ κεφαλῆς Romanae Satirae hiſtoriam quoad quidem eius fieri poterit, vt in re propter monumentorum inopiam obſcuriſſima, breuiter afferemus: tum de differentia Satyricae Latinorum poëſeos ab eorundem Satira, deque origine, cauſſa, et recta nominis huius ſcriptione diſputabimus: ac poſtremo circa naturam illius poëſeos, quae Satirae appellationem quaſi propriam ſibi vindicauit, nonnulla haud praeter rem conſiderabimus. Iam ergo ad primum diſputationis huius caput accedamus. SATIRAE apud Romanos mentio exſtat ſane quam antiquiſſima. Nam ſi Saturnios Faunorum vatumque verſus, et Feſcenninos excipias, nullius temere Latinae poeſeos antiquius nomen inuenies, quam iſtius. Saturniorum originem primam nemo veterum tradidit, neque legem certam. Saturnium enim metrum; de quo loquuntur metrici, non eſt illud omnium vetuſtiſſimum; cuius lex adeo ſoluta fuit, vt non metrum, ſed ſimplicem cum rhythmo cantum fuiſſe, quidam ſcribant c). *Seruius* in illud Virgil. II. Georgic. v. 385.

Nec

c) Pertinet huc *Atilius Fortunatianus*, quem Geſnerus citat: *Noſtri antiqui vſi ſunt eo,* (metro Saturnio) *non obſeruata lege, nec vno genere cuſtodito inter ſe verſus: ſed praeterquam quod duriſſimos fecerunt, etiam alios breuiores, alios longiores inſeruerunt, vt vix inuenerim apud Naeuium, quos pro exemplo ponerem.* Naeuius autem, Diomede teſte lib. III., metrum ſaturnium inuenit in honorem Dei, addita vna ſyllaba ad iambicum verſum. Petulantes plerumque ac mordaces fuerunt Naeuii verſus. Sic v. c. Metellos hoc ſcommate perſtrinxit:

Fato Metelli Romae fiunt conſules.

Quare malignum poetam hoc carmine ſaturnio luſiſſe dicuntur Metelli:

Et Naeuio Poetae,
Cum ſaepe laederentur,

Caſaub.

Dabunt

ſcriptum βρύχειν: quum ſcripſerit poeta, Βρύκειν, κρεωκοπεῖν μέλη ξένων. *Heſychius*: βρύκειν, λαύρως ἐσθίειν. Saepe apud Athenaeum. At βρύχειν, *frendere*, nihil ad Bacchum. Quare iterum corrige paullo poſt, et ſcribe: Κόπτων, βρύκων, ἐφθά τε δαινύμενος. CCCCXXVIII. — τὰ Βακχίου Ναίειν μέλαθρα Δαναΐδων νυμφῶν μέτα. Lege, Ναΐδων. Nymphas, Bacchi comites, paſſim poëtae Naiadas appellant, nunquam Danaides, nec Graecas. Ibi Vlyſſes Satyros hortans, vt ſe in patrando facinore, quod parabat, irent adiutum, cur in Sileno eorum patre nullam ſpem ponat, cauſſam affert: non quia nolit, ſed quia vino ebrius, et poculo captus, ſicut capitur viſco auis, ſanae iam mentis non ſit. Poetae verba:

Ὁ μὲν γὰρ ἔνδον σὸς πατὴρ, ταδ' ᾔνεσε·
Ἀλλ' ἀσθενὴς γὰρ, κ' ἀποκερδαίνων ποτοῦ.
Ὥσπερ πρὸς ἰξῷ τῇ κύλικι λελημμένος,
Πτέρυγας ἀλύει.

Lege et diſtingue, ὥσπερ πρὸς ἰξῷ τῇ κύλικι, λελημμένος Πτέρυγος, ἀλύει. Locus eſt elegantiſſimus. Neque mutanda vox λελημμένος, vt docto viro placebat: λελῆφθαι πτέρυγος, et pueris nota phraſis. CCCCXLV.

— ξυθμοῖσί νιν
Σφάξαι μενοινᾷς, ἢ πετρῶν ὦσαι κάτω.

Omnino aut ῥυτῆρσι cum aliis libris legendum: aut, quod puto verius, ξυσμοῖσι. ξυσμὸς, *tractio.* Cogitas ſecurum in commiſſatione clam pede trahere, et iacentem perdere. CCCCL. Κώμου μὲν αὐτὸν τοῦδ' ἀπαλλάξαι λέγων. Scribe: τοῦδ' ἀπαλλάξω: et λέγων iunge cum ſequentibus.

i Ἀθήναιος μέμνηται. „Frequens huius vocis eſt mentio apud *Athenaeum*, qui etiam habet χναῦμα, quo ſignificatur id, quod guloſorum more deglutitur, cuiusmodi ſunt edulia delicatiora. *Ram.*

bus. DXLIV. — καῖθες αὐτὸν εἰς μέσον. Scribendum κατάθες, et metri cauſſa, et ſententiae. DLXI. Ὥσπερ ὁρᾷς πίνοντα, χ᾽ ὥσπερ οὐκ ἐμέ. Simul haec profert verba Silenus, et vtrem ori admouet, bibitque. Quare ſcribendum: χ᾽ ὥσπερ νῦν ἐμέ. Alioquin nulla ſententia, quae iam elegantiſſima eſt. DLXVIII. Συνεκθανεῖν δὲ σιγῶντα χρὴ τῷ πώματι. In σιγῶντα prima corripitur: quod nunquam apud veteres inuenies. Sed aliter dubio procul ſcripſerat poëta. Lege: Συνεκθανεῖν δὲ σπῶντα χρὴ τῷ πώματι: *bibe*, inquit, *ac perbibe. Decet enim potatorem ſtrenuum, non ante bibendo defatigari, quam bibentem ſimul vita et vinum deficiant.* DLXXXIV. Μέμφη τὸν ἐραστὴν κᾀν τρυφαῖς πεπωκότα. Scribe, κ᾽ ἐντρυφαῖς πεπωκότι. DCXXXI. Ἡμεῖς μὲν ἐσμὲν μακρότεροι, πρὸ τῶν θυρῶν Ἑστῶτες, ὠθεῖν πρὸς τὸν ὀφθαλμὸν τὸ πῦρ. Recte μακρότεροι: nam μικρότεροι, quod doctis placet, pugnat ἐκ διαμέτρου cum poëtae mente, quam ante expoſuimus. DCXLIIII. Πάλαι μὲν ᾔδει σ᾽ ὄντα τοιοῦτον φύσει. Scribe: ᾔδειν. DCXCVII. Κλαίειν σ᾽ ἄνωγα· καὶ δέδορχ᾽ ὅπως λέγω. Legendum ſuſpicor: καὶ δεδορκότως λέγω. Acutiſſima ſententia. Quum Vlyſſi Cyclops venturas ei calamitates praediceret: ipſe reſpondens, *iubeo*, inquit, *te flere: atque hoc ſaluis oculis dico.* Non poterat amariore ioco hoſti victo atque excaecato inſultare. δεδορκότως, a δεδορκώς, vt δεδοικότως, *metuendo*, a δεδοικώς; ſic λεληθότως, πεποιθότως, et ſimilia apud poëtas. Sed et vulgata ferri poteſt, ſi ita exponas: opto tibi infortunium: nec ſolum verbis, vt tu facis: ſed hac ſimul voluptate fruens, quod mala, quae tibi opto, eueniſſe iam tibi video *).

*) Lubet, hic adſpergere *Sam. Battierii*, cel. quondam in Academia Baſil. Graecae Linguae Profeſſoris, et a. 1744. rebus humanis erepti, Obſeruationes in Cyclopem, paucas illas quidem, ſed e quibus acre et intel-

intelligens viri iudicium cognoſci facile poſſit. Verſ. CXCVIII.

> Ὀυ δῆτ᾽. ἐπεί τ᾽ ἂν μεγάλα γ᾽ ἡ τροία σθένοι.

Scribo:

> — — ἐπεί γ᾽ ἂν μεγάλα γ᾽ ἡ τροία σθένοι.

Non ſane; (ſcil. fuga me ſubducam,) *ſiquidem magnam Troia potentiam haberet, valde adbuc potens Troia eſſet, nec eſſet deleta; ſi vnum virum fugerem.* Et infra v. CCXIX.

> Ἥκιϛ᾽. ἐπεί γ᾽ ἂν — — —

Verſ. CCXX.

> Πηδῶντες ἀπολέσαιτ᾽ ἂν ὑπὸ τῶν σχημάτων.

Inſerendam puto pronominis particulam:

> — — ἀπολέσαιτ᾽ ἂν μ᾽ ὑπὸ τ. σ.

Verſ. DCLXVIII.

> — — ὀυκ ἄρ᾽ ὀυδεὶς ἠδίκει.

Pronomen hic ſine dubio excidit; ſupplendum igitur ſic:

> — — ὀυκ ἄρ᾽ ὀυδείς σ᾽ ἠδίκει.

Ram.

ISAACI

ISAACI CASAVBONI

DE

SATYRICA

GRAECORVM POESI

ET

ROMANORVM SATIRA

LIBER SECVNDVS.

CAPVT I.

ARGVMENTVM.

SATYRAE *Romanae forma pro temporibus diuerſa: parum hactenus cognita. Praecipua capita hoc libro tractanda. Antiquiſſima poëſis latina*, Saturnii *verſus*, Feſcennini et Satira. *Quae illa? Initia rei ſcenicae apud Romanos. Item incrementa per* Liuium Andronicum. *Satira ſpreta, poſtquam fabulae doceri coeptae. Eadem redit in ſcenam: ſed aliter atque olim. Exodiarius. Atellanarum* exodia. Ἐισόδιον. ἐξόδιον. *Atellanum canticum.*

Quod de Graecorum tragoedia ſcribit ARISTOTELES, multas illam mutationes paſſam, ſero perfectam, in ea forma, quam poſtremo nacta fuerat, tandem conquieſſe: idem et de Satira Romana iure aliquis dixerit. Nam et haec poëſis *πολλὰς*, vt ait Philoſophus, *μεταβολὰς μεταβαλοῦσα*, varieque tractata a Latinis poëtis, vbi tandem ad duas illas ſpecies fuit perducta, quas ſolas FABIVS QVINTILIANVS [a]) agnoſcit: finem mutandi fecit. Prior ſpecies eſt eius Satirae, quam LVCILIVS inuenit; excoluere autem HORATIVS, PERSIVS, IVVENALIS et multi item alii: poſteriorem eximie nobilitauit M. TERENTIVS VARRO, ſcriptor inter togatos, ſine controuerſia, longe doctiſſimus. Omnes Satirae mutatio-

a) Inſtitut. Orat. lib. X. c. 1.

tationes et diuerſas formas explicare, illorum intererat, qui Latinae poëſeōs hiſtoriam memoria patrum ex profeſſo tractandam ſuſceperunt. Sed accidit fato, neſcio quo, vt viri eruditiſſimi, qui de eo argumento libros hactenus ediderunt, ſuſceptae prouinciae partem hanc adeo perfunctorie curarent, vt et multa neceſſario dicenda praetermitterent, et ſecus ac res habebat, non pauca traderent. Caput vero et fons erroris ille eſt: quod, dum neglecta auctoritate HORATII et FABII [b]), Satiram Lucilianam in poëſi Graecorum inuenire ſatagunt, omnia ſusque deque miſcent, ἀσύγκλωστα πάντη πάντως, quod ait PLATO, κλώθοντες πράγματα. Equidem ſine indignatione legere non poſſum, quod ipſi paſſim affirmant: *Aeſchylum*, *Sophoclem*, *Euripidem* et ſimiles alios Graecorum poëtas, Satiras, vel vt vulgo ſcribunt, Satyras compoſuiſſe. Quod neque veterum cuiquam venit in mentem dicere; et ita falſum eſt, vt nihil queat magis: quum Graeci homines, illi vtique antiqui, non minus

b) *Horatius* Serm. II. I. v. 63. ſeq. Serm. I. 10. v. 66. *Quintilianus* Inſt. Orat. l. c. *Satira quidem tota noſtra eſt, in qua primus inſignem laudem adeptus Lucilius*. Quod vero Caſaubonus ſcribit, *neglecta auctoritate Horatii*, in eo erraſſe videtur vir ſummus. Qui enim cum vniuerſae Satirae romanae, tum praeſertim Lucilianae originem graecam faciunt, ad *Horatium* omnino prouocant, eoque teſte vtuntur. Locus eſt Serm. I. IV. v. I. ſeqq.

Eupolis atque Cratinus, Ariſtophanesque poetae,
Atque alii, quorum comoedia priſca virorum eſt,
Si quis erat dignus deſcribi, quod malus aut fur,
Quod moechus foret, aut ſicarius, aut alioqui
Famoſus, multa cum libertate notabant.
Hinc omnis pendet Lucilius — — —

Sed nihil proficiunt, qui ſententiam iſtam his verſibus confirmari putant Id enim vult Horatius, antiquae comoediae ſales, facetias, nimiamque libertatem imitatum eſſe Lucilium. Quod et in opere proprio; nec a Graecis accepto fieri potuiſſe, quis non videt? Cf. quae Noſter ad h. l. diſputat infra cap. III. *Ram.*

minus Satiras Romanorum, quam Graecas Kalendas ſemper ignorauerint. Vt igitur tantus hic, et prope iam ἐσκιῤῥωμένος in ſtudioſorum animis error funditus euellatur: vniuerſam ἐς πόδας ἐκ κεφαλῆς Romanae Satirae hiſtoriam quoad quidem eius fieri poterit, vt in re propter monumentorum inopiam obſcuriſſima, breuiter afferemus: tum de differentia Satyricae Latinorum poëſeos ab eorundem Satira, deque origine, cauſſa, et recta nominis huius ſcriptione diſputabimus: ac poſtremo circa naturam illius poëſeos, quae Satirae appellationem quaſi propriam ſibi vindicauit, nonnulla haud praeter rem conſiderabimus. Iam ergo ad primum diſputationis huius caput accedamus. SATIRAE apud Romanos mentio exſtat ſane quam antiquiſſima. Nam ſi Saturnios Faunorum vatumque verſus, et Feſcenninos excipias, nullius temere Latinae poeſeos antiquius nomen inuenies, quam iſtius. Saturniorum originem primam nemo veterum tradidit, neque legem certam. Saturnium enim metrum, de quo loquuntur metrici, non eſt illud omnium vetuſtiſſimum; cuius lex adeo ſoluta fuit, vt non metrum, ſed ſimplicem cum rhythmo cantum fuiſſe, quidam ſcribant c). *Seruius* in illud Virgil. II. Georgic. v. 385.

Nec

c) Pertinet huc *Atilius Fortunatianus*, quem Gesnerus citat: *Noſtri antiqui vſi ſunt eo,* (metro Saturnio) *non obſeruata lege, nec vno genere cuſtodito inter ſe verſus: ſed praeterquam quod duriſſimos fecerunt, etiam alios breuiores, alios longiores inſeruerunt, vt vix inuenerim apud Naeuium, quos pro exemplo ponerem.* Naeuius autem, Diomede teſte lib. III., metrum ſaturnium inuenit in honorem Dei, addita vna ſyllaba ad iambicum verſum. Petulantes plerumque ac mordaces fuerunt Naeuii verſus. Sic v. c. Metellos hoc ſcommate perſtrinxit:

Fato Metelli Romae fiunt conſules.

Quare malignum poetam hoc carmine ſaturnio luſiſſe dicuntur Metelli:

Et Naeuio Poetae,
Cum ſaepe laederentur,

Caſaub.

Dabunt

Nec non Auſonii, Troia gens miſſa, coloni
Verſibus incomptis ludunt, riſuque ſoluto.

id eſt, inquit, *carminibus Saturnio metro compoſitis: quos ad rhythmum ſolum vulgares componere conſueuerunt.* Vt videantur huiusmodi verſus a proſa abfuiſſe propius, quam a vera poëſi. Nam ῥυθμὸς etiam in ſoluta oratione habet locum: quae nihilominus, ſi numeris careat, ἔνρυθμος fiet, at non ἔμμετρος: proinde ne poëſis quidem. Non multo plus artis habuerunt Feſcennini, ipſi quoque temere compoſiti ac rudeis. Haec nempe erant adhuc naſcentis Romanae poëſeos primordia: et quae vocari ab Ariſtotele αὐτοσχεδιάσματα libro ſuperiore cap. I, p. 5. 12. 15. obſeruabamus: vbi etiam de Feſcenninorum origine HORATII verba proferebamus e libro II. Epiſt. I. v. 145.

Feſcennina per hunc inuenta licentia morem,
Verſibus alternis opprobria ruſtica fudit d).

Feſcen-

Dabunt malum Metelli,
Dabunt malum Metelli.

Affert hos verſus *Maurus Terentianus* lib. de metris, vbi multa de metro Saturnio. Quod reliquum eſt, recte Noſter monet, verſus ſaturnios, eosdemque antiquiſſimos, quos Fauni vatesque canebant, maxime fuiſſe ſolutos, nec vllis metri legibus adſtrictos. Quod vel haec *Ennii* docent:

— — — Scripſere alii rem
Verſibu', quos olim Fauni vatesque canebant,
Cum neque Muſarum ſcopulos quisquam ſuperarat,
Nec dicti ſtudioſus erat.

Ram.

d) Obſcoenitate igitur atque opprobriis pleni fuerunt verſus Feſcennini, quod in tanta antiquiſſimae Romae barbarie ac ruſticitate eo minus mirandum videtur, cum et ea tempeſtate, qua manſuetiores morumque elegantia conſpicui eſſent Romani, idem fere horum verſuum character ſeruaretur. Namque in nuptiis celebrandis Feſcennina cantari ſolebant carmina, obſcoenitate,

Feſcenninos excepit Satira, vt tempore poſterior, ita elaborata magis, et quod ad metrorum leges attinet, perfectum iam poëma. LIVIVS lib. VII. de ludorum ſcenicorum inſtitutione agens: *Caeterum, ait, parua haec quoque, (vt ferme principia omnia,) et ea ipſa peregri-*

 na

nitate, pariter ac ſcurrilibus iocis plena: de quibus *Catullus* Carm. LX. v. 126.

Nec diu taceat procax
Feſcennina locutio.

Eadem procacitas illorum fuit verſuum, quos in Pollionem ſcripſit Auguſtus. Loquitur de iis *Macrobius* Saturnal. lib. II. c. 4, differens de iocis, quos Auguſtus ſaepe affectauit, ſaluo tamen maieſtatis pudorisque reſpectu, nec vt caderet in ſcurram. Verba eius ſunt: *Temporibus triumuiralibus Pollio, cum Feſcenninos in eum Auguſtus ſcripſiſſet, ait: At ego taceo. non eſt enim facile in eum ſcribere, qui poteſt proſcribere.* Nomen habent Feſcennini verſus a Feſcennia Hetruriae ciuitate. Egregius praeterea eſt Horatii locus lib. II. epiſt. 1. v. 149 ſeq, quo Feſcenninam licentiam tantam fuiſſe docet, vt ne honeſtis quidem, digniſſimisque viris parceret, ſed optimum quemque ruſticis opprobriis impune perſtringeret.

— — Donec iam ſaeuus apertam
In rabiem coepit verti iocus, et per honeſtas
Ire domos impune minax. Doluere cruento
Dente laceſſiti.

Quamobrem ferre rabidos illos iocos non diu potuerunt ii, quibus delicatior eſſet ſenſus, nec tantus obſcoenitatis amor. — *Quin etiam lex*

Poenaque lata, malo quae nollet carmine quemquam
Deſcribi. Vertere modum, formidine fuſtis
Ad bene dicendum delectandumque redacti.

Lex ipſa, quae in XII. Tabulis exſtabat, ita habet: *Si qui pipulo Occentaſit, carmenue condiſit quod infamiam faxit flagitiumue alteri, fuſte ferito.* Pipulum idem eſt, quod conuicium. *Plautus* Aulul. III. 2. 32. Confer. *Ciceronem* Quaeſt. Tuſcul. l. IV. et *Auguſtinum* de ciuitate dei lib. 2. c. 9. p. m. 166, vbi, quid Romani veteres de cohibenda poëtica licentia ſenſerint, diſputatur. *Ram.*

intelligens viri iudicium cognoſci facile poſſit. Verſ. CXCVIII.

Ου δῆτ᾽. ἐπάτ᾽ ἂν μεγάλη γ᾽ ἡ τροία εἶναι.

Scribo:

— — ἐπεί γ᾽ ἂν μεγάλη γ᾽ ἡ τροία σθένοι.

Non ſane: (ſcil. fuga me ſubducam,) *ſiquidem magnam Troia potentiam haberet, valde adhuc potens Troia eſſet, nec eſſet deleta; ſi vnum virum fugerem.* Et infra v. CCXIX.

Ἤκιϛ᾽. ἐπεί γ᾽ ἂν — — —

Verſ. CCXX.

Πηδῶντες ἀπολέσαιτ᾽ ἂν ὑπὸ τῶν σχημάτων.

Inſerendam puto pronominis particulam:

— — ἀπολέσαιτ᾽ ἂν μ᾽ ὑπὸ τ. ϛ.

Verſ. DCLXVIII.

— — οὐκ ἄρ᾽ οὐδεὶς ἠδίκει.

Pronomen hic ſine dubio excidit; ſupplendum igitur ſic:

— — οὐκ ἄρ᾽ οὐδεὶς σ᾽ ἠδίκει.

Ram.

ISAACI

ISAACI CASAVBONI
DE
SATYRICA
GRAECORVM POESI
ET
ROMANORVM SATIRA.
LIBER SECVNDVS.

CAPVT I.

ARGVMENTVM.

SATYRAE *Romanae forma pro temporibus diuerſa: parum hactenus cognita. Praecipua capita hoc libro tractanda. Antiquiſſima poëſis latina*, Saturnii *verſus*, Feſcennini et Satira. *Quae illa? Initia rei ſcenicae apud Romanos. Item incrementa per* Liuium Andronicum. *Satira ſpreta, poſtquam fabulae doceri coeptae. Eadem redit in ſcenam: ſed aliter atque olim. Exodiarius. Atellanarum* exodia. Ἐισόδιον. ἐξόδιον. *Atellanum canticum.*

Quod de Graecorum tragoedia ſcribit ARISTOTELES, multas illam mutationes paſſam, ſero perfectam, in ea forma, quam poſtremo nacta fuerat, tandem conquieſſe: idem et de Satira Romana iure aliquis dixerit. Nam et haec poëſis πολλὰς, vt ait Philoſophus, μεταβολὰς μεταβαλοῦσα, varieque tractata a Latinis poëtis, vbi tandem ad duas illas ſpecies fuit perducta, quas ſolas FABIVS QVINTILIANVS [a]) agnoſcit: finem mutandi fecit. Prior ſpecies eſt eius Satirae, quam LVCILIVS inuenit; excoluere autem HORATIVS, PERSIVS, IVVENALIS et multi item alii: poſteriorem eximie nobilitauit M. TERENTIVS VARRO, ſcriptor inter togatos, ſine controuerſia, longe doctiſſimus. Omnes Satirae mutatio-

a) Inſtitut. Orat. lib. X. c. 1.

tationes et diuerſas formas explicare, illorum intererat, qui Latinae poëſeos hiſtoriam memoria patrum ex profeſſo tractandam ſuſceperunt. Sed accidit fato, neſcio quo, vt viri eruditiſſimi, qui de eo argumento libros hactenus ediderunt, ſuſceptae prouinciae partem hanc adeo perfunctorie curarent, vt et multa neceſſario dicenda praetermitterent, et ſecus ac res habebat, non pauca traderent. Caput vero et fons erroris ille eſt: quod, dum neglecta auctoritate HORATII et FABII [b]), Satiram Lucilianam in poëſi Graecorum inuenire ſatagunt, omnia ſusque deque miſcent, ἀσύγκλωςα πάντῃ πάντως, quod ait PLATO, κλώθοντες πϱάγματα. Equidem ſine indignatione legere non poſſum, quod ipſi paſſim affirmant: *Aeſchylum*, *Sophoclem*, *Euripidem* et ſimiles alios Graecorum poëtas, Satiras, vel vt vulgo ſcribunt, Satyras compoſuiſſe. Quod neque veterum cuiquam venit in mentem dicere; et ita falſum eſt, vt nihil queat magis: quum Graeci homines, illi vtique antiqui, non minus

b) *Horatius* Serm. II. I. v. 63. ſeq. Serm. I. 10. v. 66. *Quintilianus* Inſt. Orat. l. c. *Satira quidem tota noſtra eſt, in qua primus inſignem laudem adeptus Lucilius.* Quod vero Caſaubonus ſcribit, *neglecta auctoritate Horatii*, in eo erraſſe videtur vir ſummus. Qui enim cum vniuerſae Satirae romanae, tum praeſertim Lucilianae originem graecam faciunt, ad *Horatium* omnino prouocant, eoque teſte vtuntur. Locus eſt Serm. I. IV. v. 1. ſeqq.

Eupolis atque Cratinus, Ariſtophanesque poetae,
Atque alii, quorum comoedia priſca virorum eſt,
Si quis erat dignus deſcribi, quod malus aut fur,
Quod moechus foret, aut ſicarius, aut alioqui
Famoſus, multa cum libertate notabant.
Hinc omnis pendet Lucilius — — —

Sed nihil proficiunt, qui ſententiam iſtam his verſibus confirmari putant Id enim vult Horatius, antiquae comoediae ſales, facetias, nimiamque libertatem imitatum eſſe Lucilium. Quod et in opere proprio; nec a Graecis accepto fieri potuiſſe, quis non videt? Cf. quae Noſter ad h. l. diſputat infra cap. III. *Ram.*

minus Satiras Romanorum, quam Graecas Kalendas ſemper ignorauerint. Vt igitur tantus hic, et prope iam ἐσκιῤῥωμένος in ſtudioſorum animis error funditus euellatur: vniuerſam ἐς πόδας ἐκ κεφαλῆς Romanae Satirae hiſtoriam quoad quidem eius fieri poterit, vt in re propter monumentorum inopiam obſcuriſſima, breuiter afferemus: tum de differentia Satyricae Latinorum poëſeos ab eorundem Satira, deque origine, cauſſa, et recta nominis huius ſcriptione diſputabimus: ac poſtremo circa naturam illius poëſeos, quae Satirae appellationem quaſi propriam ſibi vindicauit, nonnulla haud praeter rem conſiderabimus. Iam ergo ad primum diſputationis huius caput accedamus. SATIRAE apud Romanos mentio exſtat ſane quam antiquiſſima. Nam ſi Saturnios Faunorum vatumque verſus, et Feſcenninos excipias, nullius temere Latinae poeſeos antiquius nomen inuenies, quam iſtius. Saturniorum originem primam nemo veterum tradidit, neque legem certam. Saturnium enim metrum, de quo loquuntur metrici, non eſt illud omnium vetuſtiſſimum; cuius lex adeo ſoluta fuit, vt non metrum, ſed ſimplicem cum rhythmo cantum fuiſſe, quidam ſcribant c). *Seruius* in illud Virgil. II. Georgic. v. 385.

Nec

c) Pertinet huc *Atilius Fortunatianus*, quem Gesnerus citat: *Noſtri antiqui vſi ſunt eo*, (metro Saturnio) *non obſeruata lege, nec vno genere cuſtodito inter ſe verſus: ſed praeterquam quod duriſſimos fecerunt, etiam alios breuiores, alios longiores inſeruerunt, vt vix inuenerim apud Naeuium, quos pro exemplo ponerem.* Naeuius autem, Diomede teſte lib. III., metrum ſaturnium inuenit in honorem Dei, addita vna ſyllaba ad iambicum verſum. Petulantes plerumque ac mordaces fuerunt Naeuii verſus. Sic v. c. Metellos hoc ſcommate perſtrinxit:

Fato Metelli Romae fiunt conſules.

Quare malignum poetam hoc carmine ſaturnio luſiſſe dicuntur Metelli:

Et Naeuio Poetae,
Cum ſaepe laederentur,

Caſaub.

Dabunt

Nec non Auſonii, Troia gens miſſa, coloni
Verſibus incomptis ludunt, riſuque ſoluto.

id eſt, inquit, *carminibus Saturnio metro compoſitis: quos ad rhythmum ſolum vulgares componere conſueuerunt.* Vt videantur huiusmodi verſus a proſa abfuiſſe propius, quam a vera poëſi. Nam ῥύθμος etiam in ſoluta oratione habet locum: quae nihilominus, ſi numeris careat, ἔνρυθμος fiet, at non ἔμμετρος: proinde ne poëſis quidem. Non multo plus artis habuerunt Feſcennini, ipſi quoque temere compoſiti ac rudeis. Haec nempe erant adhuc naſcentis Romanae poëſeos primordia: et quae vocari ab Ariſtotele αὐτοσχεδιάσματα libro ſuperiore cap. 1. p. 5. 12. 15. obſeruabamus: vbi etiam de Feſcenninorum origine HORATII verba proferebamus e libro II. Epiſt. I. v. 145.

Feſcennina per hunc inuenta licentia morem,
Verſibus alternis opprobria ruſtica fudit [d]).

Feſcen-

Dabunt malum Metelli,
Dabunt malum Metelli.

Affert hos verſus *Maurus Terentianus* lib. de metris, vbi multa de metro Saturnio. Quod reliquum eſt, recte Noſter monet, verſus ſaturnios, eosdemque antiquiſſimos, quos Fauni vatesque canebant, maxime fuiſſe ſolutos, nec vllis metri legibus adſtrictos. Quod vel haec *Ennii* docent:

— — — Scripſere alii rem
Verſibu', quos olim Fauni vatesque canebant,
Cum neque Muſarum ſcopulos quisquam ſuperarat,
Nec dicti ſtudioſus erat.

Ram.

d) Obſcoenitate igitur atque opprobriis pleni fuerunt verſus Feſcennini, quod in tanta antiquiſſimae Romae barbarie ac ruſticitate eo minus mirandum videtur, cum et ea tempeſtate, qua manſuetiores morumque elegantia conſpicui eſſent Romani, idem fere horum verſuum character ſeruaretur. Namque in nuptiis celebrandis Feſcennina cantari ſolebant carmina, obſcoenitate,

Feſcenninos excepit Satira, vt tempore poſterior, ita elaborata magis, et quod ad metrorum leges attinet, perfectum iam poëma. LIVIVS lib. VII. de ludorum ſcenicorum inſtitutione agens: *Caeterum*, ait, *parua haec quoque, (vt ferme principia omnia,) et ea ipſa peregri-*

na

nitate, pariter ac ſcurrilibus iocis plena: de quibus *Catullus* Carm. LX. v. 126.

Nec diu taceat procax
Feſcennina locutio.

Eadem procacitas illorum fuit verſuum, quos in Pollionem ſcripſit Auguſtus. Loquitur de iis *Macrobius* Saturnal. lib. II. c. 4, differens de iocis, quos Auguſtus ſaepe affectauit, ſaluo tamen maieſtatis pudorisque reſpectu, nec vt caderet in ſcurram. Verba eius ſunt: *Temporibus triumuiralibus Pollio, cum Feſcenninos in eum Auguſtus ſcripſiſſet, ait: At ego taceo. non eſt enim facile in eum ſcribere, qui poteſt proſcribere.* Nomen habent Feſcennini verſus a Feſcennia Hetruriae ciuitate. Egregius praeterea eſt Horatii locus lib. II. epiſt. 1. v. 149 ſeq, quo Feſcenninam licentiam tantam fuiſſe docet, vt ne honeſtis quidem, digniſſimisque viris parceret, ſed optimum quemque ruſticis opprobriis impune perſtringeret.

— — Donec iam ſaeuus apertam
In rabiem coepit verti iocus, et per honeſtas
Ire domos impune minax. Doluere cruento
Dente laceſſiti.

Quamobrem ferre rabidos illos iocos non diu potuerunt ii, quibus delicatior eſſet ſenſus, nec tantus obſcoenitatis amor. — *Quin etiam lex*

Poenaque lata, malo quae nollet carmine quemquam
Deſcribi. Vertere modum, formidine fuſtis
Ad bene dicendum delectandumque redacti.

Lex ipſa, quae in XII. Tabulis exſtabat, ita habet: *Si qui pipulo Occentaſit, carmenue condiſit quod infamiam faxit flagitiumue alteri, fuſte ferito.* Pipulum idem eſt, quod conuicium. *Plautus* Aulul. III. 2. 32. Confer. *Ciceronem* Quaeſt. Tuſcul. l. IV. et *Auguſtinum* de ciuitate dei lib. 2. c. 9. p. m. 166, vbi, quid Romani veteres de cohibenda poëtica licentia ſenſerint, diſputatur. *Ram.*

na res fuit. Sine carmine vllo, ſine imitandorum carminum actu, ludiones ex Hetruria acciti, ad tibicinis modos ſaltantes, haud indecoros motus more Thuſco dabant. Imitari deinde eos iuuentus ſimul, inconditis inter ſe iocularia fundentes verſibus, coepere: nec abſoni a voce motus erant. Accepta itaque res, ſaepiusque vſurpando excitata. Vernaculis artificibus, quia Hiſter Tuſco verbo ludio *vocabatur, nomen hiſtrionibus inditum: qui non ſicut ante Feſcennino verſui ſimilem, compoſitum temere ac rudem alternis iaciebant: ſed impletas modis* SATIRAS *deſcripto iam ad tibicinem cantu, motuque congruenti peragebant:* Haec LIVIVS in anno V. C. CCCXC. Coſſ. C. Sulpitio Petico, C. Licinio Stolone, quando graui peſtilentia vrbs laborauit *e*). Conferenda autem hiſtoria haec eſt de origine et progreſſu poëtices, καὶ τῆς θεατρικῆς μουσικῆς apud Romanos, cum iis, quae de Graecorum poëſi diſputata ſunt initio libri ſuperioris. Videbis propemodum omnia heic atque ibi ſimilia. Quod non ideo ſic accidit, quia Graecos Romani adhuc imitarentur. Nam imitatio Graecorum tunc coepit, cum ingenio ars acceſſit: at rudimenta haec poëticae ab auctore atque impellente natura proficiſcebantur, ſicut demonſtratum eſt, et probat elegantiſſima diſputatione MARIVS VICTORINVS libro quarto. Vt igitur teſte Philoſopho *f*), ἐκ τῶν αὐτοσχεδιασμάτων nata ſunt τὰ ἰαμβεῖα, ὅτι ἐν τῷ μέτρῳ τούτῳ ἰάμβιζον ἀλλήλους: ſic ex illis iocularibus dictis, quae fundi prius temere ſolebant in Romanorum ſolen-

e) Quae hic a Liuio deſcribitur, antiqua Satira, rudis adhuc et incondita, ſatis diu viguit, cum per CCXX. annos Romanorum animos tenuiſſe videatur. Tot enim anni numerantur inde a Conſulatu Licinii Stolonis, ad quem antiquae Satirae originem *Liuius* refert, vsque ad annum V. C DXIV, quo conſulari dignitate fungebantur C. Claudius et M. Tuditanus. Eo enim anno *Liuius Andronicus* a ſatiris ad fabularum argumenta ſpectantium animos transferre coepit. *Ram.*

f) de Poetica cap. IV.

ſolennibus, Satira primum eſt orta. Satira haec carmen fuit, ridicula verſibus intexta continens, quae inter ſe more antiquo iactitabant, vt mox loquitur ipſe LIVIVS. Quam fuerit huiusmodi Satira diuerſa a Luciliana, dicere nihil attinet. Res enim manifeſta: et clariſſime arguent, quae deinceps dicentur. A Satyrica vero Graecorum tantum differebat, quantum a caetera poëſi diſtat dramatica: cuius ne nomen quidem norant tum Romani *g*). Quemadmodum autem apud Graecos vſurpationem τῆς ἰαμβικῆς ἰδέας, vt cum Philoſopho loquamur, excepit in ſcena dramatice, poſt inuentam a Theſpide tragoediam, ab Epicharmo et Cratete comoediam: ſic Satiram veterem ſecuta eſt fabularum compoſitio: quarum auctor primus apud Romanos ANDRONICVS, homo et Graecus, et Graecis litteris excultus, qui poſtea ab hero M. Liuio Salinatore, cuius liberos erudiebat, manumiſſus, LIVIVS ANDRONICVS eſt dictus. De hoc idem princeps hiſtoriae Romanae *h*): *Liuius poſt aliquot annos ab Satiris auſus eſt primus argumento fabulam ſerere.* VALERIVS MAXIMVS *i*): *a Satiris primus omnium poëta Liuius ad fabularum argumenta ſpectantium animos tranſtulit.* Atque ita nullum dubium, quin vniuerſam dra-

g) Fac, ignoraſſe Romanos ea tempeſtate poëſeos dramaticae nomen, quod, neſcio, an ſatis probari poſſit; rem tamen ipſam non cognouiſſe, minime ſunt cenſendi. Satira enim, cuius paullo ante *Liuius* exhibuit imaginem, nonne δραματικὴ fuit, et ſaltatione, motu, actionisque artificio conſtans? Diſerte haec *Liuius*, quem qui recte intelligunt, facile a ſe impetrari patiuntur, vt antiquam Romanorum ſatiram ad Graecorum drama ſatyricum quodammodo acceſſiſſe credant. Magnum tamen erat diſcrimen, in eo maxime poſitum, quod Satyros deos, Graecorum Satyricae perquam familiares, non admitteret Satira Romana. *Ram.*

h) lib. VII. cap. 2. Conf. *Dionyſ. Halicarnaſſ.* Antiquit. Rom. lib. VII. c. 9.

i) lib. II. cap. IV. ex. 4.

dramaticen Graecis acceptam ferre debuerint Romani. Quod enim in Sicilia *Epicharmus*, Athenis *Theſpis* et *Crates*, id Romae fuit vnus *Andronicus*: qui primus Latinis et tragoediae et comoediae componendae praebuit exemplum. Satis conſtat, primam *Liuium* docuiſſe fabulam C. Clodio Caeci F. et M. Tuditano Coſſ. anno poſt Romam conditam, vt ex Attico ſuo ſcribit M. TVLLIVS, quartodecimo et quingenteſimo k). Vnde poteſt intelligi, quam lente Romanorum ſtudia ad poeticen excolendam ſint traducta. Porro fabularum compoſitione inuenta, refrixit initio Satira: verum hoc tantiſper, dum mos obtinuit, vt ipſi poetae ſuas in ſcena fabulas agerent l): vbi vero agendi parteis ad hiſtriones ſunt translatae,

k) Verba Ciceronis ſunt in *Bruto* ſiue de claris oratoribus cap. 18. *Atque hic Liuius, qui primus fabulam C. Clodio, Caeci filio, et M. Tuditano conſulibus, docuit, anno ipſo, antequam natus eſt Ennius; poſt Romam conditam autem quartodecimo et quingenteſimo, vt hic* (Pomponius Atticus in Annalibus) *ait, quem nos ſequimur. Eſt enim inter ſcriptores de numero annorum controuerſia.* Longe aliter tamen annum, quo carmina ſua in ſcenam producere coepit Liuius, idem definit *Cicero* Tuſcul. Quaeſt. lib. I. c. 1. — — *ſerius poëticam nos accepimus. Annis enim fere CCCCX. poſt Romam conditam, Liuius fabulam dedit, C. Claudio, Caeci filio, M. Tuditano, conſulibus, anno ante natum Ennium. — — Sero igitur a noſtris poëtae vel cogniti, vel recepti.* Quem hic habes annum, falſum plerique putant. Nec iniuria. Repugnant enim Faſti Conſulares, qui Conſules illos anno poſt quingenteſimum XIII. inclaruiſſe docent; repugnat etiam *Gellius* Noct. Att. lib. XVII. cap. 21. De *Liuii Andronici* vita et ſcriptis peculiaris extat SAGITTARII commentarius; nec contemnenda, quae habet FVNCCIVS *de adoleſcentia linguae latinae* p. 59-64. *Ram.*

l) *Liuius* Hiſtor. lib. VII. c. de Liuio Andron. *Idem ſcilicet, id quod omnes tum erant, ſuorum carminum actor, dicitur, quum ſaepius reuocatus vocem obtudiſſet, venia petita puerum ad canendum ante tibicinem quum ſtatuiſſet, canticum egiſſe aliquanto magis vigenti motu, quia nihil vocis vſus

latae, retulit in ſcenam ipſa iuuentus Romana riſus iocosque priorum Satirarum; non quidem vt fabulas excluderent, ſed vt fabulis ipſis, praeſertim autem Atellanis, adiungerentur, ſiue insererentur. Quam mutationem etiam alia deinde eſt ſecuta, cum *Exodia* dici coepere, quae prius erant Satirae. LIVIVS docet clare ibidem m): vbi, poſtquam de fabulis *Andronici* dixiſſet, et partito officio inter puerum ac tibicinem cantantes, et hiſtrionem, (qui poetae ſucceſſit,) canticum agentem, hoc eſt, vt exponit VALERIVS MAXIMVS n), geſticulationem peragentem, ſubiicit haec: *Poſtquam lege hac fabularum ab riſu ac ſoluto ioco res auocabatur, et ludus paulatim in artem verterat, iuuentus hiſtrionibus fabularum actu relicto, ipſa inter ſe more antiquo ridicula intexta verſibus iactitare coepit, quae inde* EXODIA *poſtea appellata, conſertaque fabellis potiſſimum Atellanis ſunt.* Appellatione *verſuum,* Satiram, cuius paullo ante meminerat, intellexiſſe heic LIVIVM, nequit ambigi. Quamobrem ad honeſtatem veteris Satirae referri debet, quod de priuilegio actoribus Atellanarum conceſſo ſubiicit.

M 4 VALE-

vſus impediebat. Inde ad manum cantari hiſtrionibus coeptum diuerbiaque tantum ipſorum voci relicta. Diuerbia nihil aliud ſunt, quam colloquia, ſiue, vt *Diomedes* ait, eae comoediarum partes, in quibus diuerſorum perſonae verſantur. Pronuntiari illa ſolebant ab hiſtrionibus. *Ram.*

m) lib. VII. cap. 2.

n) lib. II. cap. IV. ex 4. Eandem *Valerii* ſententiam ſequuntur *Klockius* et *Gronouius* ad illa Liuii: *inde ad manum cantari hiſtrionibus coeptum.* Ad manum enim cantare, quid aliud ſignificare poteſt, quam tacitae hiſtrionum geſticulationi, quae ſaltando, maxime autem manibus fit, cantu reſpondere? Alia eſt coniectura *Salmaſii*, qui *ad manum ſaltari* legendum putat, quod Graeci χειρονομεῖν vocant. Sed refutarunt Salmaſium viri doctiſſimi, quos citat *Drakenborchius* ad hunc Liuii locum. *Ram.*

VALERIVS MAXIMVS ita narrat ex Liuio *o*): *Atellani ludi ab Oſcis acciti ſunt: quod genus delectationis Italica ſeueritate temperatum ideoque vacuum nota eſt: nam neque tribu mouetur, neque a militaribus ſtipendiis repellitur.* Satiram, quae Atellanis coniuncta, nuncupat Valerius *Italicam ſeueritatem.* Ex quo apparet, totum iſtud poëmatis genus iocis et ridiculis dictis abundaſſe potius, quam impuris atque obſcenis. Idem ſupra de Satyrica Graecorum obſeruabamus. Ac videtur ea non poſtrema fuiſſe cauſſa, cur nonnulli e veteribus criticis, cum Atellanis fabulis Satyricas compararint *p*): de quo plura inferius. Fuit et alia cauſſa, quam potiſſimum dubio procul iidem ſpectarunt. Nam vt Satyricae tragicis dramatis adiectae ſunt a Graecis, ad temperandam tragoediae moeſtitiam: ſic Satiras, ſiue Exodia, ſimillimam ob cauſſam poſt tragoedias produci ſolitas, memoriae quidam prodiderunt. Scholiaſtes antiquus Iuuenalis *q*): *Exodiarius*

o) lib. II. cap. IV. Si ab Atellanarum actoribus diſceſſeris, reliqui omnes hiſtriones infamia apud Romanos notati fuerunt Cum enim artem ludicram ſcenamque totam probro ducerent: genus id hominum non modo honore ciuium carere, ſed etiam tribu moueri notatione cenſoria voluerunt. Ac licet *Tullius* Roſcio comoedo familiariter vſus ſit, eumque ſaepe laudauerit, inprimis in oratione pro ipſo habita: artem tamen ipſius non fuiſſe honeſtam, neque dignam tanto viro, ſatis declarat. *Ram.*

p) Latina Atellana, auctore *Salmaſio* in Suetonii Tiberium cap. XLV, a graeca Satyrica eo tantum differebat, quod in Satyrica Satyrorum fere perſonae inducebantur, aut aliae aeque ridiculae: in Atellanis Oſcae, vt Maccus. Rhintonica autem eſt ἱλαροτραγῳδία vel ἱλαρῳδία. Et quid aliud eſt Σατυρικὸν δρᾶμα, quam ἱλαροτραγῳδία? Huius auctor Rhinton Tarentinus. Vnde apparet, genus hoc in maiore Graecia viguiſſe: atque inde Oſcorum Atellanae ſimiles Rhintonicis. CREN. Conf. quae de ἱλαροτραγῳδία diximus ſupra pag. 92. *Ram.*

q) In Satyr. III. v. 175. p. m. 40. edit. Heidelberg. cIↃ IↃXC. in 8. CREN.

xius apud veteres in fine ludorum intrabat; quod ridiculus foret: vt quicquid lacrymarum atque triſtitiae coegiſſent ex tragicis affectibus, huius ſpectaculi riſus, detergeret. Exodiarium r) vocat poetam Atellanarum: nam etſi

M 5 Atel-

r) *Latini*, inquit Cl. SALMASIVS in notis ad c. XLII. Vopiſci in Aurelian. p. m. 529. part. II. Hiſtoriae Auguſtae Scriptor. edit. Lugd. Batav. 1671. in 8. *vrbicos et vrbicarios etiam adpellant* Mimicos ſcurras, et Exodiarios et Atellanos. *Etſi enim non ignorem, quid diſtent Atellanae et mimi, recentiores tamen confudiſſe videntur. Vnde* Exodiarius *pro mimo vel mimico ſcurra apud Ammianum* lib. XXVIII. c. IV. extr. „Id enim nunc repertum eſt pro ſonitu laudum impenſiore, per adplicatos homines ad loquendum, vt in omni ſpectaculo „exodiario, venatori, aurigae et hiſtrionum generi „omni, et iudicibus celſis, itidemque minoribus, nec „non etiam matronis clametur aſſidue, per te ille diſcat." Poſtquam laudatus *Salmaſius* verba veteris Scholiaſtae, quae et noſter *Caſaubonus* habet, adduxit, loc. cit. ſubiicit: *Idem* (ſcil. Scholiaſtes) *addit verſum Lucillii, qui ſic legendus eſt*:

— — Principio dignum exodiumque ſequetur.

(In meis libris lego: *Huius et Lucillius meminit*: Principio exitus dignus, exodiumque ſequetur.) *Nam* exitus dignus *in verſum illum irrepſit ex Gloſſa.* Exodium *enim exitum ſignificat. Vnde* ad exodium vitam perducere *Varroni*, (cuius loca et verba habes apud Nonium p. m. 13. b.) *Feſtus*, ad exodium, ad exitum. *Et male ibidem doctiſſimi viri, qui Graecos ἔξοδον dixiſſe, non ἐξόδιον autumant. Latinis autem exodium dictum, vt prologium, quum idem Graeci non προλόγιον, ſed πρόλογον dicerent. Falſum hoc inquam. Nam Graecis etiam ἐξόδιον dicitur, pro fine alicuius rei vel exitu.* PLVTARCHVS *in Craſſo: εἰς τοιοῦτο φασὶν ἐξόδιον τὴν τοῦ Κράσσου στρατηγίαν τελευτῆσαι. Sic et μεθόδιον et μέθοδον dixere. Sed ad rem. Exodiarii olim proprie Atellani. Poſtea vero, vt dixi, pro mimis vel mimicis ſcurris. Vir incomparabilis in notis ad Manilium exodia dici putat dicteria, quae in fine fabulae dicerentur, vt ᾀσμάτια, quae in principio, et ἐμβολα, quae in media fabula interponerentur. Horum nihil verum eſſe poteſt. Nam exodia Atellanarum alia ratione dicta, nec in fine*

lanas hic Grammaticus non nominat: de illis tamen potiſſimum, quae ſcribit, debent accipi; quum non aliis fere

fine fabularum introducebantur, et res erat prorſus a fabula ſeparata. Et fallitur ille vetus Scholiaſtes, qui Exodiarios in fine ludorum intraſſe ſcripſit. Cum illa ſcriberet, reſpiciebat ad nominis rationem: nam exodium eſt finis vel exitus. Non minus errat vir ille, quem dixi, doctiſſimus, dum apud Firmicum exitum fabularum pro exodiis, quae in fine fabularum ponerentur, accipit. Verba Firmici: „cum „effoeminati corporis mollitie cinaedos efficient, et „qui veterum fabularum exitus in ſcenis ſaepe ſaltan„tes imitentur.„ *Quis non videt, Firmicum de Pantomimis loqui, qui veteres hiſtorias ſaltando exprimebant?* Nam exitus fabularum *pro fabulis poſuit Firmicus. At de mimis, qui poteſt accipi? Prorſus dicas, Scaligerum ibi non eſſe: ita oblitus ſui eſt. Recte autem Firmicus pantomimos, et hiſtriones, fabularumque veterum ſaltatores, cum cinaedis effoeminati corporis iunxit. Nam illi ipſi ſaltatores effoeminato fluxoque erant corpore, et magnam partem cinaedi.* TERTVLLIANVS *de pantomimis:* „Quid? „quod imago Dei veſtri ignominioſiſſimum caput et „famoſum veſtit? quod corpus impurum et ad iſtam „artem effeminatione productum, Mineruam aliquam „vel Herculem repraeſentat?„ *Idem in libro de ſpectaculis:* „Quid de Pantomimo, qui etiam muliebribus cu„ratur?„ *Hinc ſpectari licet, quam bene cinaedos et pantomimos ſimul poſuerit Firmicus, et eamdem illis conſtellationem aſſignauerit. De mimis res alia eſt.* Haec SALMASIVS. Qui et ibi in eo a Scaligero abit, quod putat, ἐπεισόδια et ἐμβόλια fuiſſe diuerſa in re ſcenica; indeque *emboliariam mulierem* Plinio lib. VII. cap. XLVIII, quod eſt de ſpatiis vitae longiſſimis, dictam, quia embolia ſaltaret in ſcena. Stephanus Pighius in annalibus Romanis ad annum Iↄ CLXXI ait, emboliariam eſſe mimam *primum ingredientem, quae ſcenae repraeſentandae argumentum populo demonſtrat, quemadmodum prologus apud Terentium.* Embolii voce vſus etiam Tullius, vt lib. III. ad Quintum fratrem epiſt. I. extr. *Mirificum ἐμβόλιον cogito in ſecundum meorum librorum includere, dicentem Apollinem in concilio Deorum, qualis reditus duorum imperatorum futurus eſſet.* Piſonem et Gabinium ſignat. Luſit

fere fabulis, quam Atellanis, adiungi ſolita fuiſſe Exodia, et ſuperiora verba LIVII doceant, et teſtimonia veterum, qui Exodia propria faciunt id genus fabularum. SVETONIVS libro III. capite XLV: *Vnde mora* [s]) (ita ſcribendum

Luſit etiam ambiguo hoc vocabulo orat. pro Sextio c. LIV. *Ipſe ille maxime ludius, non ſolum ſpectator, ſed actor, et acroama, qui omnia ſororis embolia nouit.* Loquitur de P. Clodio, qui cum ſorore Clodia rem habuiſſe ferebatur. Hac fini pergit interiectis aliquot ibi SALMASIVS: *Exodiarii igitur Vrbicarii, mimici, ſcurrae et vrbici idem. Gloſſae:* Ateliani σκηνικοὶ, ἀρχαιολόγοι, βιολόγοι. *Donatus:* Atellanae ſalibus et iocis compoſitae, quae in ſe non habent, niſi vetuſtam elegantiam. *Hinc ἀρχαιολόγοι* Atellani, *βιολόγοι etiam dicti, quod ſententias ad vitam vtiles iactarent iſti mimici ſcurrae, vt videre eſt in iis ſententiis, quae ſuperſunt ex Mimis Publii Syri et Laberii. Hinc dicebantur etiam ἠθολόγοι. Heſychius, ἠθολόγος, θεατρικής. Vbi ἠθολόγον vir magnus perperam accipit pro philoſopho ad rauim usque in mores, vel de moribus declamante in theatris.* Hactenus SALMASIVS. Ceterum, quod Mimi huiusmodi exodia vſurpauerint poſtea, Valeſio in citatum Ammiani locum ſub Iulio Caeſare coepiſſe videtur. Quorſum adducit, quod Cicero in lib. IX. epiſt. XVI. ad Paetum, poſtquam de Caeſaris dominatione multa dixit: *nunc venio*, ait, *ad iocationes tuas, quando* (quum) *tu ſecundum Oenomaum Accii, non, vt olim ſolebat, Atellanam, ſed, vt nunc fit, mimum dediſti.* Ibi adducit et Iuuenalis locum, noſtro Caſaubono quoque citatum, male e Satira IV, putauitque, veteris Scholiaſtae verba eamdem Satyram et locum reſpexiſſe, quare et illa in notis ad eamdem Satiram IV haberi dixit. Claro documento, ipſum Scholiaſten Valeſium non inſpexiſſe, ſed ex alio Iuuenalem cum Scholiaſte falſo citante exſcripſiſſe. CREN.

s) Eandem lectionem aſſerunt *Turnebus*, *Salmaſius* et alii, quos commemorat *Oudendorpius* ad hunc Suetonii locum. *Mora* autem aliis eſt verſus tractim pronunciatus, vel interuallum, quod exodia, quae praeter argumentum fiunt, adferunt fabulae; aliis foemina *fatua*, ſiue partes foeminae fatuae agens. Quibus *nota* placet,

bendum eſſe, non *nota*, alibi docemus:) *in Atellanico exodio proximis ludis aſſenſu maximo excepta, percrebruit: Hircum vetulum capris naturam ligurrire.* IVVENALIS in ſexta v. 71.

Vrbicus exodio riſum mouet Atellanae
Geſtibus Autonoës,

Apud Grammaticos quando *Q. Nouius*, aut *Afranius*, aut L. *Pomponius*, aut alii in Exodio laudantur, de fabulis Atellanis, vt arbitror, ſemper accipiendum [t]). Apud SVETONIVM in Galba *Atellanum canticum* de Exodio interpretor. Non enim aliud in Atellana canticum, niſi Exodium. Quod ita dictum, vel quia ſingulorum diuerbiorum fini ſubiiciebatur, vel quia extremae fabulae ſemel. Sic inter chorica mele Graecorum dramatum, quod ab introeuntibus in ſcenam cantabatur, εἰσόδιον dicebant: quod ab exeuntibus, ἐξόδιον. Auctores POLLVX et comici interpretes. Etſi autem dubitari non poteſt ex LIVII verbis, Exodia Atellanarum ex antiqua Satira fuiſſe primum nata, vt vt poſtea nomen fuerit mutatum: ſeruatum tamen etiam a poſteris eandem poëſeos formam ac modum, neque exemplis vllis poteſt probari, neque vllius antiquorum teſtimoniis euinci [u]).

CAPVT

placet, recte hanc vocem de ignominia interpretantur, qua obſcoenitas Tiberii, foeminis illuſtribus turpiter illudentis, notabatur. Quare quod ex Atellana de *birco* dictum fuerat, id populus ad Tiberium transferebat, aſſenſuque maximo excipiebat. *Ram.*

t) Scribendis Atellanis olim inclaruerunt Q. Nouius, (Naeuius,) L. Pomponius, Mummius et Afranius, ex quorum fabulis fragmenta quaedam aetatem tulerunt. V. *Vulpium* de Satira Latina cap. 1. p. 9., et Fragmenta veterum poetarum latinorum, ab *Almeloueenio* et aliis edita. *Ram.*

u) Excidiſſe videntur *Caſaubono*, infinitae lectionis viro, quae apud *Suetonium* in vita Neronis cap. XXXIX. leguntur. Namque ibi diſſerens de Nerone, nihil patientius, quam maledicta et conuicia hominum, ferente

CAPVT II.

ARGVMENTVM.

De Satira Ennii et Pacuuii*: ea cuiusmodi fuerit. Varietas metrorum in illis: item argumentorum. Quadrati verſus, non ſoli iambici.* L. Pomponii *Satira. Graeci, qui poëmata ex diuerſis metris compoſuerunt. Homeri* Margites: *Chaeremonis* Centaurus. *Satira Enniana Graecis incognita. Locus* Horatii *in eam rem correctus. De* Varroniana *Satira. Quomodo prior* Luciliana? *qualis illa, et quam multiplex in ea varietas? Locus* Ciceronis *animaduerſus.* Menippus *et* Meleager *duo ſcriptores σπουδογέλοιοι.* Strabo *ex coniectura correctus.* Varro *Menippum imitatus. Eius Satirae* Menippeae *dictae et cynicae. Ipſe quoque Menippeus cognominatus.* Probi *error ſuper Satiris* Menippi. *Character dicendi* Menippeus. *Παρῳδίας in legitima ſcriptione vitioſae: παρῳδεῖν pro conuitiari. Differentia inter* Menippi *ſcripta et* Varronis *Satiras.* Iuliani *Caeſares.* Luciani *ſtilus.* Senecae *Apolocyntboſis.* Petronii *Satiricum: item* Martiani. Boetii *liber de conſolatione Satirae ſimilis.*

AVCTOR eſt *M. Tullius* *), natum poëtam ENNIVM anno proximo poſtquam inceperat *Liuius Andronicus* fabulas Romae docere. Quum igitur ſuperiore ca-

pite

rente, haec inter alia addit: *Et* Datus, *Atellanarum hiſtrio, in cantico quodam, ὑγίαινε πάτερ, ὑγίαινε μῆτερ, ita demonſtrauerat, vt bibentem natantemque faceret, exitum ſcilicet Claudii Agrippinaeque ſignificans: et in nouiſſima clauſula,*

Orcus vobis ducit pedes,

ſenatum geſtu notaret: hiſtrionem et philoſophum Nero nihil amplius, quam vrbe Italiaque ſubmouit, vel contemtu omnis infamiae, vel ne fatendo dolorem irritaret ingenia. Extiterunt igitur Neronis adeo aetate Atellanarum hiſtriones, neque dubitari poteſt, Atellanas et ſcenica exodia tum vſitata fuiſſe. Quod idem *Suetonius* haud obſcure ſignificat in Galba cap. XIII, et in Domitiano cap. IX. Senſit hoc, egregieque expoſuit *Dacierius* in erudita Diſſertatione *ſur la Satire*, quae extat in *Memoires de l'Academie des Inſcriptions et belles lettres* Tom. II. p. m. 199 ſeqq. *Ram.*

*) in *Bruto* cap. XVIII. Ennii vitam paullo accuratius deſcripſerunt *Paulus Merula* et *Hieronymus Columna*, quo-

veteres Horatii interpretes. Sextum Satirarum Ennii citat *Donatus* ad Phormionem Terentianam: niſi error commiſſus in numerorum notis, et IV. pro VI. apud hunc reſtituendum: aut contra in iis, quae Porphirioni tribuuntur. Ex ipſis fragmentis, quae tamen ſuperſunt non adeo multa, apparet, quod ait *Diomedes*: miſcellam diuerſi generis carminum fuiſſe Ennii Satiras *e*). Non ſolum enim in diuerſis libris aliud atque aliud metrum vſurpauerat, ſed etiam in eodem libro, hoc eſt, vt exiſtimo, Satira eadem: nam ſingulis libris ſingulas Satiras fuiſſe contentas, adducunt me, vt credam, veteres, qui ea-rum

e) Non temere et ſine cauſa, ſed adhibito conſilio, varietate metrorum Satiras ſuas diſtinxit Ennius. Cum enim, quas ſcribebat, Satiras dramatici generis eſſe nollet; nec id ſibi propoſitum haberet, vt in ſcenam producerentur, ac, velut Atellanae illae aut verſus feſcennini, cantando pariter ac ſaltando exprimerentur: facile carere poterat metro certis quibusdam regulis adſtricto, cuius et ante Ennium aut nullus, aut ſibi non ſatis conſtans erat vſus. Neque tamen eandem metrorum diuerſitatem ſemper adhibuit Ennius, ſed ad Graecorum exemplum Annales verſibus hexametris conſcripſit, omnemque adeo Latinorum poeſin magnis ſuis ornauit meritis. Itaque id, quod *Horatius* lib. II. epiſt. I. v. 157 dicit,

— — — ſic horridus ille
Defluxit numerus Saturnius, et graue virus
Munditiae pepulere,

ad Ennium quoque transferri poteſt, qui, Graecorum ſtudiis bene imbutus, agreſti adhuc Latio artes inferre coepit, quique

— — — primus amoeno
Detulit ex Helicone perenni fronde coronam
Per gentes Italas.

Ceterum varia illa et inter ſe mixta metrorum genera a Graecis mutuatus eſt *Ennius*, iisque, vt et argumentis antiquiſſimae Rom. Satirae diſſimilibus adhibitis, eam inuenit Satiram, quam proprie latinam dicimus, quamque, cum ſuis adhuc laboraret vitiis, *Lucilius* aliique emendarunt. *Ram.*

rum meminerunt. Seruius ad XII. Virgilii v. 121. profert e ſecundo Satirarum Ennii iſta:

— — contemplor
Inde loci liquidas pilataſque aetheris oras.

Putes ex iſtis, totum illud carmen eodem genere metri ſcriptum, atque Annaleis eiusdem poëtae. Sed aliter rem habuiſſe, *Nonius* arguit, cuius ſunt iſta: OBSTRINGILLARE, *obſtare. Ennius, Satirarum libro* II. *Reſtitant, occurrunt, obſtant, obſtringillant, obagitant.* Perperam editum eſt in Iunii editione, *libro* III. Nam in aliis libris, quibus conſentiunt membranae noſtrae, ſcriptum aliter. Eandem metri varietatem et libro III obſeruabamus. Heroicus eſt, quem inde affert *Nonius* in voce *politiones.*

— — teſteis ſunt
Lati campi, quos gerit Africa terra politos.

At iambicos hoſce trimetros, ſane quam venuſtiſſimos, ex eodem libro III idem Grammaticus non ſemel deſcripſit:

Enni poëta ſalue, qui mortalibus
Verſus propinas flammeos medullitus.

Idem alibi: CRIMINAT. *Ennius,* Satirarum libro III.

Nam is non bene volt tibi, qui falſo criminat
Apud te.

Et hic verſus non obſcure eſt iambicus trimeter. Alibi verſu quadrato vſum in Satyris ENNIVM, diſerte ſcribit A. GELLIVS. Exſtant apud eundem, capite II libri duodeuiceſimi, aliquot trochaici ex illis ipſis Satirarum libris. Tanta in opere non nimis longo metrorum diuerſitas; nec tantum metrorum, ſed etiam argumentorum: de quo, amiſſis Satiris ipſis, conſtare vtcunque pot-

eſt tam ex lectione reliquiarum *f*), quam ex teſtimonio aliquot ſcriptorum. A. GELLIVS libro II. Cap. XXIX. *Hunc Aeſopi apologum Q. Ennius in Satiris ſcite admodum et venuſte verſibus quadratis compoſuit: quorum poſtremi iſti ſunt, quos habere cordi et memoriae operae pretium eſſe hercle puto;*

Hoc erit tibi argumentum ſemper in promptu ſitum:
Nequid exſpectes amicos, quod tute agere poſſies.

In prioris verſus fine ſcribendum, metri lex admonet, *poſitum.* Sunt enim octonarii, ſiue tetrametri trochaici perfecti: vt valde mirer, ſummos viros aliter pronuntiaſſe, et A. Gellium reprehendiſſe, quod quadratos verſus eſſe dixerit. At quanto facilius nobis imponi poteſt in tam paucis verbis, quam illi, qui ex integro carmine haec delibabat? Sed pauci obſeruarunt, *quadratos verſus* appella-

f) Ad Satirarum Ennianarum reliquias *Dacierius* hos refert verſus:

Non habeo denique nauci Marſum augurem,
Non vicanos aruſpices, non de circo aſtrologos,
Non Iſiacos coniectores, non interpretes ſomniûm:
Non enim ii ſunt aut ſcientia aut arte diuini,
Sed ſuperſtitioſi vates, impudentesque arioli,
Aut inertes, aut inſani, aut quibus egeſtas imperat,
Qui ſui quaeſtus cauſa fictas ſuſcitant ſententias,
Qui ſibi ſemitam non ſapiunt, alteri monſtrant viam.
Quibus diuitias pollicentur, ab iis drachmam petunt.
De diuitiis deducant drachmam, reddant cetera.

Horum omnium verſuum *Ennium* eſſe auctorem, *Dacierius* aſſerit quidem, ſed non probat. Neque vllo argumento euincit, cur illos quoque verſus Ennio tribuat, quibus muliercula delicatior et libidinoſa pereleganter venuſteque deſcribitur:

Quaſi in choro pila ludens
Datatim dat ſeſe, et communem facit.
Alium tenet; alii nutat; alibi manus
Eſt occupata; alii peruellit pedem:
Alii dat annulum ſpectandum; a labris
Alium inuocat; cum alio cantat, et tamen
Alii dat digito literas.

Ram.

pellatos fuiſſe veteribus criticis, non ſolos Iambicos octonarios, verum et trochaicos eiusdem menſurae: qua de re plura alibi g). Redeundum enim ad argumenta Satirarum ENNII. FABIVS QVINTILIANVS, libro IX. Capite II. *Formas quoque fingimus ſaepe; vt Famam Virgilius; vt Voluptatem ac Virtutem, quemadmodum a Xenophonte traditur, Prodicus; vt Mortem ac Vitam, quas contendentes in Satira tradit Ennius.* Etſi non poſſumus omnium Satirarum ENNII hypotheſeis ex iſtis diuinare: illud tamen non difficile ſolers lector cognoſcet, toto genere diuerſam fuiſſe Satiram *Ennianam* ab illa, quam ſuperiore capite deſcribebamus. De communi appellatione rerum non congruentium, ſatis capite quarto. An alius praeter Ennium et Pacuuium tales Satiras ſcripſerit, non temere dixerim. L. POMPONIVM in Satira meminimus Priſciano laudari ſexto libro: ſed huius Atellanarum ſcriptoris, quemadmodum A. GELLIO vocatur, Satiram referimus ad genus ante expoſitum. Porro autem ENNIO, cum varia genera metrorum in idem poëma confunderet, contra legitimae poëſeos legem, exemplum Graecorum non defuit, quo ſe tueretur. Obſeruant enim Graecorum critici, HOMERVM ipſum, qui omnis eruditionis fons et norma ſemper eſt habitus, in

g) Cur octonarii verſus *quadrati* dicti ſint, ex Matheſi repetendum videtur. Nam ſicut in cubica figura anguli ſunt octoni, quae figura quadrantal dicitur, ita et quadrati verſus dicuntur ii, qui octo pedibus abſoluuntur. De quorum verſuum conficiendorum ratione haec habet *Terentianus Maurus* de metris: *Sed hic trimetrus, quando duplicem pedem a capite ſumet, tunc* quadratus *dicitur. Idemque dictus eſt et octonarius. Ergo ante verſum collocabo iambicum:*

Phaſelus ille, quem videtis hoſpites;

quadratus iſte talis effici poteſt:

Adeſt celer phaſelus ille, quem videtis hoſpites.

Cf. quae ad l. c. Gellii obſeruantur. *Ram.*

Margite ſuo [b]) heroicis verſibus Iambicos inſeruiſſe: non quomodo lyrici ſaepe faciunt, quum ſingula cola aut ſyſtemata certo ordine ſibi inuicem reſpondent: ſed temere et inordinate, ſine vlla obſeruatione. HEPHAESTION: μετρικὰ ἄτακτα, ὅσα ἐκ μέτρων μὲν ὁμολογουμένων συνέστηκε, τάξιν δὲ καὶ ἀνακύκλησιν οὐκ ἔχει, οὔτε κατὰ κύκλον, οὔτε κατὰ συστήματα. οἷός ἐστιν ὁ Μαργίτης ὁ εἰς Ὅμηρον ἀναφερόμενος· ἐν ᾧ παρέσπαρται τοῖς ἔπεσιν ἰαμβικὰ, καὶ ταῦτα οὐ κατ' ἴσον σύστημα. MARIVS VICTORINVS libro I. in extremo: *Homerus fons atque origo metricae diſciplinae, non tantum in duobus corpuſculis Iliados et Odyſſeae his verſibus Teliambis frequenter eſt vſus: ſed et in eo carmine, cui Margites* [i]) *nomen eſt, idem heroicis hexametris trimetros iambicos tanquam pares numero miſcuit.* Idem libro tertio [k]) de iambico loquens, qui ſeptemdecim ſyllabis conſtat: *Hoc genere verſuum*, ait, *primus vſus eſt Homerus in Margite ſuo: nec tamen totum carmen ita digeſtum perfecit: nam duobus pluribusue hexametris antepoſitis iſtum ſubiiciens copulauit: quos* [l]) *poſtea Archilochus interpolando compoſuit.* Apud Graecos tamen non multos inuenio, qui parem licentiam in pangendis verſibus vſurparint. Quosdam nominant

b) Sunt, qui *Margiten* ab Homero ſcriptum negent. Incertus auctor vitae Homeri (Vol. V. Erneſtinae Opp. Hom. editionis p. 148.) Batrachomyomachiam adeo et Margitem Homero abiudicat: ὡς δέ τινες οὐκ ἀληθῶς λέγοντες, γυμνασίας καὶ παιδιᾶς ἕνεκα, καὶ Βατραχομυομαχίαν προσθεὶς, καὶ Μαργίτην. Sed alia aliis ſtat ſententia, quam neque refellere, neque argumentis anxie conquiſitis confirmare, animus eſt. In Margite homo valde ſtolidus et fatuus ridetur ita, vt Homerus, aut quisquis auctor eſt, hoc carmine pangendo viam ad Comoediam ſcribendam muniiſſe dicatur *Ariſtoteli* Poet. cap IV. *Ram.*

i) In meae Hanouienſis, anni MDCV, quam Helias Putſchius curauit, columna 2512 eſt *Margite.* CREN.

k) columna m. 2572 CREN.

l) In adducta mea editione habeo *quod.* CREN.

minant Graeci metrici. De CHAEREMONE narrat ARISTOTELES, ipſum compoſuiſſe ex omni metrorum genere carmen quoddam, cui nomen indiderat *Hippocentauro*: quem negat poëtae loco cenſendum. Χαιρήμων, inquit, ἐποίησεν Ἱπποκένταυρον, μικτὴν ῥαψῳδίαν ἐξ ἁπάντων τῶν μέτρων, ὃν ποιητὴν οὐ προσαγορευτέον. Ceterum neque *Chaeremonis* huius, neque vllius omnino e Graecis exemplum ſecutus eſt ENNIVS, cum Satiras compoſuit diuerſitate iſta metrorum ſimul et argumenti: nam huiusmodi Scriptionis miſcellae neque exemplum, neque nomen Graecis hominibus fuit notum: quod et HORATIVS diſerte affirmat, Satira vltima libri Sermonum prioris, v. 64. ſeq. quo loco de *Lucilio* diſputans ait:

— fuerit Licilius, inquam,
Comis et vrbanus: fuerit limatior idem,
Quam rudis et Graecis intacti carminis auctor m),
Quamque poëtarum ſeniorum turba.

N 3 Mani-

m) Vetus Commentator editus Antverpiae MDLXXIX. in 4to, opera Iacobi Cruquii Meſſenii, apud Bruganos politioris literaturae profeſſoris publici, p m. 400, a: *Limatior*, inquit, *politior*, *emendatior*. *Senſus eſt: ſit Lucilius limatior, quam rudis auctor carminis et intacti Graecis, id eſt, non vſitati et vſurpati a Graecis ſcriptoribus. Nam Lucilius primus inuenit Satyram. Graecis* intacti: *nulli enim Graecorum hexametris verſibus hoc genus operis ſcripſerunt.* Acro idem cum dicat, admiſcet tamen alia propemodum ab his diſſona. *Limatior*, inquit, *politior*, *emendatior*, *id eſt*, *quamuis graeca carmina Lucilius latinis primus admiſcuerit*, *quod ſuperius reprehendit.* Graecis intacti carminis. *Quia primus Satyram Graecis intactam verſibus hexametris ſcripſit, etiam Graecis autor huius operis eſt. Antea enim ſoli Comici mores ſuorum carpebant apud Graecos. Quia dicuntur Graeci Satyram non puram ſcripſiſſe.* Auctor, *Satyrae*. *Graeci non ſcripſerunt Satyram integram*, *hoc eſt*, *heroico carmine*, *ſed miſcuerunt cum Comoediis.* CREN.

Manifeſto HORATIVS his verbis comparat *Lucilium* cum primis poëtis Latinis: quorum de numero vnum ſeparat, tanquam primum auctorem carminis Graecis intacti, hoc eſt, Satirae. Tò *rudis* n) in ſecundo accipi caſu debet, non in primo: niſi volumus puriſſimum Romanae linguae poëtam ὑπό τι βαρβαρίζειν. Poeta, quem deſignat, non nominat, *Ennius* eſt, vt apparet ex iis, quae modo ſunt dicta. Ac fortaſſe ſcripſerat poëta:

Quam Rudius, Graecis intacti carminis auctor.

De qua emendatione tantum non neceſſaria, nemini adhuc oboluiſſe, mirum eſt. *Rudius* o) pro Ennio etiam apud CICERONEM pro Archia poëta c. X. *Rudium hominem maiores noſtri in ciuitatem receperunt.* Quod autem alibi dicitur FLACCO Lucilius, non Ennius ſcripſiſſe primus Satyras: id ſuperiori interpretationi atque emendationi, ne minimum quidem, repugnare, capite ſequente demonſtrabimus. Apud Latinos vero videtur Ennii exemplum poſterioribus ingeniis fiduciam attuliſſe, vt non ſolum diuerſorum generum metra eodem congererent: ſed

n) *Rudis* cum *carminis* recte coniungitur, inquit Guil. Xylander Auguſtanus in hunc locum p. m. 146 edit. Neoſtad. MDXC in 8: *Habeatur, inquit, Lucilius, id quod non eſt, politior et terſior, quam ab autore noui carminis, et in quo praeeuntem Graecum nullum habuit, quem ſequeretur, fuerit exſpectandum aut requirendum. Conceſſio eſt, quam mox corrigit. Eſt autem*, inquam, *inſertum hyperbati emolliendi cauſa, quod parenthesis efficiebat.* CREN.

o) Rudiae, Calabriae oppidum ad Tarentinum ſinum, patria Ennii *Mela* II. IV. 61: *Ennio ciue nobiles Rudiae.* CREN. Eandem patriam Ennio tribuunt *Silius Italicus* lib. XII. v. 396, *Plinius* Hiſtor. natural. lib. III. c 11, *Strabo* lib. VI. p. 431 edit. Almelov. cuius verba haec ſunt; ἐκβάντες δὲ περιζέουσι συντομώτερον ἐπὶ Ῥωδαίων πόλεως Ἑλληνίδος, (intell. magnam Graeciam,) ἐξ ἧς ἦν ὁ ποιητὴς Ἔννιος. Quibus omnibus refragatur *Dominicus de Angelis*, cuius de Patria Ennii Diſſertationem, Romae 1701 italice ſcriptam, citat *Funccius* de adoleſcentia linguae latinae p. 72. *Ram.*

ſed etiam vt ibridas prorſus ſcriptiones ederent, e ſoluta oratione et numeris adſtricta conflatas. Eiusmodi laſciuiae Satira fuit, quam nos *Varronianam* nuncupamus: quia antiquiorem auctorem ſimilis ſcriptionis ciere alium non poſſumus. QVINTILIANVS lib. X. c. 1. *Alterum illud eſt, et prius ſatirae genus, quod non ſola carminum varietate miſtum condidit Terentius Varro, vir Romanorum eruditiſſimus.* Palam eſt ex his tanti magiſtri verbis, Lucilianam Satiram, de qua paullo ante dixerat, poſteriorem eſſe Satira *Varroniana*: cum tamen annis minimum vno et triginta poſt magnum Auruncae alumnum in lucem editum, natus ſit *Varro.* Nimirum hoc voluit FABIVS: Satiram, in qua *Varro* claruit, eam ipſam eſſe, quam vetuſti Scriptores, quorum facile princeps *Ennius*, illuſtrauerant: hoc intereſſe tantum, quod illi ſola metrorum varietate poëmata ſua Satyrica condierant: Terentius vero etiam proſam *p*) ſatirae ſuae miſcuerat. Enimuero mirificum prorſus et multiplici varietate notabile, ne dicam monſtruoſum, opus edidit *Varro*, cum in illo opere proſam miſcens cum carmine, ſeria cum iocis, Graeca cum Latinis, (id enim et fragmenta

N 4

p) Varronem non tantum vario et metro et argumento Satiram condidiſſe, ſed etiam proſam carmini miſcuiſſe, clare Quinctiliani verba Caſaubono citata docent. Nam ſi non ſolum carmine conſtiterit, proſa etiam ſcriptam fuiſſe, conſequitur. Et ſane id etiam cognoſcimus e Fragmentis, quae ſuperſunt. De proſa tamen tacet, ac ſolum omnigeni carminis meminit *Valerius Probus* in Ecl. VI. in verbis mox a Caſaubono adducendis. Quamquam enim falli videtur, cum ait, Menippi Satyras omnigeno carmine compoſitas fuiſſe: tamen de Varronis Saturis, quas optime norat, ſine dubio verum dixit. Quare hoc extra controuerſiam eſto, Satiras olim pro argumento diuerſo, et proſa, et carmine, eoque varii generis fuiſſe conſcriptas. CREN. Non Crenii haec ſunt, ſed *Voſſii*, in cuius *Inſtitut.* Poet. l. III. p. 48 ad verbum leguntur. *Ram.*

menta arguunt q), nouae ſcriptionis exemplum Latinis ſuis primus dedit. Nec vero ſubiecti minor ibidem varietas. Docent

q) En quaedam Varronis fragmenta, quibus ſuam *de Satira* diſſertationem ornauit *Dacierius*. Sic cum ſignificare vult, diuitias, generis ſplendorem, eruditionem denique vehementer impedire ſapientiam: *Neque auro*, inquit, *aut genere, aut multiplici ſcientia ſufflatus, quaerat Socratis veſtigia.* — Demonſtraturus porro, nihil valere opes, ad curas eximendas, veraque bona comparanda, haec inter alia addit:

Non fit theſauris, non auro pectu' ſolutum;
Non animis demunt curas ac religiones
Perſarum montes, non diuitis atria Craſſi.

Quam ſententiam paullo aliter, ſed multo elegantius, expreſſit *Horatius* Od. XVI. lib. II. v. 9 ſeq.

Non enim gazae, neque conſularis
Submouet lictor miſeros tumultus
Mentis, et curas laqueata circum
Tecta volantes.

Alio loco ridet *Varro* malum poetam, multa illepide conſcribillantem: *Quum Quintipor Clodius tot comoedias ſine vlla fecerit Muſa, ego vnum libellum non edolem?* Pulchre! — Nec minus praeclara ſunt, quae de mulierum vitiis vel tollendis, vel patienter ferendis dicit:

Vitium vxoris aut tollendum, aut ferendum eſt.
Qui tollit vitium, vxorem commodiorem praeſtat;
Qui fert, ſeſe meliorem facit.

Maleſanam quoque habendi cupiditatem depingit ita, vt vix cuiquam alii felicius id ſucceſſiſſe putem:

— — — *Denique auarus*
Quis ſanus? Cui ſi ſtat terra et traditur orbis,
Furando tamen, et morbo ſtimulatus eodem,
Ex ſeſe aliquid quaerat, cogatque peculi.

Grauiter praeterea in philoſophorum inuehitur nugas et deliramenta, his verbis:

Poſtremo nemo aegrotus quicquam ſomniat
Tam infandum, quod non aliquis dicat philoſophus.

Ad quae reſpexiſſe videtur CICERO, cum ſcriberet: *Sed neſcio, quomodo nihil tam abſurde dici poteſt, quod non dicatur ab aliquo philoſophorum.* de Diuin. — Guloſum hominem et prae edendi cupiditate alia omnia negligentem,

Docent hodieque tituli, quos auctor vt plurimum binos ſingulis Satiris indiderat, vt norunt eruditi *). Scopum ſuum in ſcribendis Satiris aperit ipſe apud M. TVLLIVM

 in

gentem, ita alloquitur VARRO: *Si quantum operae ſumſiſti, vt tuus piſtor bonum faceret panem, eius duodecimum philoſophiae dediſſes, ipſe bonus iam pridem eſſes factus. Nunc illum, qui norunt, volunt emere millibus centum; te qui nouit, nemo centuſſis.* — — Denique peruerſam, quae ſua aetate obtinebat, puellarum educationem, et peſſima, quibus imbuebantur, praecepta ſic perſtringit:

Properate viuere puerae,
Quas ſinit aetatula ludere,
Eſſe, amare, et Veneris tenere bigas.

Quae quantis corruptelarum illecebris irretierint virgines pariter ac vxores, idem declarat VARRO: *Non ſolum innubae fiunt communes, ſed etiam veteres puellaſcunt.* — Hae igitur Varronianarum Satirarum ſunt reliquiae, pauciſſimae quidem, ſed tamen tales, vt facile colligi inde poſſit, ſeria cum iocis, ſolutam orationem cum ligata, in Satiris ſcribendis miſcuiſſe Varronem. Quod reliquum eſt, *M. Terentius Varro*, cuius haec ſunt fragmenta, differt a *P. Terentio Varrone Attacino*, non ſpernendo quidem, ſed ad augendam dicendi facultatem parum locuplete. *Quintil.* Inſt. Or. lib. X. c. 1. *Ram.*

*) En etiam Satirarum Varronianarum titulos quosdam, e quibus multiplicem illius ſcriptoris doctrinam coniicere adhuc licet. Alia enim inſcribebatur: Δὶς παῖδες οἱ γέροντες, *Bis pueri ſenes;* alia: Γνῶθι σεαυτόν, *Noſce te ipſum;* alia: *Neſcis quid veſper ſerus vehat;* alia: Περὶ αἱρέσεων, *De ſectis;* alia: Περὶ ἐδεσμάτων, *De cibis ſeu de eſculentis:* alia: *Pſeudolus Apollo,* περὶ θεῶν ἀπαντήσεως, *de occurſu deorum.* Scripſit praeterea Varro libros duos Peripli Philoſophiae, et totidem libros Promethei, non diſſimiles illis, de quibus nunc diſputamus, Satiris. Nam ad vtrosque ſolutam pariter ac ligatam orationem, nec non varia metrorum adhibuit genera. Cf. *Vulpius* de Sat. Lat. p. 64. et *Fabricii* Bibliotheca Lat. edit. Erneſt. p. 128 ſeq. *Ram.*

in Academicis: vbi, poſtquam rationem attulit, cur philoſophiam lucubrationibus ſuis illuſtrandam ex profeſſo non ſuſceperit: *Et tamen*, inquit [r]), *in illis veteribus noſtris, quae, Menippum imitati, non interpretati, quadam hilaritate conſperſimus, multa admiſta ex intima philoſophia, multa dialectice dicta: quae quo facilius minus docti intelligerent, iucunditate quadam ad legendum inuitati, —* in laudationibus, in ipſis antiquitatum prooemiis — philoſophiae ſcribere voluimus, ſi modo conſecuti ſumus.* Vitii notam inuſſimus poſtremo colo: eſt enim non ſolum deprauatum, ſed etiam, vt videtur, mutilum [s]). Hoc autem ſine dubio voluit *Varro*: ita ſe, cum Satiras componeret, philologiam philoſophia temperaſſe, vt mixta ex vtroque genere ſcriptio dici potuerit. Hoc et CICERO confirmat, quando paullo poſt c. III his illum verbis compellat: *atque ipſe varium et elegans omni fere numero poëma feciſti: philoſophiamque multis locis inchoaſti: ad impellendum ſatis, ad docendum parum.* Idcirco FABIVS Varronem inter eos numerat, qui praecepta ſapientiae verſibus tradiderunt: componitque cum Empedocle ac Lucretio. Quod autem ſupra p. 199. dicebamus, non poſſe nos alium nominare, qui ante *Varronem* Satiram huiusmodi ediderit, hoc verum eſt: neque obſtat, quod *Menippum* dicatur *Varro* eſſe imitatus, vt modo ipſe de ſe teſtabatur. Hic eſt *Menippus Gadarenus* [t]), qui cynicam

r) lib. I. Academic. Quaeſtion. c. 2. extr. CREN.

s) Primus, quod ego ſciam, *Caſaubonus* hoc in Ciceronis loco lacunam aduertit. *Turnebus* ſane et alii, etiam nouiſſimi editores altum ſilent, nec ipſius huius Caſauboni loci meminerunt. CREN.

t) *Stephanus* de Vrbibus in Γάδαρα Strabonem ſequutus: Γάδαρα, inquit, πόλις κοίλης Συρίας, ἥτις καὶ Ἀντιόχεια καὶ Σελεύκεια ἐκλήθη. τὸ ἐθνικὸν Γαδαρεύς· καὶ Γαδαρὶς, καὶ ἡ γυνὴ, καὶ ἡ χώρα. ἐντεῦθεν ἦν Μένιππος ὁ σπουδογελοῖος. id eſt: *Gadara, vrbs cauae Syriae, quae etiam Antiochia et Seleucia dicta eſt. Gentile Gadarenſis, et Gadaris de muliere*

eam impudentiam et ἀδιατρεψίαν, vita ſimul ac ſcriptis expreſſit: de quibus non omneis eruditi idem iudicarunt. STRABO vtcumque videtur laudare, cum libro XVI viros illuſtres Gadarenos recenſens, ita ſcribit: ἐκ τῶν Γαδάρων ἦν Μελέαγρος καὶ Μένιππος ὁ σπουδογέλοιος. DIOGENES LAERTIVS et *Menippum* et ſcripta illius penitus damnat: idque iis verbis, vt iure exiſtimes, *Strabonem*, et alios, qui σπουδογέλοιον vocabant, voluiſſe confutare: φέρει μὲν οὖν, ait *), σπουδαῖον οὐδέν. τὰ δὲ βιβλία αὐτοῦ πολλοῦ καταγέλωτος γέμει· καὶ τι ἴσον τοῖς Μελεάγρου, τοῦ κατ᾽ αὐτὸν γινομένου· *Meleager*, cui Menippum comparat LAERTIVS, et ipſe profeſſione Cynicus fuit, tam moribus, quam genere ſcribendi illi compar. Ac fortaſſe apud Strabonem eo, quem modo attulimus, loco, numero multitudinis ſcribendum, οἱ σπουδογέλοιοι. Nihil enim ſimilius duobus hiſce Gadarenis. Vtrumque non ſemel ATHENAEVS citat; ex quo etiam cognoſcimus, inter alia ſcripta Sympoſium ab vtroque horum fuiſſe editum *). *Menippum* quanti Varro fece-

liere et regione vſurpantur. Inde originem habuit Menippus, ſeria iocoſe ſolitus exprimere. CREN. Vide, quae *Menagius* ad Diog. Laërt. VI. 99. obſeruat. *Varro* Menippum appellauit *canem;*

Menippus ille, nobilis quondam canis,
Heic liquit omnes homines in terrae pila.

Atque eodem nomine illum inſignit *Lucianus*, dum παλαιῶν κυνῶν μάλα ὑλακτικὸν καὶ κάρχαρον vocat. *Ram.*

*) lib. VI. cap. 99. CREN.

*) Menippi Cynici Συμπόσιον citat *Athenaeus* lib. XIV. cap. 7. Meleagri Cynici Συμπόσιον adducit idem lib. XI. c. 14. p. 247 his verbis: Καὶ Μελέαγρος δὲ ὁ Κυνικὸς ἐν τῷ Συμποσίῳ οὑτωσὶ γράφει. *Aegidius Menagius* Obſervatt. in adductum Laertii locum p. m. 266 editionis optimae Amſtelaed. CIƆ IƆ CVIIIC, *Voſſius*, inquit, *in libro* III. *de Hiſtoricis Graecis p. m.* 388, *Menippum Cynicum diuerſum facit a Gadarenſi, qui σπουδογέλοιος dicitur Straboni et Stephano: nos eundem eſſe exiſtimamus. Idem et Caſaubono*

et

fecerit, re, non verbis oſtendit; cum imitationem illius ſuam, titulo ipſo, profeſſus eſt: nam Satiras ſuas appella-
uit

et Ionſio videbatur. At Ionſius non de Menippo, ſed de Meleagro loquitur. *Geſnerus*, inquit lib. IV. de Scriptoribus hiſtoriae philoſophicae p. m. 339, *Meleagrum Cynicum et Meleagrum Gadarenſem diſtinguit. Verum Meleagrum Gadarenum Cynicum fuiſſe, docet Nicium ſcortum iſtud, quod Cynulcum illum, Carneum Megarenſem et reliquos Cynicos Deipnoſophiſtas apud Athenaeum* VI, 14, *ita alloquitur:* ὁ πρόγονος ὑμῶν Μελέαγρος ὁ Γαδαρεὺς ἐν ταῖς χάρισιν ἐπιγραφομέναις ἔφη τὸν Ὅμηρον Σύρον ὄντα τὸ γένος κατὰ τὰ πάτρια ἰχθύων ἀπεχομένους ποιῆσαι τους ἀρχαίους, δαψιλέως πολλῆς ὄυσης κατὰ τὸν Ἑλλήσποντον. ἢ μόνον ἀνέγνωτε σύγγραμμα ἀυτοῦ τὸ περιέχον λεκίθου καὶ φακῆς σύγκρισιν; i. e. Auus veſter Meleager Gadarenus in opere, quod Gratias vocauit,. ſcribit, Homerum genere Syrum fingere, patriae ſuae more priſcos heroas piſcibus abſtinuiſſe, cum eorum magna ſit in Helleſponto copia. An vero opus eius tantum legiſtis, quod lentis et legumimm comparationem continet? *Meleager itaque hic Gadarenſis Cynicus fuit, quem propter verba citata interpretibus Homeri annumerare nolim cum Geſnero Bibl. Meleagrum, Graecum autorem, volumen ſingulare ſcripſiſſe, lecithi et phaces comparationem continens, ex Hermolao refert idem Geſnerus ibidem. Verum Hermolaus Meleagri non meminit, et pro Hermolao rectius Athenaeus ſubſtituitur, vt vidimus.* Haec Ionſius. Ceterum Meleager nobilis poeta, cuius Στέφανος, (auctore Luca Holſtenio in pag. 77. b. editionis Lugduno Batauae MDCXCII. in fol. Notar. et Caſtigation. in Stephanum de Vrbibus,) ſiue antiqua epigrammatum collectio in bibliotheca eminentiſſimi Cardinalis Barberini extat. In principio iſtius operis deſcribitur:

Ὁ Μελέαγρος Γαδαρηνὸς ἦν τὸ γένος
Σύρος, ἐτελεύτησεν ἐν Κῶ τῆ νήσῳ

Idemque duo pulcherrima epigrammata teſtantur, quae in eodem opere extant. Quae quoniam adhuc ἀνέκδοτα ſunt, quantum quidem nobis innotuit, publicare hic non grauabimur. Sunt autem hoc titulo:

Εἰς

nit *Menippeas*. A. GELLIVS lib. II. c. XVIII. *Seruus Menippus fuit, cuius libros M. Varro in Satyris aemulatus eſt; quas alii cynicas, ipſe appellat Menippeas.* Poſterior appellatio frequens apud Grammaticos: cynicas vero nuncupat *Probus*, in iis, quae ſcripſit in Virgilium. Sed et ipſe *Varro* ab imitatione Menippi, vel acciuit ſibi, vel ab aliis delatum tulit *Menippei* cognomen. In quarto ATHENAEI Larenſis, qui ad Varronem genus ſuum aliquo modo referebat, ſunt verba: *μέμνηται τῆς παροιμίας καὶ ὁ ἐμὸς προπάτωρ* Ουάῤῥων ὁ Μενίππειος *ἐπικαλούμενος.* Dedit olim iſtud cognomen, minus peritis hiſtoriae, occaſionem exiſtimandi, *Varronem* Menippi fuiſſe *γνώριμον* et familiarem, ſiue diſcipulum: quos refellit iure *Probus* in ſextam Virgilii eclogam: *Varro Menippeus* non a *Magiſtro*, *cuius aetas longe praeceſſerat, nominatus, ſed a ſocietate ingenii, quod is quoque omnigeno*

Εἰς τὸν σοφὸν Μελέαγρον, τὸν τοὺς στεφάνους τῶν ἐπιγραμμάτων πλήξαντα, τὸν ὑιὸν Ἐυκράτεος τοῦ Γαδαρηνοῦ.

Ἐυκράτεω Μελέαγρον ἔχω, ξένε, τὸν σὺν ἔρωτι
Καὶ Μούσαις κεράσαντ' ἡδυλόγους Χάριτας.
Πρῶτα μοι Γαδάρων κλεινὰ πόλις ἔπλετο πάτρα,
Ἤνδρωσεν δ' ἱερὰ δεξαμένη με Τύρος.
Ἐις γῆρας δ' ὅτ' ἔβην καὶ δια θρεψαμένη Κῶς
Κ' αμεθετὸν Μερόπων ἀστὸν ἐγροτρόφα.
Μοῦσαι δ' ἀν ὀλίγοις με τὸν Ευκράτεω Μελέαγρον
Παῖδα μελητεοῖς ἠγλάϊσαν χάρισιν.

Hiſce coniungatur alterum epigramma editum e libro III Anthologiae cap. VI. p. 302, in quo Meleager totam vitam ſuam explicat, et in iuuenta ſe Menippum imitatum profitetur:

Πρῶτα Μενιππείαις συντροχάσας χάρισιν.

Et forte ſic etiam in altero illo pro *Μελητειοῖς* legendum:

— — Μενιππείαις ἠγλάϊσαν χάρισιν.

Oſtendit quoque, patriam ſuam graecae originis ciuitatem fuiſſe, primo diſticho:

Νᾶσος ἐμὰ θρέπτειρα Τύρος, Πάτρα δὲ με τεκνοῖ
Ἀτθὶς ἐν Ἀσσυρίοις ναιομένα Γαδάροις.

Vide reliqua. CREN.

nit *Menippeas*. A. GELLIVS lib. II. c. XVIII. *Seruus Menippus fuit, cuius libros M. Varro in Satyris aemulatus eſt; quas alii cynicas, ipſe appellat Menippeas.* Poſterior appellatio frequens apud Grammaticos: cynicas vero nuncupat *Probus*, in iis, quae ſcripſit in Virgilium. Sed et ipſe *Varro* ab imitatione Menippi, vel acciuit ſibi, vel ab aliis delatum tulit *Menippei* cognomen. In quarto ATHENAEI Larenſis, qui ad Varronem genus ſuum aliquo modo referebat, ſunt verba: μέμνηται τῆς παροιμίας καὶ ὁ ἐμὸς προπάτωρ Οὐάῤῥων ὁ Μενίππειος ἐπικαλούμενος. Dedit olim iſtud cognomen, minus peritis hiſtoriae, occaſionem exiſtimandi, *Varronem* Menippi fuiſſe γνώριμον et familiarem, ſiue diſcipulum: quos refellit iure *Probus* in ſextam Virgilii eclogam: *Varro Menippeus* non a *Magiſtro*, *cuius aetas longe praeceſſerat, nominatus*, *ſed a ſocietate ingenii, quod is quoque omnigeno*

Εἰς τὸν σοφὸν Μελέαγρον, τὸν τοὺς στεφάνους τῶν ἐπιγραμμάτων πλήξαντα, τὸν υἱὸν Εὐκράτεος τοῦ Γαδαρηνοῦ.

Εὐκράτεω Μελέαγρον ἔχω, ξένε, τὸν σὺν ἔρωτι
Καὶ Μούσαις κεράσαντ' ἡδυλόγους Χάριτας.
Πρῶτα μοι Γαδάρων κλεινὰ πόλις ἔπλετο πάτρα,
Ἤνδρωσεν δ' ἱερὰ δεξαμένη με Τύρος.
Εἰς γῆρας δ' ὅτ' ἔβην καὶ δια θρεψαμένη Κῶς
Κ' αμεθετὸν Μερόπων ἀστὸν ἐγηροτρόφει.
Μοῦσαι δ' ἐν ὀλίγοις με τὸν Εὐκράτεω Μελέαγρον
Παῖδα μεληταοῖς ἠγλάϊσαν χάρισιν.

Hiſce coniungatur alterum epigramma editum e libro III Anthologiae cap. VI. p. 302, in quo Meleager totam vitam ſuam explicat, et in iuuenta ſe Menippum [illegible]

[illegible] χάσας χάρισιν.

[illegible] ero illo pro Μελητειοῖς le-

[illegible] originis ciui-

[illegible] τεχνῆ

no carmine Satiras ſuas expoliuerat. Eruditus hic Grammaticus, qui ſciebat, Varronem in Satiris ſcribendis Menippum eſſe imitatum, perſuaſit ſibi, et Menippum igitur Satiras ſcripſiſſe; easque pari varietate carminis condiiſſe, atque *Varronem* norat feciſſe. Sed errauit *Probus* mirum in modum. Nam Menippi libros quis vnquam Satiras vocauit? Exſtant apud ATHENAEVM et DIOGENEM multi libellorum Menippeorum tituli, in queis nulla profecto Satira nominatur. Equidem facile concedam, pari licentia *Menippum* Satirarum ſcriptorem poſſe dici, atque Xenophani Satirae tribuuntur ab Apuleio, de quo plura capite ſequente: ſed penitus ignoraſſe *Probum* genus ſcribendi, quo vſus fuerat *Menippus*, etiam ſequentia probant. Non enim compoſita a ſe carmina ſcriptis ſuis *Menippus* intexuerat, quod putauit iſte Criticus: ſed aliena e notiſſimis poëtis, potiſſimum autem Homero atque Euripide; et ceteris tragicis. Plane expreſſit *Menippi* characterem LVCIANVS, initio dialogi illius inter Mortuales, qui Νεκυομαντία inſcribitur. Eſt autem, vt puto, ad imitationem factus eius dialogi, quem Menippus ipſe Νεκυίαν, Diogene teſte, inſcripſerat. Ibi Menippus inducitur ab ingenioſiſſimo ſcriptore, animi ſenſa non aliter quam verſibus tragicorum, aut interdum Homeri, exprimens. Non dubitabunt autem acuti lectores, id propterea factum a LVCIANO; vt ſtilum Menippi exprimeret ſimul, ac traduceret. Eſt enim haec alienorum verſuum vſurpatio; cum caret modo, et non ad probationem rei alicuius afferuntur, ſed ad mentem animi exprimendam, non tam iocoſa, quam ridicula. Turpe enim eſt centonibus loqui, nec ſine curione, quae velis, poſſe dicere. Denique vt in operibus ſapientiſſima Natura, omnia ἀλλόκοτα et mixta ex diuerſis generibus auerſatur atque abominatur: ſic et ὁ κατὰ φύσιν λόγος ſimplex eſt et μονοειδής: a qua naturae lege in totum recedere, nunquam ſibi permittet ſapiens. Ridentibus, aut irridentibus potius conuenit haec laſciuia. Quare etiam

Graeci

Gracci παρῳδεῖν, pro irridere et conuitiari poſuerunt. IVLIANVS in Saturnalibus aut Sympoſio, (ſic enim in veteribus codicibus is liber inſcribitur, non *Caeſares:*) πέφυκα γὰρ οὔτε σκώπτειν, οὔτε παρῳδεῖν, οὔτε γελοιάζειν. Graecis παρῳδεῖν dicitur, quicunque in alienam ſententiam detorquet poëtae alicuius verba *y*). Hoc vero quia plurimum fieri ſolitum ab eo genere ſcriptorum, quibus et homines et res humanas irridere fuit propoſitum, vt Mimis, et ei, de quo loquimur, Menippo: propterea anguſtius ea vox coepit vſurpari, ea, quam indicauimus, notione. DIOGENES in Bione c. LII. εὐφυὴς ἦν καὶ παρῳδῆσαι. διά ἐστιν αὐτοῦ καὶ ταῦτα. Ὦ πέπον Ἀρχύτα, ψαλληγενές, ὀλβιότυφε. Τῆς ὑπάτης ἔριδος πάντων ἐμπειρότατ' ἀνδρῶν. Et ita παρῳδὸς ſaepe et παρῳδία pro irriſore et irriſu. Longe igitur diuerſa fuit ratio poëſeos in Satiris *Varronis*, et *Menippi* dialogis vel epiſtolis: cum Graecus hic meras parodias ex alienis verſibus contexuerit; quam ob cauſam nemo vnquam veterum inter poëtas eum numerauit: VARRO contra pulcher-

y) Parodiam de Rhapſodia natam eſſe, docet *Scaliger* Poët. lib. I. c. 42. p. 103. Cum enim Rhapſodi intermitterent recitationem, luſus gratia prodibant homines, qui ad mi remiſſionem omnia illa priora inuerterent. Hos vero παρῳδοὺς nominarunt, quia praeter rem ſeriam propoſitam, alia ridicula ſubinferebant. Eſt igitur Parodia rhapſodia inuerſa, mutatis vocibus ad ridicula ſenſum retrahens. Neque tamen mutatis vocibus ſemper vſi ſunt veteres Parodiarum ſcriptores, ſed eosdem ſaepe aliorum poetarum adhibuerunt verſus, aut aliquam illorum partem. Quod *Cicero* ſignificaſſe videtur, dicens: *Saepe etiam facete verſus interponitur, vel vt eſt, vel paullulum immutatus, aut aliqua pars verſus.* de Orat. lib. 2. cap. 64. Cf. *Quintilianum* lib. 3. c. 8. Exemplum habes in illo *Homeri* verſu Iliad. XVIII. v. 392.

Ἥφαιστε, πρόμολ' ὧδε, Θέτις νύ τι σεῖο χατίζει.

Quem

pulcherrimis carminibus, quae ipſe compoſuerat, Satiras ſuas conſperſerit, quas propterea M. TVLLIVS loc. cit. *poëma* nominat, et quidem *varium atque elegans*. Ex his ſequitur, Menippeas a Varrone fuiſſe dictas Satiras ſuas, non quia proſam cum verſu eodem modo miſcuerint; ſed propter ſimile quoddam jucunditatis temperamentum, in materia non diſſimili: vt non abs re vtrumque hunc auctorem *σπουδογελοῖον*, et ſcripta amborum, philoſophiam ludentem, ſit aliquis nuncupaturus. Hoc amplius etiam illud ſequitur: Satirae Varronianae auctorem facere Menippum, hoc vero eſſe, certo delirare, et in antiquitatis graecae latinaeque cognitione puerum ſe oſtendere. E graecis ſcriptoribus, qui Menippum ſunt ſecuti, nullus hodie ſupereſt, qui ad characterem dicendi illi vſurpatum ſatis *ἐπισήμως* accedat, niſi quod videntur IVLIANI *Κρόνια* ſive *Sympoſium*, quo priores omneis Caeſares irriſit, Menippeum aliquid ſapere. Orationis corpus proſaicum; ſed cui multi ſunt verſus inſerti, plerumque alieni; interdum

Quem alio plane ſenſu ad ſe transtulit *Plato*, carmina ſua, vt videtur, Vulcano deuouens:

Ἥφαιστε, πρόμολ' ὧδε, Πλάτων νύ τι σεῖο χατίζει.

Scilicet Homericos verſus maxime detorſerunt et ad ridicula conuerterunt Parodiographi, non quidem vt Homerum vituperarent, tantique poetae carmina in contemtum adducerent, ſed quoniam eo maiorem riſum ſe excitaturos putabant, ſi Homeri verſus, omnibus tum lectos, ipſaque rerum ac verborum dignitate eminentes, ad iocoſas res exprimendas adhiberent. Ridere enim eo vehementius ſolemus, quo magis grauiſſimi hominis ſapienter ornateque dicta, praeter opinionem ad riſum facete translata videmus. De Matrone, qui multa millia Homericorum verſuum ad culinam et macellum inuertit, de Euboeo Pario, de Hegemone, Hipponacte, aliisque Parodiarum ſcriptoribus vide *Scaligerum* lib cit. De Parodia etiam eſt *Sallierii* Diſſertatio in *Memoires de l'Academie des Inſcriptions et belles lettres* Tom. VII. p. 398. ſeqq. *Ram.*

dum tamen et proprii z). LVCIANVM e Menippo non pauca eſſe mutuatum, et in multis aemulatum fuiſſe, non dubito: ſed facies orationis tota diuerſa a). Quin ipſe gloriatur, nouum ſcribendi genus ſe inueniſſe, ac ſub comica iocoſitate grauitatem philoſophicam occuluiſſe: καὶ τὸ θῆλυ τῷ ἄῤῥενι ἐγκαταμίξαι. Inter Romanos vero ſcriptores multi fuerunt, qui *Varronis* exemplo vtramque facundiam in eodem argumento ac ſcripto exercerent. Liber SENECAE, quo in mortuum *Claudium* venuſtiſſime inuehitur, quid aliud eſt, niſi Satira partim Menippi, partim Varronis ſtilo ſcripta? Ineſt pedeſtris oratio: ineſt et metro vehens, eaque interdum ritu παρῳδίας aliunde accepta; interdum nata ibidem, atque ea fine ſcripta, vt eo inferciretur. Satiram tamen librum illum non appellauit SENECA: titulum iam vulgatum, vt puto, aſpernatus, vtique prae illo altero, qui nouitate ſua vel ſola poterat lectorem allicere. Et eſt fere mos

z) Vide infra EZECH. SPANHEMII Diſſertationem, in qua de Iuliani Caeſaribus multa erudite diſputantur. Sed referri huc etiam poteſt Iuliani Μισοπώγων, ſ. *barbae oſor*, maximam partem ſoluta oratione conſcriptus, cui verſus inſerti ſunt, paucali illi quidem, ſed tamen verſus. Libelli ratio haec eſt. Irriſus ab Antiochenſibus Iulianus et ob barbam, quam alebat, male habitus, hac ſe Satira vlciſcitur, et figurata ſui reprehenſione, in Antiochenorum mores ac luxum, mordacem ſtilum exacuit. - Miſopogonem Iuliani et Caeſares germanico idiomate expreſſos annos MDCCLXX edidit cel. LASIVS, L. Gr. in Academia Roſtochienſi Profeſſor. Caeſares Iul. Κρόνια appellat Noſter: in quo diſſentientem habet *Suidam*, qui non ſolum diſtinguit, ſed etiam e Croniis de Empedotimo locum affert, qui in Caeſaribus minime reperitur. *Ram.*

a) Plura offert Diſſ. *de aetate, vita et ſcriptis Luciani*, quam ſuae Lucianeorum Operum editioni praemiſit REITZIVS, magno litterarum damno rebus humanis nuper ereptus. *Ram.*

menta arguunt q), nouae ſcriptionis exemplum Latinis ſuis primus dedit. Nec vero ſubiecti minor ibidem varietas. Docent

q) En quaedam Varronis fragmenta, quibus ſuam *de Satira* diſſertationem ornauit *Dacierius*. Sic cum ſignificare vult, diuitias, generis ſplendorem, eruditionem denique vehementer impedire ſapientiam: *Neque auro*, inquit, *aut genere*, *aut multiplici ſcientia ſufflatus*, *quaerit Socratis veſtigia*. — Demonſtraturus porro, nihil valere opes, ad curas eximendas, veraque bona comparanda, haec inter alia addit:

Non fit theſauris, non auro pectu' ſolutum;
Non animis demunt curas ac religiones
Perſarum montes, non diuitis atria Craſſi.

Quam ſententiam paullo aliter, ſed multo elegantius, expreſſit *Horatius* Od. XVI. lib. II. v. 9 ſeq.

Non enim gazae, neque conſularis
Submouet lictor miſeros tumultus
Mentis, et curas laqueata circum
Tecta volantes.

Alio loco ridet *Varro* malum poetam, multa illepide conſcribillantem: *Quum Quintipor Clodius tot comoedias ſine vlla fecerit Muſa, ego vnum libellum non edolem?* Pulchre! — Nec minus praeclara ſunt, quae de mulierum vitiis vel tollendis, vel patienter ferendis dicit:

Vitium vxoris aut tollendum, aut ferendum eſt.
Qui tollit vitium, vxorem commodiorem praeſtat;
Qui fert, ſeſe meliorem facit.

Maleſanam quoque habendi cupiditatem depingit ita, vt vix cuiquam alii felicius id ſucceſſiſſe putem:

— — — *Denique auarus*
Quis ſanus? Cui ſi ſtat terra et traditur orbis,
Furando tamen, et morbo ſtimulatus eodem,
Ex ſeſe aliquid quaerat, cogatque peculi.

Grauiter praeterea in philoſophorum inuehitur nugas et deliramenta, his verbis:

Poſtremo nemo aegrotus quicquam ſomniat
Tam infandum, quod non aliquis dicat philoſophus.

Ad quae reſpexiſſe videtur CICERO, cum ſcriberet: *Sed neſcio, quomodo nihil tam abſurde dici poteſt, quod non dicatur ab aliquo philoſophorum.* de Diuin. — Guloſum hominem et prae edendi cupiditate alia omnia negligentem,

Docent hodieque tituli, quos auctor vt plurimum binos ſingulis Satiris indiderat, vt norunt eruditi *). Scopum ſuum in ſcribendis Satiris aperit ipſe apud M. TVLLIVM

gentem, ita alloquitur VARRO: *Si quantum operae ſumſiſti, vt tuus piſtor bonum faceret panem, eius duodecimum philoſophiae dediſſes, ipſe bonus iam pridem eſſes factus. Nunc illum, qui norunt, volunt emere millibus centum; te qui nouit, nemo centuſſis.* — — Denique peruerſam, quae ſua aetate obtinebat, puellarum educationem, et peſſima, quibus imbuebantur, praecepta ſic perſtringit:

Properate viuere puerae,
Quas ſinit aetatula ludere,
Eſſe, amare, et Veneris tenere bigas.

Quae quantis corruptelarum illecebris irretierint virgines pariter ac vxores, idem declarat VARRO: *Non ſolum innubae fiunt communes, ſed etiam veteres puellaſcunt.* — Hae igitur Varronianarum Satirarum ſunt reliquiae, pauciſſimae quidem, ſed tamen tales, vt facile colligi inde poſſit, ſeria cum iocis, ſolutam orationem cum ligata, in Satiris ſcribendis miſcuiſſe Varronem. Quod reliquum eſt, *M. Terentius Varro*, cuius haec ſunt fragmenta, differt a *P. Terentio Varrone Attacino*, non ſpernendo quidem, ſed ad augendam dicendi facultatem parum locuplete. *Quintil.* Inſt. Or. lib. X. c. 1. *Ram.*

*) En etiam Satirarum Varronianarum titulos quosdam, e quibus multiplicem illius ſcriptoris doctrinam coniicere adhuc licet. Alia enim inſcribebatur: Δὶς παῖδες οἱ γέροντες, *Bis pueri ſenes;* alia: Γνῶθι σεαυτόν, *Noſce teipſum;* alia: *Neſcis quid veſper ſerus vehat;* alia: Περὶ αἱρέσεων, *De ſectis;* alia: Περὶ ἐδεσμάτων, *De cibis ſeu de eſculentis:* alia: *Pſeudolus Apollo,* περὶ θεῶν ἀπαντήσεως, *de occurſu deorum.* Scripſit praeterea Varro libros duos Peripli Philoſophiae, et totidem libros Promethei, non diſſimiles illis, de quibus nunc diſputamus, Satiris. Nam ad utrosque ſolutam pariter ac ligatam orationem, nec non varia metrorum adhibuit genera. Cf. *Vulpius* de Sat. Lat. p. 64. et *Fabricii* Bibliotheca Lat. edit. Erneſt: p. 128 ſeq. *Ram.*

in Academicis: vbi, poſtquam rationem attulit, cur philoſophiam lucubrationibus ſuis illuſtrandam ex profeſſo non ſuſceperit: *Et tamen*, inquit r), *in illis veteribus noſtris, quae, Menippum imitati, non interpretati, quadam hilaritate conſperſimus, multa admiſta ex intima philoſophia, multa dialectice dicta: quae quo facilius minus docti intelligerent, iucunditate quadam ad legendum inuitati, —* in laudationibus, in ipſis antiquitatum prooemiis — philoſophiae ſcribere voluimus, ſi modo conſecuti ſumus.* Vitii notam inuſſimus poſtremo colo: eſt enim non ſolum deprauatum, ſed etiam, vt videtur, mutilum s). Hoc autem ſine dubio voluit *Varro*: ita ſe, cum Satiras componeret, philologiam philoſophia temperaſſe, vt mixta ex vtroque genere ſcriptio dici potuerit. Hoc et CICERO confirmat, quando paullo poſt c. III his illum verbis compellat: *atque ipſe varium et elegans omni fere numero poëma feciſti: philoſophiamque multis locis inchoaſti: ad impellendum ſatis, ad docendum parum.* Idcirco FABIVS Varronem inter eos numerat, qui praecepta ſapientiae verſibus tradiderunt: componitque cum Empedocle ac Lucretio. Quod autem ſupra p. 199. dicebamus, non poſſe nos alium nominare, qui ante *Varronem* Satiram huiusmodi ediderit, hoc verum eſt: neque obſtat, quod *Menippum* dicatur *Varro* eſſe imitatus, vt modo ipſe de ſe teſtabatur. Hic eſt *Menippus Gadarenus* t), qui cynicam

r) lib. I. Academic. Quaeſtion. c. 2. extr. CREN.

s) Primus, quod ego ſciam, *Caſaubonus* hoc in Ciceronis loco lacunam aduertit. *Turnebus* ſane et alii, etiam nouiſſimi editores altum ſilent, nec ipſius huius Caſauboni loci meminerunt. CREN.

t) *Stephanus* de Vrbibus in Γάδαρα Strabonem ſequutus: Γάδαρα, inquit, πόλις κοίλης Συρίας, ἥτις καὶ Ἀντιόχεια καὶ Σελεύκεια ἐκλήθη. τὸ ἐθνικὸν Γαδαρεύς· καὶ Γαδαρὶς, καὶ ἡ γυνὴ, καὶ ἡ χώρα. ἐντεῦθεν ἦν Μένιππος ὁ σπουδογέλοιος. id eſt: *Gadara, vrbs cauae Syriae, quae etiam Antiochia et Seleucia dicta eſt. Gentile Gadarenſis, et Gadaris de muliere*

cam impudentiam et ἀδιατρεψίαν, vita ſimul ac ſcriptis expreſſit: de quibus non omneis eruditi idem iudicarunt. STRABO vtcumque videtur laudare, cum libro XVI viros illuſtres Gadarenos recenſens, ita ſcribit: ἐκ τῶν Γαδάρων ἦν Μελέαγρος καὶ Μένιππος ὁ σπουδογελοῖος. DIOGENES LAERTIVS et *Menippum* et ſcripta illius penitus damnat: idque iis verbis, vt iure exiſtimes, *Strabonem*, et alios, qui σπουδογελοῖον vocabant, voluiſſe confutare: φέρει μὲν οὖν, ait *u*), σπουδαῖον οὐδέν. τὰ δὲ βιβλία αὐτοῦ πολλοῦ καταγέλωτος γέμει· καί τι ἴσον τοῖς Μελεάγρου, τοῦ κατ' αὐτὸν γινομένου· *Meleager*, cui Menippum comparat LAERTIVS, et ipſe profeſſione Cynicus fuit, tam moribus, quam genere ſcribendi illi compar. Ac fortaſſe apud Strabonem eo, quem modo attulimus, loco, numero multitudinis ſcribendum, οἱ σπουδογελοῖοι. Nihil enim ſimilius duobus hiſce Gadarenis. Vtrumque non ſemel ATHENAEVS citat; ex quo etiam cognoſcimus, inter alia ſcripta Sympoſium ab vtroque horum fuiſſe editum *x*). *Menippum* quanti Varro fece-

liere et regione vſurpantur. Inde originem habuit Menippus, ſeria iocoſe ſolitus exprimere. CREN. Vide, quae *Menagius* ad Diog. Laërt. VI. 99. obſeruat. *Varro* Menippum appellauit *canem;*

Menippus ille, nobilis quondam canis,
Heic liquit omnes homines in terrae pila.

Atque eodem nomine illum inſignit *Lucianus*, dum τῶν παλαιῶν κυνῶν μάλα ὑλακτικὸν καὶ κάρχαρον vocat. *Ram.*

u) lib. VI. cap. 99. CREN.

x) Menippi Cynici Συμπόσιον citat *Athenaeus* lib. XIV. cap. 7. Meleagri Cynici Συμπόσιον adducit idem lib. XI. c. 14. p. 247 his verbis: Καὶ Μελέαγρος δὲ ὁ Κυνικὸς ἐν τῷ Συμποσίῳ οὑτωσὶ γράφει. *Aegidius Menagius* Obſervatt. in adductum Laertii locum p. m. 266 editionis optimae Amſtelaed. cIↄ Iↄ cVIIIc, *Voſſius*, inquit, *in libro* III. *de Hiſtoricis Graecis p. m.* 388, *Menippum Cynicum diuerſum facit a Gadarenſi, qui* σπουδογέλοιος *dicitur Straboni et Stephano: nos eundem eſſe exiſtimamus. Idem et Caſaubono*

et

fecerit, re, non verbis oſtendit; cum imitationem illius ſuam, titulo ipſo, profeſſus eſt: nam Satiras ſuas appella-uit

et Ionſio videbatur. At Ionſius non de Menippo, ſed de Meleagro loquitur. *Geſnerus*, inquit lib. IV. de Scriptoribus hiſtoriae philoſophicae p. m. 339, *Meleagrum Cynicum et Meleagrum Gadarenſem diſtinguit. Verum Meleagrum Gadarenum Cynicum fuiſſe, docet Nicium ſcortum iſtud, quod Cynulcum illum, Carneum Megarenſem et reliquos Cynicos Deipnoſophiſtas apud Athenaeum* VI, 14, *ita alloquitur:* ὁ πρόγονος ὑμῶν Μελέαγρος ὁ Γαδαρεὺς ἐν ταῖς χάρισιν ἐπιγραφομέναις ἔφη τὸν Ὅμηρον Σύρον ὄντα τὸ γένος κατὰ τὰ πάτρια ἰχθύων ἀπεχομένους ποιῆσαι τοὺς ἀρχαίους, δαψιλείας πολλῆς οὔσης κατὰ τὸν Ἑλλήσποντον. ἢ μόνον ἀνέγνωτε σύγγραμμα αὐτοῦ τὸ περιέχον λεκίθου καὶ φακῆς σύγκρισιν; i. e. Auus veſter Meleager Gadarenus in opere, quod Gratias vocauit, ſcribit, Homerum genere Syrum fingere, patriae ſuae more priſcos heroas piſcibus abſtinuiſſe, cum eorum magna ſit in Helleſponto copia. An vero opus eius tantum legiſtis, quod lentis et legumimm comparationem continet? *Meleager itaque hic Gadarenſis Cynicus fuit, quem propter verba citata interpretibus Homeri annumerare nolim cum Geſnero Bibl. Meleagrum, Graecum autorem, volumen ſingulare ſcripſiſſe, lecithi et phaces comparationem continens, ex Hermolao refert idem Geſnerus ibidem. Verum Hermolaus Meleagri non meminit, et pro Hermolao rectius Athenaeus ſubſtituitur, vt vidimus.* Haec Ionſius. Ceterum Meleager nobilis poeta, cuius Στέφανος, (auctore Luca Holſtenio in pag. 77. b. editionis Lugduno Batauae MDCXCII. in fol. Notar. et Caſtigation. in Stephanum de Vrbibus,) ſiue antiqua epigrammatum collectio in bibliotheca eminentiſſimi Cardinalis Barberini extat. In principio iſtius operis deſcribitur:

Ὁ Μελέαγρος Γαδαρηνὸς ἦν τὸ γένος
Σύρος, ἐτελεύτησεν ἐν Κῷ τῇ νήσῳ

Idemque duo pulcherrima epigrammata teſtantur, quae in eodem opere extant. Quae quoniam adhuc ἀνέκδοτα ſunt, quantum quidem nobis innotuit, publicare hic non grauabimur. Sunt autem hoc titulo:

Εἰς

nit *Menippeas*. A. GELLIVS lib. II. c. XVIII. *Seruus Menippus fuit, cuius libros M. Varro in Satyris aemulatus eſt; quas alii cynicas, ipſe appellat Menippeas.* Poſterior appellatio frequens apud Grammaticos: cynicas vero nuncupat *Probus*, in iis, quae ſcripſit in Virgilium. Sed et ipſe *Varro* ab imitatione Menippi, vel acciuit ſibi, vel ab aliis delatum tulit *Menippei* cognomen. In quarto ATHENAEI Larenſis, qui ad Varronem genus ſuum aliquo modo referebat, ſunt verba: *μέμνηται τῆς παροιμίας καὶ ὁ ἐμὸς προπάτωρ Οὐάῤῥων ὁ Μενίππειος ἐπικαλούμενος.* Dedit olim iſtud cognomen, minus peritis hiſtoriae, occaſionem exiſtimandi, *Varronem* Menippi fuiſſe *γνώριμον* et familiarem, ſiue diſcipulum: quos refellit iure *Probus* in ſextam Virgilii eclogam: *Varro Menippeus* non a *Magiſtro, cuius aetas longe praeceſſerat, nominatus, ſed a ſocietate ingenii, quod is quoque omnigeno*

Εἰς τὸν σοφὸν Μελέαγρον, τὸν τοὺς στεφάνους τῶν ἐπιγραμμάτων πλήξαντα, τὸν υἱὸν Εὐκράτεος τοῦ Γαδαρηνοῦ.

Εὐκράτεω Μελέαγρον ἔχω, ξένε, τὸν σὺν ἔρωτι
Καὶ Μούσαις κεράσαντ᾽ ἠδυλόγους Χάριτας.
Πρῶτα μοι Γαδάρων κλεινὰ πόλις ἔπλετο πάτρα,
Ἥνδρωσεν δ᾽ ἱερὰ δεξαμένη με Τύρος.
Εἰς γῆρας δ᾽ ὅτ᾽ ἔβην καὶ δια θρεψαμένη Κῶς
Κ᾽ αμεθετὸν Μερόπων ἀστὸν ἐγηροτρόφει.
Μοῦσαι δ᾽ ἐν ὀλίγοις με τὸν Εὐκράτεω Μελέαγρον
Παῖδα μεληταοῖς ἠγλάϊσαν χάρισιν.

Hiſce coniungatur alterum epigramma editum e libro III Anthologiae cap. VI. p. 302, in quo Meleager totam vitam ſuam explicat, et in iuuenta ſe Menippum imitatum profitetur:

Πρῶτα Μενιππείαις συντροχάσας χάρισιν.

Et forte ſic etiam in altero illo pro *Μεληταοῖς* legendum:

— — Μενιππείαις ἠγλάϊσαν χάρισιν.

Oſtendit quoque, patriam ſuam graecae originis ciuitatem fuiſſe, primo diſticho:

Νᾶσος ἐμὰ θρέπτειρα Τύρος, Πάτρα δέ με τεκνοῖ
Ἀτθὶς ἐν Ἀσσυρίοις ναιομένα Γαδάροις.

Vide reliqua. CREN.

no carmine Satiras ſuas expoliuerat. Eruditus hic Grammaticus, qui ſciebat, Varronem in Satiris ſcribendis Menippum eſſe imitatum, perſuaſit ſibi, et Menippum igitur Satiras ſcripſiſſe; easque pari varietate carminis condiiſſe, atque *Varronem* norat feciſſe. Sed errauit *Probus* mirum in modum. Nam Menippi libros quis vnquam Satiras vocauit? Exſtant apud ATHENAEVM et DIOGENEM multi libellorum Menippeorum tituli, in queis nulla profecto Satira nominatur. Equidem facile concedam, pari licentia *Menippum* Satirarum ſcriptorem poſſe dici, atque Xenophani Satirae tribuuntur ab Apuleio, de quo plura capite ſequente: ſed penitus ignoraſſe *Probum* genus ſcribendi, quo vſus fuerat *Menippus*, etiam ſequentia probant. Non enim compoſita a ſe carmina ſcriptis ſuis *Menippus* intexuerat, quod putauit iſte Criticus: ſed aliena e notiſſimis poëtis, potiſſimum autem Homero atque Euripide; et ceteris tragicis. Plane expreſſit *Menippi* characterem LVCIANVS, initio dialogi illius inter Mortuales, qui Νεκυομαντία inſcribitur. Eſt autem, vt puto, ad imitationem factus eius dialogi, quem Menippus ipſe Νεκυίαν, Diogene teſte, inſcripſerat. Ibi Menippus inducitur ab ingenioſiſſimo ſcriptore, animi ſenſa non aliter quam verſibus tragicorum, aut interdum Homeri, exprimens. Non dubitabunt autem acuti lectores, id propterea factum a LVCIANO; vt ſtilum Menippi exprimeret ſimul, ac traduceret. Eſt enim haec alienorum verſuum vſurpatio; cum caret modo, et non ad probationem rei alicuius afferuntur, ſed ad mentem animi exprimendam, non tam iocoſa, quam ridicula. Turpe enim eſt centonibus loqui, nec ſine curione, quae velis, poſſe dicere. Denique vt in operibus ſapientiſſima Natura, omnia ἀλλόκοτα et mixta ex diuerſis generibus auerſatur atque abominatur: ſic et ὁ κατὰ φύσιν λόγος ſimplex eſt et μονοειδής: a qua naturae lege in totum recedere, nunquam ſibi permittet ſapiens. Ridentibus, aut irridentibus potius conuenit haec laſciuia. Quare etiam Graeci

Graeci παρῳδεῖν, pro irridere et conuitiari poſuerunt. IVLIANVS in Saturnalibus aut Sympoſio, (ſic enim in veteribus codicibus is liber inſcribitur, non *Caeſares*:) πέφυκα γὰρ οὔτε σκώπτειν, οὔτε παρῳδεῖν, οὔτε γελοιάζειν. Graecis παρῳδεῖν dicitur, quicunque in alienam ſententiam detorquet poëtae alicuius verba y). Hoc vero quia plurimum fieri ſolitum ab eo genere ſcriptorum, quibus et homines et res humanas irridere fuit propoſitum, vt Mimis, et ei, de quo loquimur, Menippo: propterea anguſtius ea vox coepit vſurpari, ea, quam indicauimus, notione. DIOGENES in Bione c. LII. εὐφυὴς ἦν καὶ παρῳδῆσαι. διά ἐϛιν αὐτοῦ καὶ ταῦτα. Ὦ πέπον Ἀρχύτα, ψαλληγενές, ὀλβιότυφε. Τῆς ὑπάτης ἔριδος πάντων ἐμπειρότατ' ἀνδρῶν. Et ita παρῳδὸς ſaepe et παρῳδία pro irriſore et irriſu. Longe igitur diuerſa fuit ratio poëſeos in Satiris *Varronis*, et *Menippi* dialogis vel epiſtolis: cum Graecus hic meras parodias ex alienis verſibus contexuerit; quam ob cauſam nemo vnquam veterum inter poëtas eum numerauit: VARRO contra pulcher-

y) Parodiam de Rhapſodia natam eſſe, docet *Scaliger* Poët. lib. I. c. 42. p. 103. Cum enim Rhapſodi intermitterent recitationem, luſus gratia prodibant homines, qui ad mi remiſſionem omnia illa priora inuerterent. Hos vero παρῳδοὺς nominarunt, quia praeter rem ſeriam propoſitam, alia ridicula ſubinferebant. Eſt igitur Parodia rhapſodia inuerſa, mutatis vocibus ad ridicula ſenſum retrahens. Neque tamen mutatis vocibus ſemper vſi ſunt veteres Parodiarum ſcriptores, ſed eosdem ſaepe aliorum poetarum adhibuerunt verſus, aut aliquam illorum partem. Quod *Cicero* ſignificaſſe videtur, dicens: *Saepe etiam facete verſus interponitur, vel vt eſt, vel paullulum immutatus, aut aliqua pars verſus.* de Orat. lib. 2. cap. 64. Cf. *Quintilianum* lib. 3. c. 8. Exemplum habes in illo *Homeri* verſu Iliad. XVIII. v. 392.

Ἥφαιστε, πρόμολ' ὧδε, Θέτις νύ τι σεῖο χατίζει.

Quem

pulcherrimis carminibus, quae ipſe compoſuerat, Satiras ſuas conſperſerit, quas propterea M. TVLLIVS loc. cit. *poëma* nominat, et quidem *varium atque elegans.* Ex his ſequitur, Menippeas a Varrone fuiſſe dictas Satiras ſuas, non quia proſam cum verſu eodem modo miſcuerint; ſed propter ſimile quoddam jucunditatis temperamentum, in materia non diſſimili: vt non abs re vtrumque hunc auctorem σπουδογελοῖον, et ſcripta amborum, philoſophiam ludentem, ſit aliquis nuncupaturus. Hoc amplius etiam illud ſequitur: Satirae Varronianae auctorem facere Menippum, hoc verò eſſe, certo delirare, et in antiquitatis graecae latinaeque cognitione puerum ſe oſtendere. E graecis ſcriptoribus, qui Menippum ſunt ſecuti, nullus hodie ſupereſt, qui ad characterem dicendi illi vſurpatum ſatis ἐπισήμως accedat, niſi quod videntur IVLIANI Κρόνια ſive *Sympoſium,* quo priores omneis Caeſares irriſit, Menippeum aliquid ſapere. Orationis corpus proſaicum; ſed cui multi ſunt verſus inſerti, plerumque alieni; interdum

Quem alio plane ſenſu ad ſe transtulit *Plato*, carmina ſua, vt videtur, Vulcano deuouens:

Ἥφαιστε, πρόμολ' ὧδε, Πλάτων νύ τι σεῖο χατίζει.

Scilicet Homericos verſus maxime detorſerunt et ad ridicula conuerterunt Parodiographi, non quidem vt Homerum vituperarent, tantique poetae carmina in contemtum adducerent, ſed quoniam eo maiorem riſum ſe excitaturos putabant, ſi Homeri verſus, omnibus tum lectos, ipſaque rerum ac verborum dignitate eminentes, ad iocoſas res exprimendas adhiberent. Ridere enim eo vehementius ſolemus, quo magis grauiſſimi hominis ſapienter ornateque dicta, praeter opinionem ad riſum facete translata videmus. De Matrone, qui multa millia Homericorum verſuum ad culinam et macellum inuertit, de Euboeo Pario, de Hegemone, Hipponacte, aliisque Parodiarum ſcriptoribus vide *Scaligerum* lib cit. De Parodia etiam eſt *Sallierii* Diſſertatio in *Memoires de l'Academie des Inſcriptions et belles lettres* Tom. VII. p. 398. ſeqq. *Ram.*

dum tamen et proprii [z]). LVCIANVM e Menippo non pauca eſſe mutuatum, et in multis aemulatum fuiſſe, non dubito: ſed facies orationis tota diuerſa [a]). Quin ipſe gloriatur, nouum ſcribendi genus ſe inueniſſe, ac ſub comica iocoſitate grauitatem philoſophicam occuluiſſe: καὶ τὸ θῆλυ τῷ ἄῤῥενι ἐγκαταμίξαι. Inter Romanos vero ſcriptores multi fuerunt, qui *Varronis* exemplo vtramque facundiam in eodem argumento ac ſcripto exercerent. Liber SENECAE, quo in mortuum *Claudium* venuſtiſſime inuehitur, quid aliud eſt, niſi Satira partim Menippi, partim Varronis ſtilo ſcripta? Ineſt pedeſtris oratio: ineſt et metro vehens, eaque interdum ritu παρῳδίας aliunde accepta; interdum nata ibidem, atque ea fine ſcripta, vt eo inferciretur. Satiram tamen librum illum non appellauit SENECA: titulum iam vulgatum, vt puto, aſpernatus, vtique prae illo altero, qui nouitate ſua vel ſola poterat lectorem allicere. Et eſt fere mos

z) Vide infra EZECH. SPANHEMII Diſſertationem, in qua de Iuliani Caeſaribus multa erudite diſputantur. Sed referri huc etiam poteſt Iuliani Μισοπώγων, ſ. *barbae oſor*, maximam partem ſoluta oratione conſcriptus, cui verſus inſerti ſunt, paucali illi quidem, ſed tamen verſus. Libelli ratio haec eſt. Irriſus ab Antiochenſibus Iulianus et ob barbam, quam alebat, male habitus, hac ſe Satira vlciſcitur, et figurata ſui reprehenſione, in Antiochenorum mores ac luxum, mordacem ſtilum exacuit. Miſopogonem Iuliani et Caeſares germanico idiomate expreſſos annos MDCCLXX edidit cel. LASIVS, L. Gr. in Academia Roſtochienſi Profeſſor. Caeſares Iul. Κρόνια appellat Noſter: in quo diſſentientem habet *Suidam*, qui non ſolum diſtinguit, ſed etiam e Croniis de Empedotimo locum affert, qui in Caeſaribus minime reperitur. *Ram.*

a) Plura offert Diſſ. *de aetate, vita et ſcriptis Luciani*, quam ſuae Lucianeorum Operum editioni praemiſit REITZIVS, magno litterarum damno rebus humanis nuper ereptus. *Ram.*

Caſaub. O

mos hic ſcriptorum, titulum γενικὸν alio mutare, qui ſuſceptae materiae ſit proprius [b]). PETRONIVS ARBITER cur opuſculum ſuum, quo Neronis et aliorum procerum flagitia horrenda, non minore flagitio publicauit, *Satiricum* potius, quam *Satiram* inſcribere maluerit, fruſtra fortaſſe quaeſierimus [c]); neque eſt tanti: de quo tamen aliquid capite quarto erit nobis dicendum. MARTIANVS CAPELLA libros ſuos eruditionis multiiugae, quibus orbem diſciplinarum liberalium eſt complexus, *Satiram* ſemper nominat: non, vt vulgo inſcribuntur, *Satiricum* [d]). De hoc etiam inferius nonnihil neceſ-

b) Inſcripſit SENECA ludum illum ſuum de morte Claudii Caeſaris ἀποκολοκύντωσιν. Cuius nominis rationem docet HEINSIVS, qui eum libellum peculiari diſſertatione illuſtrauit. Nempe originem ducit illa vox ἀπὸ τῆς κολοκύντης, a *cucurbita*. Significat enim SENECA, Claudium, inſigni ſtupore et ſupina rerum ignorantia Caeſarem, poſt fata ſua non deorum numero adſcriptum, ſed in cucurbitas relatum: fatui enim atque inſulſi homines cucurbitis comparari ſolebant. Iam quemadmodum relationem in Deos ἀποθέωσιν vocamus; ſic ad eandem formam SENECA effinxit ἀποκολοκύντωσιν, quaſi relationem in cucurbitas. Eiusdem tituli fidem etiam facit DIO CASSIVS lib. LX. extr., vbi ἀποθέωσιν, oſtendit, Claudio eſſe partam per eſum boleti, ſiue κολοκύντα, in quo cibi genere venenum acceperat. Vnde Nero, teſte SVETONIO in vita Ner. cap. XXXIII, boletos *deorum cibum* graeco prouerbio laudare conſueuit. RAM.

c) Vide interpretes Petronii, et in his BVRMANNVM, qui illius nequitiarum Arbitri libros forma graeca *Satiricῶν* inſcribendos eſſe putat: quod veroſimile faciunt alii librorum tituli, vt HYGINI Poeticῶν aſtronomicῶν, FVLGENTII Mythologicῶν, OVIDII Metamorphoſeῶν. RAM.

d) Loquitur CASAVBONVS de Martiani Capellae poemate, cui titulus eſt, *de nuptiis Mercurii et philologiae*. Abſoluitur illud nouem libris, verſibus ac proſa orationem alterne ſcriptis. Atque primis quidem duobus libris

neceſſario attingemus. Poterat in hoc album aſcribi et BOETIVS e): qui libris illis, quibus ſuos grauiſſimos atque aequiſſimos dolores ipſe ſibi diuinitus leuauit, ſanctioris philoſophiae grauitatem, aſperiorem elegantiorum Muſarum amoenitate, feliciſſime temperauit. In quo Varronem eſſe illum aemulatum, patet ex ante dictis: ſed iudicio fecit vir ſapientiſſimus, cum feſtiuiorem titulum, impuritate priorum ſcriptorum, qui illum vſurparant, contaminatum, a libellis ſuis reiecit f).

libris philologiae ἀποθέωσιν eiusque et Mercurii nuptias proponit MARTIANVS. Reliqui ſeptem libri ſingularum artium liberalium laudes atque praecepta enarrant, ſtilo ſatis horrido et ſublimitatis affectatione deformi. Plura habet FVNCCIVS de inerti ac decrepita linguae latinae ſenectute p. 206 ſeq. *Ram.*

e) Lege de BOETIO, ſupra genium ſeculi polito, omniumque poetarum ſuae aetatis facile principe, FVNCCIVM l. c. p. 227 ſeqq. *Ram.*

f) Plures omnino ſcriptores, eodem, quo *Capella* et *Boetius* inclaruerunt, ſeculo celebres, afferre poterat Noſter. Namque vt illa tempeſtate omnem eloquentiae ligatae curſum in rythmos deduxerunt poetae, multa paucis concludentes, et conſonis verſuum clauſulis harmonicum dicendi genus ſectantes; ſic proſa oratio carminis vario genere diu diſtincta fuit, nec facile ſine metro placuit. Et fuerunt etiam poſt renatas adeo literas, qui hunc ipſum ſcribendi morem ſeruarent, et Menippi exemplo proſam verſibus, tanquam ſtellulis, diſtinguerent. Veniunt in hunc cenſum *Cunaeus* et *Lipſius*. Quorum ille *Sardos Venales*, Satiram Menippeam, ſcripſit in homines inepte eruditos, et quaecunque plebeio ſermone ſcripſere, pueris ancillisque a furno et lacu redeuntibus offerentes; hic autem Satirae Menippeae nomen tribuit Somnio ſuo, quo maleſanum emendandorum librorum pruritum et ambitionem criticorum quorundam riſit. Neque omittendus eſt HEINSIVS, qui a. MDCVIII. Lugd. Bat. libellum edidit hoc indice: *Hercules tuam fidem, ſiue Munſterus Hypobolimaeus, id eſt Satira Menippea de vita, origine*

CAPVT III.

ARGVMENTVM.

De Satira Luciliana: *quomodo* Lucilius *eius inuentor. Qui differat ab* Enniana. *Varia metra apud* Lucilium. *Materia huius Satirae: imitatio priſcae comoediae in libertate maledicendi. Stilus populo accommodatus* pedeſtre eloquium. Sermo *et* ſermocinari *de comicis. Graeca mixta latinis a* Lucilio. *Error* Iſidori, *qui Satiram facit ſpeciem comoediae. Quomodo tota Romana. Error eorum, qui Satiram cum Satyrica confundunt. Quid differant? Similitudo Satirae cum Sillis.* Timonis Silli. *Et* Xenophanis. *Locus* Apulei *correctus. Recenſus poëtarum, qui poſt Lucilium Satiras ſcripſerunt: et de titulis Satirarum* Horatianarum *nonnulla. Item aliquot locorum emendationes.*

PERGAMVS in hiſtoria Satirae Romanae explicanda: cuius nobiliſſima ſpecies reſtat, adhuc nobis indicta. Naturam huius, et quid ab Enniana differat, ita declarat DIOMEDES, col. 482. *Satira eſt carmen apud Romanos* g), *non quidem apud Graecos, maledicum, et ad carpenda hominum vitia archaeae comoediae charactere compoſitum: quale ſcripſerunt Lucilius et Horatius et Perſius. Sed olim carmen, quod ex variis poëmatibus conſtabat, Satira dicebatur, quale ſcripſerunt Pacuuius et Ennius.* Manifeſto ſeparantur his verbis diuerſae duae ſpecies Satirae: quarum nos alteram *Ennianam*, alteram *Lucilianam* indigetauimus. Nam vt ENNIVS, quum differentem

origine et moribus Gaſparis Scioppii. Quem denique fugit, noſtros, qui hodie florent, poetas verſibus proſa admixtis mirum quantum delectari? In quo, neſcio, an praeeuntes habeant Gallos, *Diderotum*, *Greſſetum*, *Fauartum*, alios. *Ram.*

g) Haec verba: *non quidem apud Graecos*, in mea Hanouienſi Putſchiana non habeo; ſed pro iis *nunc quidem maledictum et ad carpenda* etc. Et ſtatim pro *Sed olim*, lego *Et olim*; pro *dicebatur*, habeo *vocabatur*, quemadmodum ipſe Caſaubonus ſuperiore citauit capite. CREN.

rentem non parum ab antiquiſſima et omnium prima Satiram ſcribere inſtituiſſet, Satirae primus auctor eſt habitus: ita LVCILIVS, quum ad carpenda hominum vitia ſtilum conuertiſſet, coepiſſetque veteris comoediae Athenienſium licentiam in ſuis poëmatis vſurpare: non ille quidem ἁπλῶς Satirae, ſed talis Satirae inuentor eſt celebratus. HORATIVS [h]):

— — eſt Lucilius auſus
Primus in hunc operis componere carmina morem:
Detrahere et pellem, nitidus qua quisque per ora
Cederet, introrſum turpis? —

Alibi de ſe et *Lucilio* [i]):

Hoc erat, experto fruſtra Varrone Atacino
Atque quibusdam aliis, melius quod ſcribere poſſem,
Inuentore minor. — —

Alii, non inueniſſe, ſed primum in Satira excelluiſſe LVCILIVM, ſcripſerunt: QVINTILIANVS lib. X. c. I. *Satira tota noſtra eſt: in qua primus inſignem laudem adeptus eſt Lucilius.* Ex iis, quae modo dicebamus, facilis conciliatio. Differentia praecipua Lucilianae Satirae ab Enniana, non fuit in genere carminis. Etſi enim miſcere varia metra in eodem poëmate non videtur ſic fuiſſe ſolitus LVCILIVS, vt de Ennio ante probauimus: vario tamen metro vſum in Satiris, reliquiae arguunt: ex quibus clare liquet, non omnes libros Satirarum LVCILII heroico metro (quo ſolo vſi HORATIVS, PERSIVS et IVVENALIS,) fuiſſe compoſitos: verum et iambico, ac fortaſſe etiam alio, nonnullos [k]). Fuit

h) II. Sermon. Sat. I. v. 62.
i) I. Sermon. Sat. vlt. v. 46.
k) Trochaicum quoque metrum adhibuit Lucilius, et verſibus latinis interpoſuit graecos: quod ipſum declarant fragmenta, a FRANCISCO DOVSA, Iani filio, diligenter collecta, notisque illuſtrata vberrimis. Recudi

vero potiſſimum diſcrimen in materia et illius tractandae modo. Nam ſpectauit quidem ad doctrinam morum vtraque haec Satira: ſed LVCILIVS multo magis quam *Ennius* perſonis adhaeſit; et quia plures ſemper mali quam boni, in notandis obiurgandisque vitioſis plurimus fuit. Qua in re quoniam ſumma libertate erat vſus, nominibus etiam adiectis magnatum et in rep. potentium: viſus dictusque fuit, mutato genere metri et facie poëſeos, priſcam Athenienſium comoediam retuliſſe. HORATIVS *l*):

Eupolis atque Cratinus, Ariſtophanesque poëtae,
Atque alii, quorum comoedia priſca virorum eſt:
Si quis erat dignus deſcribi, quod malus aut fur,
Quod moechus foret, aut ſicarius, aut alioqui
Famoſus, multa cum libertate notabant.
Hinc omnis pendet Lucilius, hoſce ſecutus,
Mutatis tantum pedibus numerisque facetus,
Emunctae naris. — —

Alibi *m*) eosdem poëtas Satirarum ſcriptoribus proponit, ſtudioſe imitandos:

— — *ridiculum acri*
Fortius et melius magnas plerumque ſecat res:

Illi

cudi ea curauit *Io. Ant.* VVLPIVS Patauii MDCCXXXIX. Quaedam Lucilii fragmenta ſuae *de Satirae ortu et progreſſu* diſſertationi inſeruit DACIERIVS, cui Caſaubonus de diſcrimine, quod Ennianam inter et Lucilianam Satiram intercedit, male et praeter rationem iudicare videtur. Putat enim Dacierius, vtramque Satiram, ſiue formam ſpectes, ſiue materiam, nullo diſcrimine disiungi, nec aliam laudem tribuendam eſſe Lucilio, quam quod Ennii Satiram limatiorem fecerit, hominumque mores acerbius riſerit. Idem ſentit DRYDEN, cuius *de Satira* disquiſitio extat in *Sammlung vermiſchter Schriften zur Beförderung der ſchönen Wiſſenſchaften und der freyen Künſte*, Tom. V. pag. 290. ſeqq. *Ram.*

l) lib. I. Sat. IV. v. 1 ſeqq.

m) lib. I. Sermon. Sat. X. v. 14 ſeqq.

Illi ſcripta quibus comoedia priſca viris eſt,
Hôc ſtabant, hôc ſunt imitandi.

Idem ſibi volunt et haec PERSII [n]):

— — audaci quicunque afflate Cratino,
Iratum Eupolidem praegrandi cum ſene palles,
Aſpice et haec. — —

Nec temere *Diomedes*, in rudi definitione Satirae huius, verba illa poſuit [o]): *archaeae comoediae charactere compoſitum.* Graeci critici veterem comoediam Atticam multis notis diſtinguunt a media et noua: ſed omnium certiſſima et momenti maximi eſt ἡ ἄγαν καὶ ἄκρατος παῤῥησία: nimia et immoderata libertas maledicendi quibusuis, ſiue priuatis, ſiue magiſtratibus [p]). LVCILIVM non multo remiſſiorem priſcis illis comicis fuiſſe cachinnonem, praeter fragmenta, quae id luculenter docent, locuples teſtis eſt PERSIVS [q]),

— — ſecuit Lucilius vrbem,
Te Lupe, te Muti, et genuinum fregit in illis.

Idem et IVVENALIS [r]): PLINIVS quoque hoc ſignificat,

n) Satira I. v. 123 ſeqq.

o) col. 482. editionis Hanouienſis MDCV. CREN.

p) Tam grata Athenienſibus haec maledicendi et optimum quemque ridendi libertas erat, ut neque lege a triginta tyrannis lata cohiberi poſſet. Poetae enim, huic legi fraudem facturi, eo confugerunt, vt, nominibus omiſſis, perſonas ſeu laruas induerent, illorum vultus et ora referentes, quos in ſcena traducere, et populo irridendos propinare volebant. Id porro appellabant αὐτοπροσώπως κωμῳδεῖν. Namque αὐτοπρόσωπος in theatrum induci quis dicitur, cui ſua ipſius facies affingitur. Qua de re HERMOGENES: αὐτοπροσώπους εἰσάγων τις τοὺς κωμῳδουμένους, τῷ νόμῳ ἐπάγεται ὡς ὀνομαστὶ κωμῳδῶν. *Ram.*

q) Satira I. v. 114 ſeq.

r) lib. I. Sat. I. v. 165 ſeq.

Enſe velut ſtricto, quoties Lucilius ardens
Infremuit, rubet auditor, cui frigida mens eſt
Criminibus, tacita ſudant praecordia culpa.

ficat, cum Praefat. Hiſt. Nat. ſcribit, *primum Lucilium condidiſſe ſtili naſum.* Stilus autem LVCILII a comoediae ſocco non alienus; humilis, inquam, inaccuratus et populo accommodatus: quam ob cauſam HORATIVS, qui Lucilium imitatus, Satiras ſuas *pedeſtrem Muſam* vocauit [s]). *Quid prius illuſtrem Satiris Muſaque pedeſtri?* Alio loco (lib. I. Epiſt. IV. v. 1.) *ſermones* appellat: *Albi, noſtrorum Sermonum candide iudex.* Ratio vtriusque appellationis eadem. Nam vt alibi adnotabamus, in quocunque ſcribendi genere ſponte fuſam ſine cura orationem, qualis vſurpari ſolet in quotidianis colloquiis, πεζὸν λόγον, et *pedeſtre eloquium* vocabant: cui opponit alicubi Gregorius Nazianzenus, τὸν ὑπεραίροντα λόγον. Hic eſt, qui proprie *ſermo* dicitur. PLINIVS epiſtola V. ad Maximum, lib. V. *Iam tres libros abſoluerat ſubtiles et diligentes, atque inter ſermonem hiſtoriam-*

s) lib. II. Sermon. Sat. VI. v. 17. De Luciliani ſtili charactere adeundus VVLPIVS de Sat. Lat. p. 106. Tametſi, inquit ille, eruditione admirabili, parique libertate, in hoc genere ſtilum exercuiſſet, nihilominus ἰσχνῦ χαρακτῆρος, tenuis videlicet atque exilis, Romanis poetis exemplum fuit. Adhibuit enim verba et loquendi modos e triuio ſumtos, quum ſaepe de rebus quotidianis et familiaribus dicturus eſſet. Si Horatio fidem habemus, fuit Lucilius

— — — — *facetus,*
Emunctae naris, durus componere verſus:
Nam fuit hoc vitioſus: in hora ſaepe ducentos,
Vt magnum, verſus dictabat ſtans pede in vno.
Quum flueret lutulentus, erat quod tollere velles.
Garrulus, atque piger ſcribendi ferre laborem.

Sunt haec verba poetae Venuſini Sermonum libro I. Sat. IV; ex quibus colligimus, Lucilii ſcriptionem minus accuratam fuiſſe, et pene ex tempore fuſam. Quae ὁρμὴ et acrimonia id efficiebat, vt omnem limae laborem ac moram poeta ille feruido copioſoque ingenio aſpernaretur. *Ram.*

ſtoriamque medias [t]. Eiusmodi eſt apud comicos dictio: de qua FLACCVS, lib. I. Sat. IV. v. 47. — — *niſi quod pede certo differt ſermoni, ſermo merus.* Inde *ſermocinari* proprie tributum comoediis. Apuleius in Floridis [u]: *mimus hallucinatur, comoedus ſermocinatur, tragoedus vociferatur* [x]. Vt comoedia ſermone conſtat: ita comoedi actio ſermocinatione: quam EVCLIDES in Harmonicis vocari ait, *συνεχῆ καὶ λογικὴν τῆς φωνῆς ποιότητα.* Ad imitationem quotidiani ſermonis ac vitae communis pertinuit et illud in Lucilii Satiris, quod Graeca non raro Latinis miſcuerat. HORATIVS [y];

O 5 At

t) Idem PLINIVS eiusdem libri epiſtola VIII. *Habet quidem*, inquit, *oratio et Hiſtoria multa communia, ſed plura diuerſa in his ipſis, quae communia videntur.* Vbi vide, quae Catanaeus notat. *Sermones* vero Satirae dicuntur, quia oratio earum quotidiano ſermoni ſimilis. Hinc HORATIVS lib. I. Sat. IV. v. 39 ſeqq.

Primum ego me illorum, dederim quibus eſſe poëtis,
Excerpam numero: neque enim concludere verſum
Dixeris eſſe ſatis; neque ſi quis ſcribat, vti nos,
Sermoni propiora, putes hunc eſſe poëtam.
Ingenium cui ſit, cui mens diuinior, atque os
Magna ſonaturum, des nominis huius honorem.

Et perfecto, quotusquisque, ſi in epiſtola aliqua, vel oratione, haec legat, ea aliud, quam prorſam exiſtimet? *Deinde eo dormitum, non ſollicitus, mihi quod cras ſurgendum ſit mane, obeundus Marſia.* At Horatii ſunt eodem verborum ordine lib. I. Sat. VI. v. 118. — Hoc praeceptum non ſatis obſeruat Iuuenalis, cuius dictio epica; multoque minus hac ſibi parte cauit, Perſius, qui grandi ſcribit ſtilo. Atqui nihil aeque ornat ſatiram, quam idea veritatis et ſimplicitatis, cui tralationes audaces aduerſantur. CREN.

u) p. m. 259 editionis Francof. MDCXXI in 8uo. CREN.

x) Hinc HORATIVS in Arte v. 234.

Non ego inornata, et dominantia nomina ſolum,
Verbaque, Piſones, Satirorum ſcriptor amabo.

Vbi clare ait, Satirae ſcriptorem ornatum ſectari, ſed verba propria et dominantia. CREN.

y) lib. I. Sermon. Sat. X. v. 20.

At magnum fecit, quod verbis Graeca Latinis
Miſcuit: o ſeri ſtudiorum. — —

Ex his, quae hactenus commemorauimus de natura huius Satirae, eſt intelligere, magna affinitate iungi poëſeos iſtud genus cum comoedia. Quare etiam exſtitere, qui Satiram ſpeciem comoediae facerent. ISIDORVS libro VIII: *Duo ſunt genera comicorum, id eſt, veteres et noui. Veteres, qui et ioco ridiculares exſtiterunt, vt Plautus, Actius, Terentius. Noui, qui et Satirici, a quibus generaliter vitia carpuntur, vt Flaccus, Perſius, Iuuenalis et alii. Hi enim delicta corripiunt: nec vetabatur eis, peſſimum quemque deſcribere, nec cuiuslibet peccata moresque reprehendere. Vnde et nudi pinguntur, eo quod per eos vitia ſingula denudentur.* Haec ille: ſed e faece haurit bonus ISIDORVS, vt ſaepe *). Neque enim verum eſt, Satiram comediae ſpeciem poſſe dici: quum genere differant. Neque inuenias, opinor, aliquem e veteribus criticis, qui Satiram inter ſpecies ſcenicae aut dramaticae poëſeos retulerit. Et omnino aliud eſt, comicos imitari, aliud, comoediam ſcribere: quod non intellexit, quisque fuit huius ſententiae auctor Iſidoro. Haec igitur eſt idea, hic character Lucilianae Satirae, quae non minus, quam Enniana, Graecorum ingeniis fuit intacta. Ideo iure FABIVS QVINTILIANVS: *Satira*, inquit, lib. X. c. I. *tota noſtra eſt.* Et *Diomedes* conceptis verbis, loco ſub initium huius capitis adducto: *Satira eſt carmen apud Romanos, non quidem apud Graecos maledicum.*

Sine cauſa viri doctiſſimi, qui vel in vniuerſum de poëtica libros ediderunt, vel peculiareis de Satira commentationes, cum Satyrica Graecorum Romanam Satiram,

*) Refutat Iſidorum quoque Dan. Heinſius de Satira Horatiana lib. I. p. m. 45 ſeq. CREN.

ram, ſola nominis affinitate inducti, comparant a): de vtraque enim poëſi ſimul operaque vna tractant omneis: hanc ab illa ortam docent: atque vt verbo dicam, quod res eſt, Satyricae Graecae naturam parum ſe habuiſſe notam, hoc pacto oſtendunt. Cedo enim, quae tanta affinitas inter res genere diſſidentes? Quippe Satyrica, vt ſatis ſuperque demonſtrauimus, tota dramatica: Satira, vt plurimum, *διηγηματική*: interdum ex vtroque mixta. Iam vero quum Satyricae, *τὸ τί ἦν εἶναι* et differentia, vt loquuntur, ſpecifica, ſit chorus Satyrorum ſaltantium, et iocos ferentium: quid huius ſimile in Satira? Sed nihil verbis opus: nemo enim trium Satiricorum Latinorum Satiras cum Euripidis Cyclope comparabit, quin abſurditatem eius ſententiae ſtatim agnoſcat. Non igitur cum illa Graecorum poëſi Satira Latina componi debuit; ſed cum eorundem *Sillis* b): quod genus carminis ex omni

a) Fecit hoc *Dan.* HEINSIVS, qui per integrum fere librum primum de Satira Horat. id agit, ut, quanta ſit Satirae latinae cum Satyrica Graecorum affinitas, demonſtret. Veſtigia eius preſſit VVLPIVS, de Sat. lat. p. 46. *Ram.*

b) *Illud aduertendum eſt*, inquit Ludou. Coelius Rhodiginus libro XV. Lectionum Antiquarum cap. XXV. p. m. 578 extr., *maledicta cum riſu, recte Sillos dici. Erat autem poematis ſpecies comici. Qui id perſequebantur, Sillographi nuncupati. Initium ex Homerica videtur doctrina propagatum, vbi ſubſannatur Therſites, conuelliturque, qui in principes dicacitatis plurimum exſerebat.* (De Therſite erudite, et, ut ſolebat, eleganter ac *χαριέντως* KLOTZIVS in Epiſtolis Homericis *Ram.*). *Sillos optime fertur ſcripſiſſe Xenophanes. Eſt inde conformatum verbum σιλλαίνειν, eo modo dicaciter ludere. Sed et Silenos hinc corriuari, ſcribunt Graeci. Apud Aelium Dionyſium eſt aliud item verbum σιλλεῖν, quod eſt, in contemtu et oratione diaſyrtica leniter oculos alio conferre. Timon apud Athenaeum dicitur Sillographus, qui muſeum appellauit etiam Talarum, philoſophos, qui inibi connutrirentur, inceſſens. Eſt autem talarus ex viminibus, qui contexitur calathus, et* in

omni Graecorum poëſi, plurima cum iſta Romana Satira communia habere, affirmamus nos. Narratiuum vtrumque, vel certe mixtum: vtrumque vehemens in obiurgatione: διασυρτικὸν denique vtrumque, et plenum cachinnorum; quod et nomen ipſum Sillorum indicat: σίλλοι enim παρὰ τὸ σιλλαίνειν dicti, *irridere*, *ſubſannare*. Ac melius quidem de natura eius carminis conſtaret nobis, ſi exſtarent *Xenophanis*, *Timonis* e) et aliorum poëtarum

in quo coagulatur caſeus: veluti alerentur, vt in panagro pretioſae aues. Proprium nomen SYLLI, (Pythagoraei, vt vult Ionſius de Scriptoribus Hiſtoriae philoſophicae lib. I. c. XIV. p. 75, Epicuraei, contendente Thoma Reineſio,) ſuſpectum in Ciceronis lib. I. de Natura Deorum c. XXXIV. Petro Victorio XXIV. Variarum Lectionum c. XIX. p. m. 295, dictus vindicat a correctorum manibus Reineſius in III Variar. Lection. libro c. II. p. 324 ſeq. Quem hic non memoraſſem, niſi vidiſſem in notis Ciceronis editioni, hic Lugd. Batauorum MDCXCII curatae, ſubiectis, et hoc de Syllo agentibus, Reineſii nullam mentionem fieri. CREN. — Caſaubonum, Graecorum Sillos cum Satira latina componentem, reſpexiſſe videtur Heinſius, *Sillos*, inquiens, *eſſe Satiram Graecorum, aut quam maxime huic reſpondere, ne illi quidem negare poſſunt, qui a Satiris Graecorum profluxiſſe negant Satiram Romanam, aut commune quicquam eſſe vtrique: cum Graecorum Satiros et Sillos, ipſi veteres coniungant. Quo quid dici poteſt planius?* De Sat. Horat. lib. I. p. 36. Cf. VOSSII Inſtitut. Poetic. lib. II. c. XX. *Ram.*

e) De Apollonide Nicaeo, hypomnematum aliquot libros in Sillos Timonis ſcribente, quos Tiberio Caeſari dedicauit, vt ita, cognita hinc eius aetate, eum inter incertae aetatis ſcriptores cum Voſſio non amplius referamus, agit erudite B. Ioannes Ionſius lib. III. de Scriptoribus Hiſtoriae Philoſophicae c. III. p. m. 222 ſq. Ipſo de Timone Ludou. Coelius Rhodiginus lib. XIX. c. VIII. p m. 1117. *Taceo*, inquit, *Sillorum opus abſinthio conſperſum, quod Timoni Philoſophorum expreſſit irriſio*. Voſſius lib. II. Inſtitut. Poetic. c. XX. §. 6. p. m. 104 ſeq. *Sillorum Timonis Phliaſii libri*, inquit, *erant tres, in quibus, vt ſcepti-*

tarum Graecorum *Silli*, quos longa dies aboleuit: verumtamen etiam e pauculis verſibus, qui ad nos peruenerunt,

ſcepticus, dogmaticos omnes ridet; vt pluribus narrat Diogenes Laërtius in eius vita c. CIX. *Vbi et tale Sillorum illius initium fuiſſe ait:*

Ἔσπετε νῦν μοι ὅσοι πολυπράγμονες ἐστὲ σοφισταί.

Nunc huc ferte pedem, queis curae aliena, Sophiſtae.

Vixit Timo temporibus regum, Antigoni et Ptolemaei Philadelphi, vt ex Laërtio lib. IX. c. CIX. in vita Timonis *cognoſcimus. Qui tamen cum latine initio vitae legat, exiſtimare poſſit, claruiſſe temporibus Tiberii Caeſaris, ſuaque ei dicaſſe. Sed illud* Timon *delendum, quia eſt lemma capitis. Sic igitur caput incipit:* Apollonides Nicaeus, qui non multo ante nos fuit, in primo de Sillis commentario, quem miſit ad Tiberium Caeſarem, Timonem ait patre Timarcho, genere Phliaſium fuiſſe. *Prorſus mentem Laërtii non cepere interpretes. Error ex eo, quia in graeco codice foret,* Τίμων Ἀπολλωνίδης: *cum ſcribi debuerit,* ΤΙΜΩΝ. Ἀπολλωνίδης. *Nam* Τίμων, *vt dictum, eſt lemma capitis; caputque incipit ab* Ἀπολλωνίδης. Haec Voſſius, quae laudat et adprobat in Obſeruationibus ſuis in Laertii locum Aegidius Menagius, vbi et ſequentem Voſſii locum e II de Hiſtoricis Graecis c. XIII. p. m. 224. adducit: *Si Laërtii interpreti, Ambroſio, credimus, etiam reliquit εἰς τὰς Σίλλους ὑπομνήματα,* i. e. Commentaria in Sillos, *quorum primum librum citet ipſe in vita Timonis. Sed omnino interpres mentem Laërtii aſſecutus non eſt. Nam non ſe, ſed Timonem Apollonidem, ait, commentarios eos ſcripſiſſe, dicaſſeque Tiberio Caeſari. At inter Tiberium et Antoninum Pium, ſub quo Laërtius vixit, integrum ſeculum eſt. Atque ideo addit de Timone, ſeu Simone hoc,* ὁ παρ' ἡμῶν, *vbi malim,* ὁ πρὸ ἡμῶν, *hoc eſt, qui anteceſſit ſeculum noſtram. Nempe propius, quam alter Timo Philoſophus, qui cognitus fuit Antigono regi, et Philadelpho, aequalis Arati poetae, a quo rogatus, quae Homeri exemplaria optima forent, reſpondit, ea eſſe emendatiſſima, quae minime eſſent emendata.* In de Poetis Graecis c. VIII. p. 62. idem Voſſius, *Philadelphi,* inquit, *temporibus erat Timon Phliaſius, Poeta Phyſicus, ſecta Pyrrhonius, diuerſus omnino ab illo μισανθρώπῳ, qui Peloponneſiaci belli temporibus vixit. At hic Phliaſius carus fuit Antigono Gonatae,*

runt, e *Timonis* praeſertim Sillis, facile id, quod diximus, poteſt probari. Annon enim Lucilianae Satirae aliquam auram afflare videntur iſta, in genus vniuerſum philoſophorum dicta?

> Σχέτλιοι ἄνθρωποι, κάκ' ἐλέγχεα, γαστέρες οἶον,
> Ποίων ἔκ τ' ἐρίδων καὶ λεσχομάχων πεπλάνησθε,
> Ἄνθρωποι, κενεῆς οἰήσιος ἔμπλεοι ἀσκοί;

Quid illa de philoſophis, qui in Muſeo Alexandriae alebantur?

> Πολλοὶ μὲν βόσκονται ἐν Αἰγύπτῳ πολυφύλῳ
> Βιβλιακοὶ χαρακῖται, ἀπείριτα δηριόωντες
> Μουσέων ἐν ταλάρῳ.

Satirica etiam haec de Platone:

> Τῶν πάντων δ' ἡγεῖτο πλατύστατος, ἀλλ' ἀγορητὴς
> Ἡδυεπὴς, τέττιξιν ἰσογράφος· ὅτ' Ἑκαδήμου
> Δένδρει ἐφεζόμενοι ὄπα λειριοέσσαν ἱᾶσι.

Iſta vero etiam ad comicam laſciuiam accedunt:

> Ὡς ἀνέπλασσε Πλάτων, πεπλασμένα θαύματα εἰδώς

Quibus ſimile eſt alibi de Cleanthe Aſſio:

> — ἐπέων φίλος Ἄσσιος, ὅλμος ἄτολμος.

Ne haec quidem a comoedia longe abſunt de Zenone, Stoicae ſectae conditore:

Καὶ

natae, *qui quarto Philadelphi anno regnare coepit, atque annis* XXXV. *imperium tenuit. Scripſit hexametra, Tragoedias* LX, *Comoedias* XXX, *Satiras, Sillorum libros* III, *et Cinaedos.* Περὶ τῶν Τίμωνος Σίλλων, *de Timonis Sillis, ſcripſit Sotion, vt videre eſt ex Athenaei* XII. *Credo, opere eo occurrere voluiſſe conuitiis, quibus Philoſophos impetierat. Satis hoc inde veriſimile eſt, quod idem Sotion etiam ſcripſerat* τὰς διαδοχὰς, *ſiue de Philoſophorum ſucceſſionibus, vt oſtenſum operis de Hiſtoricis Graecis libro* II. *c.* VII. Fragmenta quaedam eius in Poeſi philoſophica exhibet Henricus Stephanus. CREN.

Καὶ Φοίνισσαν ἴδον λιχνόγραυν σκιερῷ ἐνὶ τύφῳ
Πάντων ἱμείρουσαν· ὁ δ' ἔῤῥει γύργαθος αὐτῆς.
Μικρὸς ἐὼν, νοῦν δ' εἶχεν ἐλάσσονα σκινδαψοῖο.

De Zenonis autem diſcipulis ſic idem, ſordes illis obii-ciens, vt Socrati Comicus:

Οφρα πενεστάων σύναγεν νέφος, οἱ περὶ πάντων
Πτωχότατοί τ' ἦσαν, καὶ κουφότατοι βροτοὶ ἀστῶν.

Teſtatur DIOGENES lib. IX. c. CXII, Sillos auſpicatum eſſe *Timonem* ab hoc verſu:

Εσπετε νῦν μοι ὅσοι πολυπράγμονές ἐστε σοφισταί.

In quo etſi Homericae imitationis, quae paſſim expreſſiſſime apparet, veſtigia agnoſco [d]): nunquam tamen eum verſum lego, quin huius veniat in mentem, a quo Satiram IV orditur IVVENALIS: *Ecce iterum Criſpinus adeſt, mihi ſaepe vocandus Ad parteis.*

XENOPHANIS Silli aduerſus *Homerum* et *Heſiodum* maxime fuere compoſiti, quos grauiter hic ſapiens accuſabat, quod ſtultis de Deorum natura perſuaſionibus hominum mentes vulgo impleſſent. DIOGENES LAERTIVS, lib. IX. c. XVIII. extr. *γέγραφε καὶ ἐν ἔπεσι καὶ ἐλεγείας καὶ ἰάμβους καθ' Ἡσιόδου καὶ Ὁμήρου, ἐπικόπτων αὐτῶν τὰ περὶ θεῶν εἰρημένα.* Ex hoc LAERTII teſtimonio cognoſcimus, XENOPHANEM ad Sillos accommodaſſe non ſolum heroicos verſus et iambicos, quibus vſus et *Lucilius;* ſed etiam elegiacos. Nam quae ipſe vocat

d) Patet hoc, ſi aliunde, certe ex his verſibus;

Τίς γὰρ τοὺς δ' ὀλοῇ ἔριδι ξυνέηκε μάχεσθαι;
Ἠχοῦς σύνδρομος ὄχλος· ὁ γὰρ σιωπῶσι χολωθεὶς
Νοῦσον ἐπ' ἀνέρας ὦρσε λάλην, ὀλέκοντο δὲ πολλοί.

Quos verſus cum ſcriberet Timon, ante oculos profecto habuit Iliados principium. Pleni quoque ſunt Timonis Silli locutionibus, Homero maxime familiaribus; vt igitur non errent, quibus ille poeta Parodiam ſcripſiſſe, et ab Homero grauiter magnificeque dicta ad res ludicras tranſtuliſſe videtur. *Ram.*

vocat ἔπη, ἐλεγείας et ἰάμβες a metri genere; alii melius ab eorum argumento Sillos nominant. STRABO, libro XIV. Ξενοφάνης ὁ φυσικὸς ὁ τὰς Σίλλες ποιήσας διὰ ποιημάτων. EVSTATHIVS in ſecundam rhapſodiam e): οἱ παλαιοὶ παρασημειοῦνται ἐνταῦθε f), ὅτι οὐ μόνον Ξενοφάνης πεποίηκε Σίλλες, ἐν οἷς εὐδοκίμησεν g), ἀλλὰ καὶ τέτε τὰ εἴδες πρῶτος κατῆρξεν Ὅμηρος h). Meminere Sillorum XENOPHANIS per ſaepe Graeci patres in iis, quae aduerſus gentium errores diſputarunt. Multa et SEXTVS EMPIRICVS ex iisdem contra philoſophos affert: quae pridem excerpſit ac publica luce donauit HENRICVS STEPHANVS. APVLEIVS in Floridis i), *Canit Empedocles carmina, Plato diplogos, Socrates hymnos, Epicharmus modos, Xenophon hiſtorias, Xenocrates Satiras.* Lego, *Xenophanes Satiras* k). Nam etſi non ignoramus, Xenocratem poëſin moralem edidiſſe, de qua intellexit LAERTIVS, cum dixit, reliquiſſe eum ἔπη καὶ παραι-

e) p. 204. edit. Romanae. CREN.

f) leg. ἐνταῦθα. CREN.

g) Perperam in Romana editione eſt εὐδοκίμηκεν. CREN.

h) i. e. *Veteres inde adnotarunt, non Xenophanem ſolum feciſſe Sillos, quibus aliorum cenſuram exercet, ſed primum hoc poeſeos genus coepiſſe Homerum.* Puta, cum Therſitem deſcribit, vel is reges ridet, Iliad. I. v. 212 ſeqq. CREN.

i) pag. m. 363. CREN.

k) Ita legit etiam Wowerus e Laërtio, vt in emandationibus ad iſtum Apuleii locum p. m. 389. obſeruat Geuerh. Elmenhorſtius. Aegidius Menagius in Obſeruat. ad Diogenis Laërtii librum IX. c. XX. extr. p. m. 401. a. editionis Amſtelaedamenſis cIↃIↃcvIIIc. in 4to. *Fuit, inquit, et alius Xenophanes, Heracleopolites ſcilicet, de quo Fulgentius lib. I. Mythologicon.* At doctiſſimus Thomas Munckerus, in edit. Amſtel. cIↃIↃcLXXXI. in 8uo. c. XIV. p. m. 47. Fulgentii, habet *Zenophanes*, notatque, ita eſſe in MS. Leid., ſed ſex editiones habere *Leophantes. Forte verius eſt*, addit, *Xenophanes*, vel *Xenophantus*, quod vltimum, vtut ſit de ceteris, mihi plane non eſt veroſimile. CREN.

παραινέσεις: Sillos tamen ab eo fuiſſe compoſitos, nusquam legere memini. Atqui nullum dubium, Satiras ab eruditiſſimo ſcriptore ἀναλόγως vocari τὰς σίλλους: non quia Graeci vnquam Xenophanis illa poëmata Σατυρικὰ vocauerint; quod nec factum eſt a quoquam, nec fieri potuit: ſed propter illam, quam in vtroque genere obſeruabamus, ſimilitudinem.

Porro Lucilii Satiras multi deinceps ſunt aemulati, non ſine aliqua eius carminis immutatione. Quod vt paucis indicemus, breuiter heic, ſeruato, quantum poterit, ordine temporum, poëtarum plerorumque nomina recenſebimus, qui poſt LVCILIVM Satiras ſcripſiſſe comperiuntur. Primus a morte Lucilii inſignem in Satira laudem eſt adeptus HORATIVS: non quia defuerunt, qui medio tempore, quod eſt annorum circiter LXXXII, Satiras ſcriberent; ſed quia voluntas illorum potius eſt laudata, quam facultas. In his numerandus VARRO ATACINVS [l]), cum aliis nonnullis, quorum nomina fama obſcura recondit. Horum conatus in Satira ſcribenda ſine effectu; teſtis ipſe Flaccus, iis verſibus, quos ſupra hoc ipſo capite retulimus. Diſtat natalis huius a natali Lucilii, ſi *Hieronymi* ſiue *Euſebii* Chronicon ſequimur, annis plus minus LXIV: quo temporis interuallo ferme dimidiato, natum VARRONEM alterum, de quo ſuperiore capite, in eodem Chronico legimus. Circa eadem ferme tempora floruit Romae ille Grammaticus, SAEVIVS NICANOR, de quo ſcribit SVETONIVS de Illuſtribus Grammaticis c. V: *Fecit praeter commentarios, quorum tamen pars maxima intercepta dicitur, et Satiram quoque, in qua libertinum ſe, ac duplici cognomine, per hoc indicat:*

Saeuiu'

l) Vide de Varrone hoc, quae ſupra diximus, et *Voſſium* de hiſtoricis latinis lib. I. c. 16. p. 77, et de poetis latinis cap. 1. *Ram.*

Saeuiu' Nicanor Marci libertu' negabit;
Saeuiu' Poſtumianus idem, ſed Marcu' docebit.

Hic ſubiiciendus ex eiusdem teſtimonio LENAEVS m) ille eſt, Pompeii Magni libertus, et pene omnium expeditionum comes: de quo ſic TRANQVILLVS de Illuſtr. Grammat. c. XV: *Ac tanto amore erga memoriam patroni extitit, vt Salluſtium hiſtoricum, quod eum oris improbi, animo inuerecundo ſcripſiſſet, acerbiſſima Satira lacerauerit: laſtaurum et lurconem, et nebulonem popinonemque appellans, et vita ſcriptisque monſtroſum; praeterea priſcorum Catonisque verborum ineruditiſſimum furem.* — Hos ſecutus eſt HORATIVS FLACCVS, vnica inuentionis laude Lucilio minor in Satira: ceteris rebus omnibus ipſo melior et potior. Nam et ſeculo politiore natus, et ad id genus carminis ingenio naturaque fuit aptiſſimus. Dicacem enim et vrbanum hominem atque εὔθικτον n) Satira deſiderat: qualem fuiſſe HORATIVM, et

m) Hunc inter primos fuiſſe, qui apud Romanos de re medica quaedam ſcriptis mandauerint, auctor eſt Plinius lib. XXV. c. II. *Antea*, inquit, *condiderat ſolus apud nos, quod equidem inueni, Pompeius Lenaeus, Magni Libertus, quo primum hanc ſcientiam ad noſtros perueniſſe, animaduerto.* Eſt poſt paullo: *Pompeius autem omni regia praeda potitus, transferre ea ſermone noſtro libertum ſuum, Lenaeum, grammaticae artis doctiſſimum, iuſſit, vitaeque ita profuit non minus, quam reipublicae victoria illa.* Idem Plinius lib. XV. c XXX. de lauro agens: *Pompeius Lenaeus*, inquit, *adiecit, quam muſtaceam appellauit; quoniam muſtaceis ſubiiceretur.* Meminit et Gellius in XVII. c. XVI. princip. *Anates Ponticas dicitur edundis vulgo venenis victitare. Scriptum quoque a Lenaeo Cn. Pompeii liberto, Mithridatem illum, Ponti regem, medicinae rei et remediorum id genus ſollertem fuiſſe.* CREN.

n) i. e. *tractabilem*, vt exponit Lexicon Graeco-Latinum vetus, in calce quorundam Cyrilli ſcriptorum inuentum. In Cornelii Schreuelii Lexic. ſexta et optima editione, vocabulorum octo quaſi millibus locupletata a Ioſepho

et vita et ſcripta manifeſtiſſime arguunt. Hic acceptam a *Lucilio* Satiram, partim ſeculi vitio, partim incuria poetae horridiuſculam, politiorem fecit, conuitia illius aſperiora in ſales et iocos γλυκυπίκρους *) mutauit: Graeca verba ab hoc carmine excluſit: Satiramque heroico verſui propriam aſſeruit, ſpretis metris aliis. In quo iudicium illius alii poetae confirmarunt, qui ad Satyras ſcribendas animum poſtea appulerunt. Heic vero obſeruandum, quod tot immanium in Horatium Commentationum ſcriptores video fugiſſe, FLACCI Satiras duorum generum eſſe inter ſe diuerſorum. Nam aliae ſunt ἐλεγκτικαὶ, et ad notandos, ridendos, interdum et acrius increpandos ᵒ) vitioſos compoſitae: aliae ad praecipiendum de virtute, et eius amorem inſinuandum, διδακτικαὶ p), non autem ἐλεγκτικαί. Libri duo, quos vulgo hodie *Satirarum*, veteres *Sermonum* titulo ſemper inſcribunt, prioris generis ſunt: in quibus nullam temere eclogam (cum antiquis loquimur, quos reprehendunt perperam hodierni critici,) inuenias, ſatirici aceti ab omni

P 2 parte

Ioſepho Hill, et Cantabrigiae MDCLXXXV. in 8. curata, quod addere neceſſarium, cum in Hackianis editionibus non reperiatur, vox εὔθικτος, ου, ὁ, ἡ, *tactu facilis*, redditur, item *facetus*, *dicax*, *a* θίγω, *tango*. Notent iſtam editionem Scholaſtici et Studioſi, vt miris modis Hackianis editionibus praeſtantem. CREN.

*) *ſuauamaros*. CREN.

o) Iſidorus in VIII Origin. c. VII. *eo Satyros pingi nudos*, cenſere videtur, *quia a Satyris vitia humana denudentur*. Quare et non ſatis magnifice de Satyrica poeſi ſenſiſſe videtur Ioannes de Pineda, Hiſpalenſis Ieſuita, cum in III. Regum c. XII, vbi de Salomonis ſapientia agit, poeſin, ait, ſatyricam non valde vitae neceſſariam aut vtilem eſſe. CREN.

p) Lectu omnino digna ſunt, quae de epiſtolis didacticis, Horatio familiaribus, diſputat *Hurdius* über Horazens Epiſteln an die Piſonen und an den Auguſtus, Einleitung pag. 6 – 10, vbi et de *Lucilii* in Satiram Romanam meritis haud contemnenda afferuntur. *Ram.*

parte expertem. *Epiſtolae* ad poſteriorem, quam diximus, ſpeciem pertinent. Ibi praecepta virtutis plerumque nuda congeruntur: interdum amicis ſermonibus inſeruntur. Multa etiam in illis de poetices ſtudiis erudite FLACCVS diſputat, magis docendi, quam reprehendendi cuiusquam gratia q). Sic et LVCILIVS in Satiris ſuis non ſolum ἠθικὰ tractauerat, ſolennem et vulgatiſſimam huius poeſeos materiam, quam quidem ob cauſam poetas Satirarum aetas ſequior *ethicos* vocauit r), vt paſſim Ioannes Sarisberienſis; ſed etiam de Poetica, de Rhetorica et de Grammatica ac vi literarum adfatim diſſeruerat, quod hodieque fragmenta oſtendunt. Eſt inuenire et συστατικὰς,

q) Dabunt mihi hanc veniam lectores, ut, quae *Dacierius* de ordine, quo Sermones et Epiſtolae Horatii ſe inuicem excipiunt, diſputauit, afferre liceat: ſunt enim praeclara. „Horace a mis d'abord ſes deux premiers livres de Satires, parceque dans le premier „il travaille à déraciner les vices, et que dans le ſecond il s'efforce d'arracher les erreurs et les fauſſes „opinions. Après ces deux livres, viennent les Epitres, qui peuvent fort bien etre appellées la ſuite de „ſes Satires; et il les a miſes après les Satires, parcequ'il s'attache à y donner des preceptes pour la „vertu, et à allumer dans nos coeurs l'amour qu'elle „merite. Ainſi ces quatre livres ſont un cours de Morale entier et parfait. Les deux premiers ſont proprement Ἐλεγκτικοὶ, pour parler comme les Platoniciens, c'eſt à dire, *deſtinez à redarguër et à refuter.* „Et les deux derniers ſont Διδακτικοὶ et Παραινετικοὶ, „c'eſt à dire, *deſtinez à inſinuer et à enſeigner.* Dans cette diuiſion Horace ſuivoit les maximes de Socrate, „qui n'enſeignoit jamais rien, qu'il n'eut auparavant „deraciné du coeur de ſes diſciples tout ce qui pouvoit ètre contraire aux ſentimens, qu'il leur vouloit „inſpirer; et cette methode eſt très conforme à la nature et à la raiſon.„ V. *Oeuvres d'Horace par Dacier et Sanadon* Tom. VI. p. 325 ſeq. *Ram.*

r) Confer. Dan. Heinſium de Satira Horatiana lib. I. p. 48. CREN.

ϛατικὰς, aut alio communi argumento ſcriptas, HORATII epiſtolarum aliquas. Cuius rei exemplum a poeſeos illius patre poſteris fuiſſe relictum, non dubito. Ferendi non ſunt, qui Epiſtolarum libros Satirarum appellatione ac numero cenſent excludendos. Quid? nonne et LVCILIVS epiſtolarum forma Satiras quasdam ſcripſerat? Epiſtola certe fuit, vnde haec profert *Nonius:*

— — ſalutem fictis verſibus Lucilius,
Quibus poteſt, impertit, totumque hoc ſtudioſe et ſedulo

Epiſtolae etiam ſunt, quas maximus ille Horatii imitator, PERSIVS, ad Plotium Macrinum, Annaeum, Cornutum, et Caeſium Baſſum miſit. — At laudat Auguſtum et alios amicos in *Epiſtolis* HORATIVS, quod argumentum Satirae non conuenit. — Imo vero, quam optime conuenit et appellationi Satirae, vt poſtea euincemus, et formae eius carminis, quam illi primus auctor et inuentor dederat. LVCILIVM enim non ſemper malos laceraſſe, verum et bonos interdum laudaſſe, credamus Trebatio apud HORATIVM lib. II. Sat. I. v. 16. ſic dicenti:

Attamen et iuſtum poteras et ſcribere fortem
Scipiadam, vt ſapiens Lucilius. — —

vbi *Horatius*, ſe quoque Auguſti laudes Sermonibus ſuis intexturum, recipit. Atque ita fecit, maxime epiſtola prima libri ſecundi. Quae ſi propterea deſinit Satira eſſe: age, de numero Perſianarum quinta tollatur: cuius parte maxima *Cornuti* praeceptoris encomium pius diſcipulus eſt perſecutus. De Satiris igitur HORATII ita ſtatuendum cum veteribus criticis. Vtrumque opuſculum et Satiras et Sermones continet. Priorem titulum, vt ex aequo communem vtrique, raro critici vſurpant: diſtinguere enim diuerſitate appellationum duo illa σωμάτια voluere: quum ab ipſo poeta conſtaret, ſeparatim fuiſſe edita. SERMONVM ἐπιγραφὴν etiam epiſtolis HORATIVS

 ipſe

ipſe tribuit: *Albi noſtrorum Sermonum candide iudex.* Quia tamen Sermones illi ad amicos abſentes miſſi, proprium a re nomen, *Epiſtolarum* nempe, habebant: impoſito his epiſtolarum titulo, altera inſcriptio quaſi propria libro priori facta eſt. Ita ſemper laudat *Priſcianus*, et antiqui alii critici: ita et vetuſtiſſimi quique manuſcripti, quales ipſi multos, partim e regia bibliotheca, partim aliunde, vidimus conſuluimusque. Aequalis vixit Horatio s) IVLIVS FLORVS. De hoc *Porphyrio* ad eclogam III. primi Epiſtolarum: *Hic Florus fuit Satirarum ſcriptor, cuius ſunt electae*, (forte, *ſublectae*) *ex Ennio, Lucilio, Varrone.* Ἐρωτικὰ potius ſcripſiſſe, coniicias ex verbis *Flacci* loc. cit. v. 24.

— — ſeu condis amabile carmen,
Prima feres ederae victricis praemia. — —

Nobiliſſimi omnium, qui poſt *Flaccum* in eo genere ſcribendi ſe exercuerunt, exſtitere PERSIVS et IVVENALIS. De quibus plura heic erant dicenda, et treis iſti praeſtantiſſimi poetae inter ſe comparandi: niſi iam ante in editione *Perſii* t) noſtrum ea de re iudicium abunde

s) Scripſit ad hunc *Horatius* Epiſtolam III. lib. I. et Epiſtolam II. lib. II. CREN.

t) Optima *Londini* prodiit anno cIↃIↃCXLVII. in 8. Vide, quae dico in parte Animaduerſionum III. cap. 1. §. VI. p. 15 ſeq. CREN. Legendus omnino *Vulpius* de Satira latina cap. XI et XII, vbi de Horatii, Iuuenalis, atque Perſii latinitate, dicendi charactere, morum praeceptis, iocis, ceterisque vel laudibus vel vitiis multa erudite diſputantur. Adde *Nic. Rigaltium* in Diſſ. de Satira Iuuenalis, *Heinſium* de Sat. Horat., *Scaligerum* lib. VI. Poet., *Cunaeum* Orat. XI et XII. Qui viri, dici vix poteſt, quam varias et inter ſe diſſidentes amplectantur ſententias. Nec mirum. Namque in ingeniorum comparatione quisque eum ſcriptorem vel maxime laudat, quem ſuis moribus, ſuo ingenio conuenientiſſimum videt, quemque adeo prae ceteris amat. *Ram.*

de expoſuiſſemus. Illa aetate et alii exſtiterunt quam plurimi Satirarum poetae. IVLIVS RVFVS *). *Martialis* libro decimo diſtichon habet, figurae Socratis ſubiectum, quo grauitatem huius in Satiris vehementer laudat. Ait enim Epigr. XCIX.

Si Romana forent haec Socratis ora, fuiſſent
Iulius in Satiris qualia Rufus habet.

Celebris tum fuit pari laude et TVRNVS. *Iuuenalis*, Sat. I. 20. *Per quem magnus equos Auruncae flexit Alumnus*. Hunc verſum de *Lucilio* accipi debere, nemo iam ignorat. Scholiaſtes tamen aliorſum referens, ita notat: *Turnum dicit Scaeuae Memoris tragici poetae fratrem. Turnus hic libertini generis ad honores ambitione prouectus eſt. Potens in aula Veſpaſianorum Titi et Domitiani.* Idem paullo poſt ad v. 71. *Locuſtam ex Gallis matronam veneficam Nero exhibuit* x) *ad ſe, propter venena conficienda: quoniam magnae famae erat: et in familiaritate habuit: vt etiam eum docеret venena miſcere. Inde ait Turnus in Satira:*

Ex qua Caeſareas ſoboles horrida Locuſta
Occidit cura ſui verna nota Neronis.

Lego:

Ex quo Caeſareas ſoboles homicida Locuſta
Occidit: curaeque veneni admota Neroni eſt.

Prior verſus eſt de caede Britannici notiſſima: poſteriore hoc ſignificat: ſicut alii principes in miniſterio ſuo habuerunt,

*) Virum hunc illuſtrem fuiſſe et doctum, intelligimus e Plinio, qui ipſi epiſtolam XXI. lib. V. et epiſtolam XXV. lib. VII. inſcripſit. CREN.

x) Ita Pithoeus quoque edidit: at Leid. editio apud Cl. Thom. Munckerum in notis ad lib. I. Fulgentii Mytholog. p. m. 6 habet, *exciuit μεταπέμψασθαι ad ſe.* Dele τὸ μεταπέμψασθαι, et ſcribe, *exciuit ad ſe.* Voluit Gloſſator aliquis indicare, quid hic eſſet *excire*, videlicet μεταπέμψασθαι. CREN.

runt, quos vocabant, verbi gratia, *a cura amicorum*, aut, *a cura auri eſcarii:* ſic Locuſtam fuiſſe a cura venenorum Neroni. Sic in inſcriptionibus: *a cura catellae Liviae Aug.* Emendationem confirmant verba interpretis. MARTIALIS, lib. XI. Epigr. XI.

Contulit ad Satiras ingentia pectora Turnus,
Cur non ad Memoris carmina? Frater erat y).

Meminit et *Rutilius* in Itinerario: cuius verba mox adferemus. LENIVS, neſcio quis, ibidem a *Iuuenalis* interprete nominatur. Subdit enim modo poſitis, Sat. I. v. 20. *vel Lenium dicit, qui et ipſe Satiras ſcripſit.* An ſcribendum *Lenaeus?* Eſtque hic ille Satirarum poeta quem antea, p. 226. commemorauimus? Nominatur ibidem et SILIVS quidam, qui non eſt Silius Italicus: Auruncanum enim vult fuiſſe et hunc et duos priores. Ait: *vel Silium, et ipſum ſui temporis Satiricum. Qui omnes ex Aurunca fuerunt.* TVCCAM ridet *Martialis*, velut ineptum Satirarum ſcriptorem, libro XII. Epigr. XCVI. v. 7. *Tentamus Satiras: Lucilius eſſe laboras.* Qui verſus ſi ſerio ſcriptus a Martiali, ne ipſe quidem ab hoc choro excludendus. M. CORNVTVS z). *Fulgentius*

y) Eundem memorat idem Martialis in VII. Epigr. XCVI. 7.

Nam me diligit ille, proximumque
Turni nobilibus leget libellis.

Confer. *Voſſium* de Poetis latinis c. III. p. 48. CREN.

z) *Hic eſt Annaeus Cornutus*, inquit noſter Caſaubonus in Commentar. in V. Perſii Satir. p. m. 356 ſeqq. *Stoicus Philoſophus, quem a Nerone propter liberiorem de eius carminibus vocem multatum exilio, referunt Dio, et Euſebius in Chronico. Multa de hoc falſa et inepta Suidas, cui fidem habere caueant tirones. Ex Perſio diſcimus, profeſſum eſſe Romae philoſophiam Stoicam: et iuuentuti ad ſapientiae ſtudium magiſterio ſuo praeiuiſſe. Multa eum in philoſophicis ſcripſiſſe, coniicimus ex Hieronymi ad Magnum oratorem epiſtola: putamus enim hunc eſſe Cornutum illum, ex quo multa*

gentius Planciades de priſco ſermone. TITIVILLI-TIVM:

multa Origenes in Stromateas ſuos transtuliſſe dicitur. Fuiſſe vero non ſolum philoſophiae cognitione clarum, ſed et aliis ſtudiis, hiſtoria arguit, quam Dio narrat, de adhibito illo a Nerone in conſilium, ſuper inſtituto carmine de rebus geſtis Rom. Nam Neronem ab omni philoſophia fuiſſe alienum conſtat: neque vero cauſae quicquam erat, cur de pangendis verſibus Stoicus conſuleretur, niſi etiam eruditionis laude et diſciplinis humanioribus excultus fuiſſet Cornutus. Quare Dio illum, ait, *ἐπὶ παιδείᾳ ἐνδοκιμῆσαι τότε*: (eruditionis opinione claruiſſe,) *non autem ἐπὶ φιλοσοφίᾳ. Cum igitur in vtroque genere excelluerit Cornutus: quaeſtionis eſt, idemne hic, an alius ab hoc diuerſus fuerit Annaeus ille Cornutus grammaticus, quem in Virgilium et alios poetas commentarios ediſiſſe conſtat, et paullo ante Gellii memoriam Romae grammaticam eſſe profeſſum. De hoc igitur ſtudioſi quaerant amplius: nobis quidem non videtur. Multa quoque Porphyrius in Εισαγωγῇ in Categorias de Cornuto quodam: vbi inter alia Cornutum ſcripſiſſe τὰς ῥητορικὰς τέχνας* et *γραφὴν πρὸς Αθηνόδωρον Stoicum, auctor eſt. De hoc quoque, quis ille fuerit, cogitemus.* Haec Caſaubonus. *Ger. Io. Voſſius* de Poetis Latinis c. III. p. m. 43. *In deperditis*, inquit, *eſt Poetis Annaeus Cornutus, Perſii Praeceptor, qui Claudii et Neronis tempore fuit. Vetus vita Perſii, quae ex Suetonio de Claris Poetis deſumpta:* Cornutus illo tempore Tragicus fuit, ſectae Poeticae. *Vbi ſine dubio* Stoicae *ſcribendum.* At in omnibus meis reperio Stoicae, in nullo vero, quem quidem ego habeo, codice *Poeticae.* Imo ipſe Voſſius, adductis his Suidae verbis, *ὁ Κορνῦτος Λεπτίτης φιλόσοφος. Ἡ δὲ Λεπτὶς, πόλις Λιβύης, γεγονὼς ἐν Ῥώμῃ ἐπὶ Νέρωνος, καὶ πρὸ αὐτοῦ, ἀναιρεθεὶς σὺν τῷ Μεσωνίῳ*: h. e. *Cornutus Leptites, philoſophus. Leptis autem Africae eſt ciuitas. Ac fuit Romae ſub Nerone, et ante eum. Interfectus vero cum Muſonio;* ſequentia ſubiicit in I. de Hiſtoricis Latinis c. XXVI. p. m. 136: *Quod Philoſophum adpellat, conuenit cum Tranquillo, ſiue alio, qui Perſii vitam ſcripſit. Is philoſophum Stoicum vocat. Etiam philoſophum nominat Euſebius: ſed non morte, verum exilio multatum ſcribit. Sic enim ille in Chronicis ad annum* MMLXXXIII: Nero, cum caeteris viris inſignibus, et Octauiam vxorem interfecit, Cornutum-

TIVM: *M. Cornutus in Satira ait: Titiuillitii ſat cedo tibi.*

nutumque philoſophum, praeceptorem Perſii, in exilium fugat. *Sed fortaſſe haec conciliari poſſunt, quia prius in exilium egiſſe, poſteaque interemiſſe poteſt. Ex Perſianae eo vitae auctore, quem diximus, illud etiam cognoſcimus, inter auditores eius fuiſſe, et Lucanum poetam, et Aulum Perſium, atque hunc, adoleſcentulum adhuc, tanti feciſſe praeceptorem ſuum, a quo in philoſophia inſtituebatur, vt nunquam ab illius latere recederet; atque vt moriturus, anno nempe aetatis vndetrigeſimo, legarit Cornuto, cum ſeptingentorum librorum bibliothecam, tum etiam argenti facti pondo viginti: ſed Cornutum ait, libris contentum, pecuniam ſororibus Perſii reliquiſſe. Poſt ea, quae antea adduximus, ſubiicit continuo Suidas:* Ἔγραψε δὲ πολλὰ φιλόσοφά τε καὶ ῥητορικά, h. e. ſcripſit multa et philoſophica et rhetorica. *Sed videtur etiam fuiſſe nobilis Grammaticus, et veterum poetarum interpres. Nihil enim cauſſae video, cur hunc alium putem ab illo Cornuto, quem Gellius,* lib. II. c. VI. *refert inter* Grammaticos aeui ſuperioris, haud ſane indoctos, neque ignobiles, commentariaque in Virgilium compoſuiſſe *dicit. Praeſertim cum idem,* lib. IX. c. X. *teſtetur, feciſſe libros* de figuris ſententiarum: *quod bene conuenit, eum eo, quod Suidas* ῥητορικὰ *ſcripſiſſe ait. Commentariorum in Virgilium meminit et Macrobius* lib. V. c. XIX *vbi eum vocat* virum magnum et Graecarum literarum doctiſſimum. *Chariſius citat haec decimo Cornuti libro ad Silium Italicum cum de Virgilio:* Iamque exemplo tuo etiam principes ciuitatium, *et poetae incipient ſimilia fingere. Hunc autem philoſophum, rhetorem, grammaticum, etiam hiſtoricum fuiſſe, teſtis eſt Suidas, qui diſertim* ἱστορικὸν *appellat: atque addit, aemulationem fuiſſe inter eum, et Liuium Patauinum; longeque plures audiiſſe Cornutum, ſed Liuio fuiſſe auditores, et ingenio, et eruditione praeſtantiores. Tamen, vt vere dicam quod ſentio, videre non poſſum, vt hoc temporum ratio patiatur. Nam Liuius Patauinus, vti et Meſſalla Coruinus orator, nati ſunt Olympiadis* CLXXX. *anno ſecundo, quarto anno a conſulatu Ciceronis, teſte Hieronymo in Chronico Euſebiano. Eſt is annus Vrbis* IↃCXCV. *Idem Hieronymus deceſſiſſe ait Olympiadis* CXCIX. *anno* I, *Tiberii anno* IV, *qui ſit Vrbis annus* IↃCCLXX. *Liuii autem annus* LXXV. *Cornutus*

tibi. Fortaſſe: *Titiuillitio iſtas cedo tibi* a). Videtur hic eſſe Annaeus Cornutus, Perſii magiſter, philoſophus ſimul et poeta eximius. Quamobrem verba haec, quae ſub perſona Cornuti pronunciantur in quinta, v. 15.

— — *pallentes radere mores*
Doctus, et ingenuo culpam defigere ludo:

ita

tus vero in exilium a Nerone eiectus eſt Olympiadis CCXI. *anno* III, *vt idem Hieronymus ait. Eſt is annus Vrbis* IↃCCCXX, *a deceſſu Liuii annus quinquageſimus. Minus autem veriſimile ſit, Liuium, iam decrepita aetate docendis aliis vacaſſe: ſed, ſiquid tale factum, potius euenerit illud Liuio quinquagenario, vel ante. At tum fortaſſe necdum natus erat Cornutus. Vtcumque hoc eſt, plane alius ille hiſtoricus Cornutus fuiſſe videtur, qui Auguſtaeo aeuo cum Liuio Patauino docuit: fortaſſe eſt pater eius, qui Perſii praeceptor fuit. Saltem hoc temporibus magis congruit. Sed quia eundem facit Suidas, nos, ſub ambiguo nomine, de vtroque hic dicere voluimus.* Hactenus Voſſius. Ad philoſophica, de quibus hic Suidas, pertinet, quod Hieronymus epiſt. ad Magnum tradit, *Origenem in libris decem Stromateon, Chriſtianorum et philoſophorum inter ſe ſententias comparaſſe, et omnia Chriſtianae religionis dogmata ex Platone et Ariſtotele, Numenio, Cornutoque confirmaſſe.* Vnde veriſimile Chriſtophoro Sandio in notis et Animaduerſionibus in Voſſii libr. de Hiſtoricis Latinis p. m. 2. edit. Amſtelodam. cIↃIↃCLXXVII. in 12, *Cornutum* Graece ſcripſiſſe. *Nam,* pergit, *ſicut tunc lingua Graeca erat eruditorum, inprimis philoſophorum lingua, ut filii ſtudiorum gratia a parentibus Athenas mitterentur, ita et Cornutum* Graecarum litterarum doctiſſimum *vocat Macrobius lib.* V. *c.* IX. (male, eſt enim XIX.). *Neque vero hoc mirum videatur conſiderantibus, Cornutum fuiſſe Afrum, quandoquidem Iulius Capitolinus in vita Clodii Albini nos docet, in Africa quoque morem illum olim obtinuiſſe, vt pueri Graecis litteris imbuerentur, quando de eo ſcribit:* (c. V.) omnem pueritiam in Africa tranſegit, eruditus litteris Graecis et Latinis mediocriter. CREN.

a) Miror, Cl. Munkeri diligentiam potuiſſe effugere hanc Caſauboni emendationem. Inde et nihil adnotat in cit. Fulgentii locum e M. Cornuto, quem ita exhibet p. m. 175: *Titiuilles Flacce do tibi.* CREN.

ita puto accipienda, vt dicat Cornutus, ſe Perſium diſcipulum ſuum in ſcribendis Satiris exercuiſſe: qua occaſione fuerit factum, vt et ipſe interdum, velut exempli cauſa, Satiras ſcriberet: itaque *doctus* erit διδαχθεὶς ὑπ' ἐμȣ̃: non autem δεινός. SVLPITIA, poetrix illorum temporum praeſtantiſſima, vel ex *Martialis* epigrammate XXXV. lib. X. nota eſt. Huius exſtat carmen, quo in Domitianum tunc eſt inuecta, cum philoſophos vrbe expulit edicto [b]). Non errauerit iudicio meo, qui Satiram id poema nominauerit. Eruditionem tamen et probitatem nobiliſſimae feminae ex carmine potius laudes: quam acrimoniam et ad ſatyricos morſus εὐφυΐαν. Lacertis enim caret oratio et ἀγωνιστικῷ ſpiritu. Ibi eſt iocus iſte non inficetus:

Nunc igitur qui res Romanas imperat inter
Non trabe, ſed tergo prolapſus, et ingluuie albus.

Imitata eſt SVLPITIA Graecorum prouerbialem iocum: ἐκ ἀπὸ δοκȣ̃ ἔπεσεν, ἀλλ' ἀπὸ νȣ̃, vel ἀπ' ὄνȣ: nam vtroque modo homines vrbani efferebant. Expoſuimus fuſe hunc locum in commentariolo noſtro de prouerbiis a nobis obſeruatis. GALBIVS BASSVS. Fulgentius, VERVINA: *iaculi genus longum, quod aliqui verutum nominant. Galbius Baſſus, Satira. Veruina confodiende:* *non*

b) *Sulpitiae*, inquit Voſſius de Poëtis latinis c. III. p. m. 47, *Satyra exſtat vnica. Sed caſtos praeterea amores ſcripſit marito Calaeno. Meminit eorum praeter Martialem, (qui lib.* X. *epigr.* XXXV. *impenſe laudat,) Sidonius Apollinaris carm.* IX. *Credo ex iis eſſe illud apud Iuuenalis interpretem in Sat.* VI. *v. 535. al. 537.*

Ne me cadurcis deſtitutam faſciis
Nudam Calaeno concubantem proferat.

Calaeni mariti ipſa meminit in Satyra; ac Martialis quoque epigr. XXXVIII. *libri memorati, v. 2. Eſt eius de ſeſe in eadem Satyra:*

Primaque Romanas docui contendere Graiis.

Confer. Lilium Gyraldum Dial. IV. de Poetar. Hiſtoria col. 248. CREN.

non te nauci facio c). Lego, *Gabius:* nam Galbia gens ignota. Gabii Baſſi Commentarios de origine vocabulorum

c) Si Cl. Munkero incidiſſet hic locus, forte non *aliquanti* pro *aliqui* admiſiſſet. Sic enim in illo legitur hic locus, p. m. 179: VERVINA, *iaculi genus longum, quod* aliquanti *verutum nominant. Gauius Baſſus in Satyris:* Veruina confodiente, non te nauci facio. „ Et in notis addit: *Leid. Codex* Gauius Vaſſus, *Gell. lib.* III. *c.* IX. Gabius Baſſius. *Male* Galbius vett. edd. Pro Leidenſi codice facit Macrobius I. Saturnal. c. IX. lib. II. c. XIV. lib. III. c. VI. extr., in quibus omnibus tamen locis *Gabius* pro *Gauius* legendum cenſet Meurſius; quod Scriuerio non videtur, quod id nominis (*Gabius*) nuſpiam in veterum Inſcriptionum monumentis, at ſaepius, immo ſaepiſſime *Gauius* et *Gauia* occurrat. Quorum auctoritate idem exiſtimat apud Gellium lib. III. c. IX. legendum, non *Gabius*, ſed *Gauius*, quemadmodum integrum permanſit nomen lib. XI c. XVII. Mihi videtur leviculum eſſe, cum B ſaepe in V, et V in B tranſeant, vt docet Ger. Io. Voſſius in de Litterarum permutatione, vbi et Gauiam a γάβη deducit. In de Poetis, vt plures alios, omiſit ipſum Voſſius, ſicuti et Borrichius, quem, miror, illius librum non ſuppleuiſſe: memorat tamen in I. de Hiſtoricis Latinis c. XXII. extr. p. m. 116. his verbis: *Fuit et Gabius Baſſus, e cuius commentariis Hiſtoriam de equo Seiano refert Gellius lib.* III. *c.* IX. *Libros is de origine verborum et vocabulorum edidit, e quibus idem Gellius quaedam adfert lib.* II. *c.* IV. *lib.* V. *c.* VII. *et lib.* XI. *c.* XVII, *quo vno in loco* Gauius *dicitur, qui alibi ei* Gabius. *Sed* Gauius *eſt et apud Macrobium. Ex quo diſcimus, etiam librum ſcripſiſſe de Diis. Locus eſt libro* I. *Saturnal. c.* IX: Gauius Baſſus in eo libro, quem de Diis compoſuit, Ianum bifrontem fingi ait, quaſi ſuperum atque inferum ianitorem: eundem quadriformem, quaſi vniuerſa climata maieſtate complexum. *Idem lib.* III. *Sat. c.* VI, *quo loco exponit, cur Herculi aperto capite ſacra fiant, inter alia inquit:* Hoc amplius addit Gauius Baſſus; idcirco enim hoc fieri dicit, quia ara maxima ante aduentum Aeneae in Italia conſtituta eſt, quae hunc ritum velandi capitis inuenit. *Nec dubito, quin et eumdem Baſſum, et*

rum ſaepe laudat *A. Gellius.* Sed dubito, ſitne hic ille Scriptor, et an huius generis Satira illa fuerit. RVBRIVS. Fulgentius: ABSTEMIVS, *obſeruans, Rubrius in Satira: Abſtemium* d) *merulenta fugit Metenia nomen.* In aliis Fulgentii exemplaribus *Rabirius* e) ſcriptum

et idem de Diis opus, ſignet Lactantius lib. I. *de falſ. relig. c.* XXII: C. Baſſus Fatuam nominatam tradit, quod mulieribus fata canere conſueuiſſet, vt Faunus viris. *Nec mouet, quod hic, vti et apud Macrobium lib.* III. *c.* XVIII. (*al. lib.* II. *c.* XIV.). *C. Baſſus dicatur. Nam vtrobique prius fuit Gauius; vnde librarius, qui Gauii nomen ignoraret,* Caius *effecit: eaque occaſio fuit, cur deinceps nota C. praefigeretur. Fulgentius Planciades in explicatione ſermonis antiqui citat Gauium ſeu Gabium Baſſum in Satiris, indeque haec verba depromit:* Veruina confodiende, non te nauci facio. *In ea editione, quam cum Nonio Hadr. Iunius exhibuit, item illa, quam ante cum Higyno, et aliis, Heruagius excudit, pro Gabius legas* Galbius: *ſed perperam, cum nulla gens Galbia fuerit apud Romanos. At Gauiam fuiſſe, cognoſcimus ex P. Gauio, municipe Coſano, ciue Romano, quem Verres Meſſanae in crucem egit. Qua de re multa Cicero libro* V. *in Verrem. Gauius vero Baſſus, Gellio, aliisque memoratus, vixerit Traiani temporibus, ſi* (*vt etiam Carrio exiſtimat lib.* I. *Emendat. c.* VII.) *fuerit is Gabius Baſſus, qui Ponticae orae praefectus fuit: de quo Plinius lib.* X. *epiſt.* XVIII. *et* XXXII, *et Traianus epiſtola amoebaea.* Haec Voſſius; cuius memorato a Munkero in ad Planciadem notis non mentionem iniici, mirari ſubit. CREN.

d) Vbi Gyraldo, Dialogo IV. de Poetar. Hiſtoria, col. m. 229, huncque pro more ſequuto Voſſio, loco proxime citato, mirum, ſecundam in *Abſtemius* corripi, niſi placet, *συνίζησιν* eſſe. *Sed, credo,* inquit Voſſius lib. I. c. XXI. extr. p. III. de Hiſtor. Latinis, *diuerſus ille Rabirius. Imo fortaſſe ne Rabirius quidem. Nam in libris, aliis pro* Rabirius *legitur* Rubrius. *Sed quis iſte Rubrius, aeque incertum. Vnde aliqui* Rutilius *emendant. Quibus quo minus ſubſcribam, in cauſa illud eſt, quod Rutilii ſatirographi veterum meminerit nemo.* CREN.

e) Ita habet ſaepius laudatus Munkerus in p. m. 183, et pro

ptum eſt; non *Rubrius*. Fuerit fortaſſe is, de quo Naſo in IV. De ponto, Epiſt. XVI. v. 5. *Cum foret et Marſus, magnique Rabirius oris.* L. APVLEIVS. Heic ipſum Apuleium adducemus, qui de ſe ipſo teſtimonium dicat, οἴκοθεν, quod aiunt, μάρτυς. In Floridis, *pro his praeoptare me fateor, vno chartario calamo conficere poemata omne genus: apta virgae, lyrae, ſocco, cothur-*

pro *Metenia*, *Methenia*. Caſaubonum vero haec hic tractare, aut neſciuit, aut oblitus eſt. Erat iſte Rabirius nobilis Poeta, quem Fabius loco mox citando in eorum Poetarum numero ponit, qui Epici adpellantur: et quia eius in Carmine multum animi ac virium inerat: ideo Ouidius *magni* illum *oris* fuiſſe canit. *Vnde grandiloquum fuiſſe Poetam cognoſcimus*, ſcribit in I. de Hiſtoricis Latin. c. XXI. extr. p. m. III. Ger. Io. Voſſius; *vsque adeo, vt hac parte proximus a Virgilio crederetur*, auctore eodem Voſſio, c. II. de Poetis Latinis p. m. 24. Cuius de ſententia ibidem *Triumuirorum temporibus ac deinceps fuit. Deſcripſit* enim *bellum Actiacum inter Octauium Auguſtum et M. Antonium Triumuirum.* Meminit eius L. Seneca lib. VI. de Benefic. c. III: *Egregie mihi videtur M. Antonius apud Rabirium Poetam, cum fortunam ſuam tranſeuntem alio videbat, et ſibi nihil relictum, praeter ius mortis, id quoque, ſi cito occupauerit, exclamare:*

Hoc habeo, quodcumque dedi — — —

Per mirum vero eſt Velleium, II. XXXVI. 3. Rabirium adiungere Virgilio, adpellareque ambos *principes carminum*, quomodo veteri ex editione Iuſtus adducit Lipſius in notis h. l. p. m. 70. b extr. edit. Pariſ. MDCVIII. in fol., et agnoſcit Io Albertus Burerius Variantib. in ad Vellei. Lectionibus p. m. 46. dictae editionis. Aut enim hoc amicitiae dedit, aut alia de cauſa nimis magnifice de illo praedicare voluit. In plurimis vero Velleii libris eſt: *Inter quae maxime noſtri aeui eminent, princeps Carminum Virgilius Rabiriusque.* Quinctilianus in X. c. I. auctore Voſſio in I. de Hiſtor. Latin. c. XXI. ieiune ſatis laudat: *Rabirius ac Pedo non indigni cognitione, ſi vacat.* Confer. Crinitum lib. III. de Poetis Latinis c. LIII. f. m. 91. CREN.

cothurno: item Satiras, ac griphas. Alibi in iisdem ſtatim poſt illa verba *f*), quae antea deſcripſimus: *Apuleius veſter haec omnia: nouemque Muſas pari ſtudio colit.* Dixerat autem de Satiris Xenophanis. DECIVS. Rutilius Numantianus Gallus in Itinerario, quod A. V. C. ↀↄ C LXIX. ſcribebat, ſub imperio trium Augg. Honorii, Arcadii, et Valentiniani: de Tuſciae praefecto quodam; lib. I. v. 599.

Qualis nunc Decius Lucilli nobile pignus
Per Corythi populos arua beata regit.
Nec mirum, magni ſi redditus indole nati
Felix tam ſimili poſteritate pater.
Huius vulnificis Satira ludente Camenis
Nec Turnus potior, nec Iuuenalis erit.

Videtur etiam RVSTICVS ELPIDIVS *g*), qui Boetio ac Symmacho aequalis, Theodorici Romanorum regis medicus fuiſſe dicitur, Satiras ſcripſiſſe. In carmine enim De Chriſti Ieſu beneficiis, ſic ipſe de ſe:

Hinc etiam noſtro nugata eſt ſchema dolori:
Garrula mendoſis fingens Satyromata Muſis,
Falleret vt trepidos cantatrix pagina queſtus.

Apparet, ELPIDIVM poſt acceptam a quibusdam iniuriam, Satiras compoſuiſſe: in quibus inducebantur Muſae partim ipſum conſolantes, partim in auctores iniuriae inuehentes. Quod figmentnm ipſe iam, vt alia poetarum ſomnia, quae paullo ante perſtrinxit, condemnat. De voce *Satyroma* capite proximo, p. 247.

CAPVT

f) At in meo exemplari interiacent octo folia integra in 8. his et iſtis verbis. Iſtis adſcripſi pag. 346; haec habes in p. m. 353. v. 13. edit. Francof. MDCXXI. CREN.

g) Hic Helpidius editus primum eſt a Georgio Fabricio, deinde Bibliothecae Patrum inſertus. Ab Andrea Riuino cum Lactantii Merobaudis et aliorum carminibus notis illuſtratus, Lipſiae MDCLII. in 8. Triſticha eius Goldaſtus in Manuali Bibl. Francof. cIↄIↄcX. in 8. habet. CREN.

CAPVT IV.

ARGVMENTVM.

De ſatyrica poeſi Romanorum. Atellanae cum Satyrica Graecorum comparatae: non tamen proprie erant Satyricae. Sullae Σατυρικαὶ κωμῳδίαι quae? Vere ſatyrica carmina apud Romanos obſcura. Montanus poeta. De nomine Satira diſputatio. Opinio eorum, qui a Satyrica graeca deduxerunt, et per y ſcribere inſtituerunt. Σατυρίζειν, σατυρᾶν, σατύρωμα. Satyroma. Confutatur poſita ſententia variis argumentis. Religio Romanorum in deriuatione vocum graecarum. Antiquitas vocis huius apud Romanos. Oſtenditur error, ex ſola dictionum ſimilitudine ortus. Cautio neceſſaria in rimandis vocabulorum originibus. Varia ſcriptio huius dictionis. U et i promiſcue poni in multis. Satura et Satira idem. Quid proprie Satura? Variae illius vocis translationes. Lex Satura per ſaturam exquiſitae ſententiae. Eiusdem vocis vſus in librorum inſcriptionibus. Hiſtoria per ſaturam. Πίναξ. Quomodo variis poeſeos generibus ante expoſitis idem nomen conueniat, ſingillatim declaratur. Farrago. Satiricum, Satyricon.

Abſoluimus Romanae Satirae vniuerſam hiſtoriam; omneisque illius mutationes et formas diuerſas, quae quidem hactenus e lectione veterum nobis obſeruatae, commemorauimus; errorem denique magnorum virorum aperuimus, qui Lucilianae Satirae originem a Graecorum Satyrica repetebant. Nunc vero de nominis latini ratione ac cauſa dicturi, illud prius admonebimus, non negare nos, genus aliquod poeſeos apud Romanos fuiſſe, cui Satyricae appellatio non male potuerit conuenire. Iam primum Atellanas cum Satyrica Graecorum nequaquam aſpernandi ſcriptores componunt. DIOMEDES [b]): *Tertia ſpecies eſt fabularum Latinarum, quae a ciuitate Oſcorum Atella, in qua primum coeptae, Atellanae*

b) lib. III. col. m. 487. CREN.

Caſaub.

lanae dictae ſunt: argumentis dictisque iocularibus ſimiles Satyricis fabulas Graecis. MARIVS quoque VICTORINVS lib. II. [i]), quum de Graecorum ſatyricis metris dixiſſet, verba haec adiicit: *quod genus* noſtri in Atellanis habent. Et libro tertio [k]): *hoc metrum Atellanarum ſcriptores appetiuerunt: eſt enim iocoſis motibus emollitum, geſtibusque agentium ſatis accommodatum.* Et recte quidem poema hoc dramaticum, iocis ſalibusque conditum, cum Satyricis, iocularibus Graecorum fabulis, eruditi homines compararunt. Ceterum, ne hoc quidem, ſeruata proprietate nominis, Satyricum fuit. Lex enim perpetua eſt eius carminis, quod quidem proprie ita dicatur, vt inſint Satyri: quos in Atellanarum argumentis fuiſſe nullos, accepimus. Scribit enim DIOMEDES alio loco [l]): *Latinis Atellana a Graeca Satyrica differt: quod in Satyrica fere,* (hanc exceptionem ignorant Graeci:) *Satyrorum perſonae inducuntur, aut ſi quae ſunt ridiculae, ſimiles Satyris, Autolycus, Buſiris* [m]): *in Atellana*

i) cap. de iambico metro col. m. 2527. extr. CREN.

k) cap. de trimetro verſu iambico col. 2574. CREN.

l) lib. III. col. m. 488, vbi pro *Latinis*, quod hic in Caſaubono habes, *Latina* lego. CREN.

m) Ego habeo *Burris*, et pro *obſcenae*, *oſcae.* Priori vero modo videtur et legere forte Gyraldus Dial. VI. de Poetis col m. 329. c. Ac ſic edidit quoque Ioannes Caeſarius. Sed auctore quoque Voſſio lib. II. Inſtitution. Poeticarum c. XXXV. §. 6. p. m. 169. legendum *Oſcae:* cum Atella Oſcorum ciuitas, quorum perſonas inducebant. Obſcenae vero perſonae mimis potius conueniebant, quam Atellanis; quae Atellanae differebant a mimis, quod ioci exodii atellanici grauitate condiebantur italica. Quippe plurimum erant ingenui, non turpes et obſceni Hinc Cicero ad Papirium lib IX. Famil. Epiſt. XVI: *non Atellanum, ſed Mimum introduxiſti.* Nimirum conqueritur Tullius, quod a Papirio non modeſte, et more Atellanarum, riſus ſit, ſed mimice et parum verecunde. Ac neutiquam

lana obſcenae perſonae, vt Maccus. Quamobrem non aliter σατυρικὰ δράματα Atellanas iure appellaueris, niſi quomodo vitam inhoneſtam σατυρικὸν βίον a Plutarcho dictam, libro ſuperiore c. III. p. 94. obſeruabamus. Ita fortaſſe accipiendum apud ATHENAEVM, quod ſcribit libro VI. de L. Sulla, Σύλλαν φησὶ Νικόλαος τὸν Ῥωμαίων στρατηγὸν οὕτω χαίρειν μίμοις καὶ γελωτοποιοῖς φιλόγελων γενόμενον, ὡς καὶ πολλὰ γῆς μέτρα αὐτοῖς χαρίζεσθαι τῆς δημοσίας. Ἐμφανίζουσιν δ' αὐτοῦ τὸ περὶ ταῦτα ἱλαρὸν αἱ ὑπ' αὐτοῦ γραφεῖσαι σατυρικαὶ κωμωδίαι τῇ πατρῴῳ φωνῇ. Satis conſtat, inter ſpecies Romanae poeſeos nullam omnino fuiſſe, quam vocarent Satyricam comoediam, vt ſonare videntur haec *Athenaei* verba, ſi κατὰ τὸ ῥητόν accipiantur. Sed ex modo dictis patet, κωμωδίας σατυρικὰς n) ſecunda notione dici potuiſſe recte, plenas hilaritatis minus honeſtae fabulas: quales quum fuerint Atellanae, nihil ſuſpicari vetat o), de his ſenſiſſe *Athenaeum*: et proinde Sullae nomen inter poetas Atellanarum eſſe referendum. Verum enim vero ne proprie quidem dictam Satyricam Romani penitus ignorarunt: nam ad fabularum argumenta Satyros aliquando ſolitos eſſe adhiberi, vel ille verſus teſtis erit ἀξιόχρεως, apud *Marium Victorinum*, plane Satyricus:

Agite, fugite, quatite Satyri.

Q 2 Quin

quam huius loci ſententiam adſequutus eſt Nicolaus Loënſis, Epiphyllidum libro II. c. XII, vbi e Tullio colligit, mimorum fabulas easdem fuiſſe poſteris, quae priſcis erant Atellanae. At tu vide rectiora docentem Paullum Manutium in h. l. p. m. 23, b. 24. a, vbi vitioſe adductum cap. I. Valer. Max. libr. II, cum ſit libr. II. IV. ex. 4. De *Burris* vide ſupra lib. I. c. III. pag. 95 ſeq. CREN.

n) i. e. *Comoedias Satyricas.* CREN.

o) Repetit haec verba et conſentit Ger. Io. Voſſius lib. II. Inſtitut. Poetic. c. XXXV. p. m. 168. §. 3. CREN.

Quin etiam, ſicut apud Graecos vetuſtiſſimis temporibus ad τωθαστικὴν poeſim Satyri ſunt admoti, qui petulantia dicteriorum ſolemnia feſtorum exhilararent: ſic etiam apud veteres Romanos in apparatu triumphorum et ſimilium pomparum, videntur fuiſſe, qui ornatu ſatyrico prodirent, et iocis ac ridiculis dictis, quos vellent cumque, laceſſerent *p*). DIONYSIVS HALICARNASSEVS, libro VII. c. 72. *διλοῦσι δὲ αἱ τῶν θριάμβων εἴσοδοι παλαιὰν καὶ ἐπχώριον οὖσαν Ῥωμαίοις τὴν κέρτομον καὶ Σατυρικὴν παιδιάν.* Et paullo ante ſcripſerat diſerte haec: *μετὰ τοὺς ἐνοπλίους χοροὺς οἱ τῶν Σατυριστῶν ἐπόμπευον χοροὶ, τὴν ἑλληνικὴν εἰσφοροῦντες σικίννην.* Iſta dicteria verſus fuere, ſed rudes, et inconditi ac Feſcenninis ſimiles; ideo ſubiicit: *νῦν δὲ ποιήματα ᾄδουσιν αὐτοσχέδια.* De quo genere verſuum ſatis ante lib. I. c. I. diſſeruimus.

Atque haec exſtiterunt Satyricae Romanorum primordia: quibus plane ſunt gemina, quae de eiusdem poëſeos initiis apud Graecos libro primo cap. I. retulimus. Sed Graecae quidem progreſſus, et conſummationem tenemus: de Romana vero Satyrica altum apud illorum ſcriptores ſilentium. Vt adfirmare non vereamur, longe ſtudioſius Graecos hanc poëſin excoluiſſe, quam ipſi fecerint:

p) In originem huius moris inquirit *Nadal*, cuius diſſertatio *de la liberté, qu'avoient les ſoldats romains, de railler et de dire des vers ſatyriques contre ceux, qui triomphoient*, recenſetur in Hiſtor. Acad. Inſcript. et literar. elegant. T. III. p. 96. edit. Pariſ. MDCCXXIII. Adde *Suetonium* in vita Iulii Caeſaris c. L. LI; *Gellium* N. A. lib. I. c. IV. *Martialem* lib. I. epigr. 4. cuius haec ſunt ad Domitianum verba:

Conſueuere iocos veſtri quoque ferre triumphi,
Materiam dictis nec pudet eſſe ducem.

Ram.

rint: apud quos ſub alterius poëſeos nomine iſta latuit comprehenſa. Non auſim ad Satyricam poëſin iſtam, referre verſum OVIDII de ſcriptis *Fontani*, in quarto de Ponto, Epiſt. XVI. v. 35.

Naiadas a Satyris caneret Fontanus amatas.

Nam vt non omnis lateris dolor eſt pleuritis: ſic nec quodlibet carmen de Satyris ad Satyricam, de qua loquimur, pertinet; ſed tantum dramata. Potius exiſtimem, vel bucolica, vel aliud quoddam ruſticae camenae genus compoſuiſſe hunc *Fontanum* q). Ac de Satyrica quidem Romanorum quae hoc loco diceremus, haec impraeſentiarum ſuppetebant. Quid autem commune cum hac poëſi habuerit, quid item diuerſum vetuſtiſſima Satira, cuius meminit LIVIVS, ſupra lib. II. cap. I. diſputatum eſt.

Nunc ad propoſitam περὶ τῆς ὀρθότητος τȣ̃ ὀνόματος quaeſtionem accedamus. De qua eo accuratius videndum, quo difficilius eſt τὸ μεταδιδάσκειν, et a vulgo hominum impetrare, vt ſemel receptas opiniones, quantumuis falſas et abſurdas, patiantur ex animis ſibi reuelli. Quum ergo clariſſime probauerimus, non ſimplicem et vniformem poëſin, ſed plures forma diuerſas vno Satirae vocabulo Romanos appellaſſe: omnino colligere vel ex eo debemus, πολύσημον aliquod nomen prima ſua notione hoc eſſe, quod rebus etiam ſpecie differentibus fuerit accommodatum. Iam olim Grammatici nonnulli, quum τῆς σατυρικῆς Graecorum nomen ſaltem haberent notum, occaſionem e ſimilitudine illa nominum arripuerunt, ut

q) Meminit et Gyraldus Dialog. IV. de Poetar. Hiſtor. col. m. 231; et ex eo, quod ſolet, Ger. Io. Voſſius de Poetis Latinis cap. II. p. 35. CREN.

Satiram r) a Satyris pariter eſſe dictam pronuntiarent.

DIOME-

r) Non ſatis conuenit inter doctos, et principes quidem, vtrum, quando de Lucilii, Horatii, Perſii, Iuuenalis carminibus ſermo eſt, *Satyra*, an vero *Satura*, ſiue *Satira* ſcribendum ſit. *Iſaacus* noſter *Caſaubonus*, qui vnus omnium de Poeſi Satyrica quam accuratiſſime his duobus libris ſcripſit, omnibus modis pertendit, *Satura*, ſiue *Satira*, non autem *Satyra* ſcribendum eſſe hic et libro I. cap. IV. Hoc enim totum ſcriptionis genus mere latinum eſſe, nec quidquam habere commercii cum poeſi ſatyrica Graecorum; atque adeo non a *Satyris*, ſed a *Satura lance*, quae, quod variis frugibus fructibusque referta eſſet, ita dicebatur, nomen accepiſſe, quod et illud quoque variis rebus, vti lanx illa fructibus, refertum eſſet. Cum Caſaubono etiam facit *Scaliger* ad lib. V. Manilii, vbi monet, cauendum eſſe, ne quis Lucilii et Horatii Satyras per *y* ſcribendas putet. At vero *Danieli Heinſio* lib. I. de Satira Horatiana p. m. 22. 26 ſeq. edit. Lugd. Batau. cIↄ Iↄc xxix. in 12. nihil ſolicitanda communis ac recepta huius vocabuli ſcriptio, quae per *y* fit, videtur: quippe quod ſatis commoda ratione a Satyris poſſit deduci. Nam quum Satyrorum proprium ſit, ludere et laſciuire, vnde et σατυρισὴς, *ludio* exponitur in Vet. Gloſſis: Satyra vero ludicrae ſcriptionis genus ſit, vnde et Senecae Satira *Ludus* dicitur, et *ludere* pro Satyras ſcribere Horatius et Perſius poſuere: quidni a *Satyris* nomen habeat, et graeco elemento Satyra ſcribatur? Praecipue quum et illae ipſae *Saturae*, ſiue *miſcellae lances* a *Satyris* nomen acceperint, etc. Vide ipſos dictis locis. CREN. Quamcunque ſententiam amplectaris, ſiue Caſauboni, ſiue Heinſii, parum refert. Neque enim res omnis magni eſt momenti, atque ſic etiam comparata, vt in vtramque partem poſſit diſputari. *Vulpius* (de Sat. Lat. p. 4. et 62.) neutri ſententiae ita fauet, vt alteram alteri praeferendam putet; ſed, Voſſium ſequutus, Satyrae nomen per *i*, vel *u*, latinas vocales, ſcribendum cenſet, quoties ſermo eſt de Satira Varroniana, cuius erat non modo argumentum varium et multiplex, verum etiam oratio ipſa, modo ſoluta, modo ligata, et ex variis verſuum

metro-

DIOMEDES [s]): *Satira dicta, ſiue a Satyris, quod ſimiliter in hoc carmine ridiculae res pudendaeque dicantur, quae velut a Satyris proferuntur.* Hoc etymum ſecutus eſt *Elpidius*, poëta chriſtianus, de quo ſuperiore capite diximus: cum in allatis ibi verſibus, Satiras vocauit *ſatyromata* [t]). Quia enim Graeci, quod libro priore obſeruabamus, σατυρίζειν pro *ſatyricas fabulas ſcribere* vſurparunt: tanquam dici poſſet σατυρῶν pro *Satiras facere*, non dubitauit *Elpidius*, σατύρωμα vocem cudere, et iure Latii donatam, pro Satira ponere. In quo vereor, vt peritos graecae linguae καινοτομίας approbatores ſit habiturus: multa enim poſſe opponi video. Ceterum ab hoc etymo conſuetudo manauit, quae per aliquot retro ſecula obtinuit, et nunc quoque obtinet, non aliter hoc nomen ſcribendi, niſi cum graeca litera SATYRA. Atqui ſi a Satyris deriuatum eſt Satyrae nomen, vt placet ſententiae huius auctoribus: quid cauſae eſſe dicent, cur graeca formatio non ſit retenta? Cur, inquam, SATYRA dictum pro SATYRICA? Quaenam haec analogia eſt? aut quo exemplo illam tuebuntur? Nam vt a voce rhetor, *rhetoricam* cum Graecis dixerunt: ſic a dictione Satyrus, *Satyricam* cum iisdem formare debuerant. Auctor eſt VARRO, a cithara *citharicen* non potuiſſe dici; quoniam videlicet nec Graeci ἀπὸ τῆς κιθάρας κιθαρικὴν dixerant; ſed ἀπὸ τῦ κιθαρίζειν, κιθαριστικήν. Cur igitur in hac voce ab hac obſeruatione diſceſſerunt?

metrorumque generibus compoſita. Nos omnem litem, non magni ſane ponderis, ſub iudice relinquendam exiſtimamus, miramurque, viros eruditiſſimos, in excutienda vocis *Satira* etymologia tam fuiſſe diligentes, vt parum abſit, quin magno conatu nugas egiſſe videantur. Verum hoc non viris, ſed ſeculi genio tribuendum, cui minutiarum ſtudium haud raro placuiſſe, nemo ignorat. *Ram*.

s) lib. III. col. m. 483. edit. Hanou. MDCV, in qua conſtanter per *y* ſcribitur *Satyra*. CREN.

t) Vide, quae ſupra habuimus p. 41. CREN.

ſerunt? Quum autem Romanae Satirae plures ſint ideae: cui potiſſimum ex omnibus conuenire appellationem hanc exiſtimare debemus? Hoc erat docendum iis, qui ἔτυμον iſtud in medium attulerunt. Nos enim negamus αὐτονόμως, e variis formis Satirae, quas ante recenſuimus, vllam reperiri poſſe, cui nomen Satyricae proprie conueniat. Negamus inſuper, abſurdae huius etymologiae veniſſe in mentem primis Latinorum criticis: quibus nullum fuit dubium, priſcos Romanos poëſi huic vetuſtiſſimae romanum impoſuiſſe nomen, non autem transmarinum et barbarum. Vetuſtatem Satirae apud Romanos initio huius libri demonſtrauimus. Multo enim prius, quam graecanicae poëticae ſtudium ac aemulationem *Liuius Andronicus* in Vrbem inferret, carminis genus ſibi familiare, SATIRAM Romani appellauerant. Romana igitur vox Satira, et quidem antiquiſſima apud illos: ac proinde ante illa tempora iis nota, quibus graecas diſciplinas cum illarum nominibus ſimul acceperunt. Tunc et Satyrorum et Satyricae Graecorum vocabula primum innotuerunt: nam ante non Satyri, ſed Fauni, numina illa agreſtia Romanis hominibus dicebantur. Enimuero eſt inuenire in omnibus linguis ſimiles voces, quarum alteram ab altera originem habuiſſe, facile ſibi perſuadeant, qui leuioribus coniecturis duci amant: at qui maturius iudicium adhibent, et harum rerum maiorem vſum, aliter ſentiant. סותר, *ſoter*, Ebraeis eſt, qui tegit: Graecis σωτὴρ totidem literis, qui protegit, et ſeruat. Et tamen nulla originis communione iungi has voces, ratio vtriusque linguae oſtendit. רצון, *ratzon*, eſt voluntas, quae multis pro ratione eſt. *Ratio* tamen Latinorum, et noſtrorum *raiſon*, nihil ad ebraeum vocabulum ſpectant. אצילה, *atztzila*, eſt μασχάλη, *axilla*. Vox tamen latina certam originem habet ab ala: vt a palo *paxillus*, a mala *maxilla*, a talo *taxillus*, quod et CICERO indicat [u]). משורה, *meſura*,

u) *Orat.* cap. 45. „Quin etiam verba ſaepe contrahuntur, non

meſura, menſura eſt. Sed ab alia origine vox latina deducenda, et quae ab illa ortae, vt gallica et italica. Θράττειν pro ταράττειν purum putum Graecorum verbum, quo perturbatio et pauor denotatur. *Thracum* populus inquies, et quem perturbandis vicinis natum, Graeci crederent. Quare de iis venuſte Imperator Iuſtinianus initio Nouellae XXVI: Εκεῖνο, inquit, τῶν ἀνωμολογημένων ἐςὶν, ὅτι περ εἴτις τὴν Θρακῶν ὀνομάσειε χώραν, εὐθὺς συνεισέρχεται τῷ λόγῳ καὶ τις ἀνδρεία, καὶ ςρατιωτικῦ πλήθους, καὶ πολέμων, καὶ μάχης ἔννοια. Non dubium, alluſionem fieri ad illud etymum, quo docti Graeci ἀπὸ τῦ θράξαι, ἤγυν ταράξαι vocem Θρᾷξ deducebant: cui etymo non magis fidendum, quam illi Hellanici ſiue Ephori, qui Ιεροσόλυμα παρὰ τὰ τὰ ἱερὰ συλᾶν voluit dicta.

Sexcenta ſunt hoc genus: quorum obſeruatio niſi analogiae legibus et hiſtoriae cognitione fulciatur, atque adeo coerceatur, nihil niſi monſtruoſas in literis haereſes poteſt parere. Euenit hoc in hac voce, de qua ſermonem inſtituimus. Ου γὰρ εἰς τὸν νῦν ἔβαψαν, ſed ſolam literarum ſimilitudinem ſpectarunt, qui Satiram a Satyrica primi deriuarunt. Qui antiquas membranas inſpexerunt, non ignorant, ſcribi in illis hoc nomen varie: SATYRA, SATIRA, et SATVRA. Quomodo ſemper ſcribitur in peruetuſto Budenſi codice, unde *Petrus Pithoeus* ſuam Perſii et Iuuenalis editionem emendauit *x*). Non ſolum autem in hoc libro, ſed etiam in aliis multis

 trium

non-vſus, cauſa, ſed aurium. Quomodo enim veſter *Axilla*, *Ala* factus eſt, niſi fuga literae vaſtioris? quam literam etiam e *maxillis*, et *taxillis*, et *vexillo*, et *paxillo*, conſuetudo elegans latini ſermonis euellit." *Ram.*

x) Prodiit haec editio, cum notis et lectionum varietate, Pariſiis a. 1585. in 8. ac iteratis vicibus a. 1590, 1613, 1615. in 4. *Ram.*

trium Satiricorum, et Priſciani ceterorumque Grammaticorum, SATVRA ſemper inuenimus exaratum, aut certe SATIRA, quod idem eſt, vt ante nos admonuit Sol ille vnicus doctrinarum et eruditionis, IOSEPHVS SCALIGER. Sicut nihil differunt *maxumus* et *maximus*, *optumus* et *optimus*, *citumus* et *citimus*, *ſupare* et *ſipare*, *genuclare* et *geniculare*, et ſimilia multa; niſi quod prolatio per *u* vetuſtioris eſt latinitatis: ita inter *ſatura* et *ſatira* non aliud diſcrimen ſtatuendum, quam aetatum. *Saturam* y) veteres Romani dixerunt compendio ſermonis, quum ſaturam lancem intelligerent: quomodo multa dicuntur, praeſertim Graecis. Erat mos antiquorum, quando Cereri, Baccho, aut aliis diis agri annua vota ſoluerent pro lato frugum fructuumque prouentu, vt primitias rerum collectarum in lancem congeſtas, cuique deo pro ratione eius cultus offerrent. In ritibus Graecorum huiusmodi ſacra miſcella vocantur πάγκαρπος θυσία, et πανσπερμία, aut πυανία, vel πυανεψία, cum leguminibus fiebat ſacrum; item εἰρεσιώνη z). Latini vero

y) Haec et ſequentia verba laudat Cl. Rupertus in notis ad Salluſtium p. m. 368 ſeq. item Frider. Taubmannus in p. 71. Commentarii in Culicem Virgilii v. 128. Adde Ioſephum Antonium Gonſalium de Salas in Praeludiis ad Petronii Arbitri Satiricon p. m. 22. CREN.

z) Πυανέψια, ab Athenienſibus celebrari ſolita, dicta etiam ſunt Ποιανοψία, ſiue Πανοψία, cuius nominis cauſam Harpocration hanc eſſe putat, ὅτι πάντας εἶδον καρποὺς τῇ ὄψει, h. e. quia Theſeus, cum comitibus ex inſula Creta rediens, plurima viderat comederatue frugum genera, vel quia hoc feſtum eo agebatur menſe, quo omnes fere terrae fruges, in arboribus campisque antea conſpiciendae, collectae iam ſunt ac conditae. Is eſt menſis πυανεψιών, cui October reſpondet, quique nomen accepiſſe ſuum videtur ἀπὸ τῶν πυανεψιῶν, a pyanepſiis ſacris, quae ita dicuntur ἀπὸ τοῦ ἕψειν πύανα, quoniam coctis leguminibus ſacra Apollini tum fieri ſolebant. Εἰρεσιώνη dicta fuit a voce ἔρος, *lana.* Namque ramus oliuae, lana pariter ac plurimarum frugum primi-

vero lances ita refertas variarum rerum copia, *lances ſaturas*, vel ſimpliciter *ſaturas* appellarunt. *Satur* enim pro pleno et cui nihil deeſſet, vſurpabant *): ſic *color ſatur*, cui ad perfectionem nihil deeſt, quando lana colorem δευσοποιὸν imbibit. PORPHYRIO a) in Horatium lib. I. Sat. I. princip. *Lanx plena diuerſis frugibus in templo Cereris inſertur, quae ſaturae b) nomine appellatur.* Plenius DIOMEDES loc. cit. *Lanx referta variis multisque primitiis ſacris Cereris inſerebatur, et a copia et ſaturitate rei ſatura vocabatur: cuius generis lancium et Virgilius in Georgicis meminit, cum hoc modo dicit c):*

Lanci-

primitiis inuolutus, in honorem Mineruae ritu ſollemni tum circumferebatur, hoc fere carmine adhibito:

Εἰρεσιώνη, σῦκα φέρει, καὶ πίονας ἄρτους,
Καὶ μέλι ἐν κοτύλῃ, καὶ ἔλαιον ἀναψήσασθαι,
Καὶ κύλικ' εὔζωρον, ὡς ἂν μεθύουσα καθεύδῃς.

V. Plutarchum in Theſeo, et Heſychium. *Ram.*

*) Sunt omnino, quibus *Satura* a *ſaturitate*, ſiue abundantia dicta videatur. Quae ſignificatio a Graecis non obſcure deriuatur. Namque σατήρια ſunt σκάφαι βοτρύων παρὰ Λάκωσιν, *vaſa racemorum ſecundum Lacedaemonios*, teſte Heſychio. Neque tamen ſoli racemi vaſibus his ſeu lancibus continebantur, ſed etiam omnis generis poma, vnde illas vocabant παγκάρπους. *Ram.*

a) In editione Baſileenſi mea de anno CIↃIↃLXXX. in fol. col. m. 1627. Acroni tribuuntur haec verba. CREN.

b) At in tribus meis, quae habeo, non contemnendis exemplis, inuenio non *ſaturae*, ſed *ſatyrae* per *y*. Et ita etiam in *Diomede* col. m. 483, vbi ego ita in mea Putſchiana lego: *Satyra autem dicta, ſiue a Satyris, quod ſimiliter in hoc carmine ridiculae res pudendaeque dicuntur, quae velut a Satyris proferuntur et fiunt; ſiue a Satyra lance, quae referta variis multisque primitiis, in ſacro apud priſcos diis inferebat; vel a copia et ſaturitate res Satyra vocabatur, etc.* CREN.

c) Georg. lib. II. v. 194. et 394.

Lancibus et pandis fumantia reddimus exta.

Et,

— — *lanceſque et liba feremus.*

A ſimilitudine huius lancis etiam aliarum rerum mixturas appellarunt *ſaturas.* VERRIVS FLACCVS: *Satura cibi genus, ex variis rebus conditum.* Hoc quoque vberius DIOMEDES. *Quoddam*, inquit, *genus farciminis multis rebus refertum ſaturam dicit Varro vocitatum* [d]. *Eſt autem hoc poſitum in II. libro Plautinarum quaeſtionum. Satura eſt vbi* [e] *vua paſſa et polenta, et nuclei pinei ex mulſo conſperſi: ad haec alii addunt et de malo punico grana.* Atque ita paullatim eo ventum, vt quomodo apud Graecos, voces πανσπερμία et πάγκαρπος, quamlibet mixtionem e multis diuerſisque rebus ac κυκεῶνα denotant, per translationem a rebus ſacris, vbi proprie locum habent eae dictiones: ſic apud Latinos quaelibet mixtura ſpecierum diuerſarum *ſatura* ſit dicta, indidem traducta voce. Quin etiam ad res ingenio factas poſtea eadem vox eſt translata. Nam cum in foro leges vnica rogatione ferebantur multorum capitum, aut veteres leges interpolabantur adiectione nouorum capitum, *ſaturas* vocabant, hoc eſt, miſcellas, quomodo a Iurisconſultis lex Iulia Papia Poppaea nominatur *miſcella,* quia et multa et diuerſa capita continebat. FESTVS POMPEIVS: *Satura eſt lex multis aliis legibus conferta.* Capita legum Romani leges vocant; et ita haec FESTVS. Gloſſarium: *Satura* νόμος πολλὰ περιέχων [f]. Hinc natum prouerbium: *per ſaturam legem ferre,* cum raptim, neque viritim dictis ſenten-

d) In mea Putſchiana eſt *vocitatam.* CREN.
e) *Vbi* deeſt in mea. CREN.
f) i. e. *lex varia capita comprehendens.* Nempe cum vno rogatu varia congeſta ferrentur. Vt, *velitisne, iubetisne, cum Iugurtha bellum componatur, et foedus feriatur? elephantes tradat, item omnes transfugas? etc.* CREN.

ſententiis aliquid ſenatores decernebant: et vt apud FESTVM loquitur Laelius, *quaſi per ſaturam ſententiis exquiſitis* g). Omitto exempla, quae apud veteres, praeſertim

g) T. Annius Luſcus in oratione aduerſus T. Gracchum, Feſto teſte in *Satura*, dixit: *Imperium, quod plebes per ſaturam dederat, id abrogatum eſt*. Vbi poteſtatem, a plebe conlatam Tribunis, falſe vocat *imperium;* idque imperium ait conlatum per *ſaturam*, quia vna rogatione multa confuſe erant propoſita. Ac ſimiliter non C. Laelius, vt Feſtus ibidem indicat, et hic ex eo repetit Caſaubonus, e quo pro more Ger. Io. Voſſius lib III. Inſtitution. Poeticar. cap. X. p. m. 47, ſed Salluſtius cap. XXIX. Belli Iugurthini: *Dein poſtero die, quaſi per ſaturam ſententiis exquiſitis, in deditionem accipitur*. Inde et Diomedes lib. III. col. 483. recte Salluſtio tribuit in Iugurtha, non vero Laelio in Oratione, quam pro ſe dixit. Per *ſaturam* vero itidem ibi valet, conlectim ac raptim. Neque videmus, vt hîc colligi poſſit, fuiſſe Romanis vllam legem, quae *Satura* diceretur, lege Caecilia et Didia abrogata. Scio quidem, Ciceronem in Oratione pro Domo ſua c. XVI. dicere: *Decreuit Senatus, M. Druſi legibus, quae contra legem Caeciliam et Didiam latae eſſent, populum non teneri;* et infra c. XX. extr. *Quae eſt quaſi alia vis, quae ſententiae Caeciliae legis et Didiae, niſi haec: ne Populo neceſſe ſit in coniunctis rebus compluribus, aut id, quod nolit, accipere, aut id, quod velit, repudiare.* Sed quid haec ad legem Saturam faciant, non intelligo. Sane *Luſci* illud, *imperium per ſaturam dare*, non poſſis exponere *per legem ſaturam dare:* nec *Salluſtii* hoc, *ſententiam per ſaturam exquirere*, recte interpreteris, *per ſaturam legem*, quae multas ipſa res complectatur, quemadmodum Iugurtha ſit in deditionem acceptus, ſed multis praeſcriptis conditionibus, vt XXX. daret elephantos, pecus, atque multos equos, cum argenti pondere magno, quomodo fere Roterodamus Eraſmus et Franciſcus Philelphus exponunt: quid enim vtroque abſurdius? Sed vtrobique valet promiſcue, varie, ſine ordine et diſtinctione, vt *per ſaturam exquiſitis ſententiis* ſit, nullo ordine in ſententiis exquirendis ſeruato, nec vt

ſertim in libris iuris ciuilis, non pauca. Haec autem ideo attulimus, vt nemo miretur, vocem ita familiarem Roma-

vt ſeniores prius ſententiam rogarentur, ſed vt Conſuli ipſi libuiſſet, vt videlicet *per ſaturam* ad participium *exquiſitis*, non ad verbum *accipitur* pertinere, recte iudicet Io. Riuius in Salluſtium. Quem prae oculis habuiſſe videtur Ger. Io. Voſſius loc. cit. Sic et Iuſtinianus Imperator in praefatione in Pandectas: *Hoc opus*, inquit, *tradebatur, non ſecundum edicti perpetui ordinationem, ſed paſſim, et quaſi per ſaturam conlectum, et vtile cum inutilibus miſtum.* Atque hanc varietatem et miſturam etiam Soſipater Chariſius reſpexit, cum ait in II. col. 175: *Aduerbium Stoici πανδέκτην vocant: nam omnia in ſe capit, quaſi collecta* (vt Riuius legit, non *collectam:* in meâ Putſchiana eſt *collata*) *per ſaturam, conceſſa ſibi rerum varia poteſtate.* Etiam *Peſcennius Feſtus*, vt e Lactantio lib. I. c. XXI. Caſaubonus adducit, *ſcripſit libros Hiſtoriarum per ſaturam*, h. e. in quibus nec gentes diſtinguerentur, nec ordo temporis obſeruaretur. Nec aliter capio illud Lucillii, quod in III. col. m. 483. his verbis adducit Diomedes: *Alii dictam putant a lege ſatyra* ſatyram, *quae vno rogatu multa ſimul comprehendat, quod ſcilicet et Satyrâ carmina multa ſimul et poemata comprehenduntur. Cuius legis Lucillius meminit in primo:*

Per ſatyram Aedilem factum, qui legibus ſoluat.

Ibi enim *per ſaturam fieri* dicitur, quidquid raptim et confuſe, nulloque fit ordine. *Romani*, inquit Andr. Schottus in I. Obſeruat. Philolog. cap. II. p. m. 4, *quas leges perpetuo valere et aeternas eſſe volebant, in earum ſanctionibus, id eſt, extrema parte, qua iis, qui in eas committerent, multa irrogabatur et ſanciebatur poena, adiicere ſolebant:* NEVE PER SATVRAM ABROGATO AVT DEROGATO. *Hoc eſt, ne ſimul quis cum aliis alicuius legis capitibus de iis abrogandis ad populum ferret, ſed ſeparatim de ea re tantum ageret. Cum enim turbulenti aut factioſi magiſtratus legem aliquam abrogatam vellent, legum quaedam capita aequiſſima, et multitudini valde grata proponere interque ea de alia lege abroganda inſerere ſolebant. Qua fraude circumuentus populus, vtiles ſaepe*

Romanis, in appellando carmine ioculari, cuius erat diffuſum per omnes humanae vitae ſpecies ac partes argumentum, fuiſſe vſurpatam. Quid? nonne etiam vetuſtiſſimus hiſtoriarum ſcriptor, ſiue collector, *Peſcennius Feſtus*, opus ſuum ita inſcripſit? Laudatur enim LACTANTIO libro primo cap. XXI. *Peſcennius Feſtus in libris* HISTORIARVM PER SATVRAM. Hoc eſt, vt Graeci ſimiles libros inſcribere ſoliti, Ποικίλης ἱςορίας [b]), vel Ἀμαλθείας κέρας [i]), aut Τῶν σποράδην λεγομένων [k]), aut denique, Soſipatro interprete, Πανδέκτης ἱςοριῶν: quod ſcriptor Iudaeus elegantiſſime, (vt ſunt arguti homines illi in ſuorum librorum inſcriptionibus,) dixit, כל בו, τὸ πᾶν ἐν αὐτῷ. Propius ad vocem *Satura* acceſſerunt, qui libros ſuos inſcripſerunt ΠΙΝΑΚΑΣ, hoc eſt, *Lances*, vel ΠΙΝΑΚΙΔΙΑ. Quarum ἐπιγραφῶν exempla in Praefatione PLINII, et apud SVETONIVM in Aurelio Opilio Grammatico. Erat autem liber Opilii puſillus, quod Suetonius oſtendit: vt non tam de rebus egiſſe, quam rerum variarum ſummas continuiſſe videatur. Ideo et πίνακας librorum indices, qui ſummatim omnia complectuntur, dixerunt [l]). Simillime igitur

ſaepe leges imprudens abrogabat. Hactenus Schottus. Adde Scaligerum I. Poetic. cap. XII. p. 47. Scripſit Hiſtorias per Saturam e noui orbis ſcriptoribus Ioannes Blocius, editas Roſtochii MDCXXVII. in 12. CREN.

b) i. e. *Variae hiſtoriae.*

i) i. e. *Copiae cornu.*

k) i. e. *eorum, quae ſparſim dicuntur.* CREN.

l) His Caſauboni verbis a Ioanne Croio cap. V. Obſeruation. in Nouum Teſtamentum adductis, p. m. 37. ſequentia dictus haec ſubiicit Croius: *Nos vero credimus, eam ducendam eſſe e πίναξι, ſiue tabulis pictorum; quod quemadmodum pictores in tabulis ſuis varias eorum ſpecies et formas, quicquid eſt in rerum natura, et quidquid ipſi fingunt, aut ſomniant, ante hominum oculos ponunt; ita indicum auctores lectoribus ſuis ea omnia, quae tractant, quae docent, quae confirmant, quae refellunt, quae ab aliis ſunt mutua-*

mutuati, quae ipſi inuenerunt, aut ſunt commenti, proponant, ita vt lectores ea omnia in indicibus, tanquam in tabulis, vno quaſi obtutu poſſint conſpicere. Poteſt etiam ſumi e πίναξι, *ſiue tabulis et aſſeribus, vt arbitratur Euſtathius Iliad.* ζ. ἀλλὰ καὶ ἡ σανὶς, πίναξ λέγεται; ὡς δῆλον καὶ ἐκ τȢ͂, νεῶν ἀρῆσθαι πίνακας· καὶ ἐκ τȢ͂, πινακηδὸν ἀποσκῶν, ἤγȣν δίκην σανίδων· ὅθεν καὶ πινακίδια γραμμάτων· καὶ βιβλίȣ δὲ πίναξ etc. *Ita index libri* πίναξ *diceretur, quod ſit quaſi tabula, vel aſſer, vbi deſcripta ſint libri argumenta. Euſtathii quidem auctoritas leuis eſſe non videtur; veruntamen opinionem noſtram veriſimiliorem, et ad rei ipſius naturam propius accedere contendimus. Et* πίναξ *non ſolum locum, in quo deſcriptus eſt index, verum etiam ipſum ſignificat indicem. Choeroboſcus* πίνακας *vocat, in quibus deſcriptae erant comoediarum inſcriptiones, ſiue indices, vt refert auctor Etymologici magni:* ὁ δὲ Χοιρόβοσκος εἰς τὸ ἀνεκφώνητον λέγει πίνακας, ἐν οἷς αἱ ἀναγραφαὶ ἦσαν τῶν δραμάτων. *Callimachus Grammaticus, vt legimus apud Suidam, ſcripſit libros* CXX, *quos inſcripſit* Πίνακας *eorum, qui omnium diſciplinarum genere fuerunt illuſtres, et librorum, quos ediderunt. Scripſit quoque* πίνακα *doctorum, qui ab initio fuerunt, ſecundum temporum, quibus vixerunt, ſeriem, et* πίνακα *gloſſarum atque operum* Democriti. Πίνακες τῶν ἐν πάσῃ παιδείᾳ διαλαμψάντων καὶ ὧν συνέγραψαν, ἐν βιβλίοις κ΄. καὶ ρ΄. πίναξ καὶ ἀναγραφὴ τῶν κατὰ χρόνȣς καὶ ἀπ᾽ ἀρχῆς γενομένων Διδασκάλων· πίναξ τῶν Δημοκρίτȣ γλωσσῶν καὶ συνταγμάτων. *Habemus Ptolemaei libros tres* Ἁρμονικῶν *MSS. Singulis libris praefigitur* πίναξ *eorum, de quibus in illis agitur. In principio prioris libri haec leguntur:* Πίναξ τῶν Ἁρμονικῶν τȢ͂ πρώτȣ βιβλίȣ τῆς ΜȢσικῆς. *Euſebius Hiſtor. lib.* VI. *c.* XXXII. *ſcripſit* πίνακας *librorum Origenis, et aliorum ſcriptorum eccleſiaſticorum, quos Pamphilus collegerat et quibus Bibliothecam ſuam inſtruxerat, atque ornarat, vt ipſe teſtatur:* ἐν ᾗ τὴν περὶ τὰ θεῖα σπȣδὴν τȢ͂ Παμφίλȣ, ὁπόση τις ἐγεγόνει, παριστῶντες, τῆς συναχθείσης αὐτῷ τῶν τε Ὠριγένȣς βιβλίων, καὶ τῶν ἄλλων ἐκκλησιαστικῶν συγγραφέων βιβλιοθήκης τȣ̀ς πίνακας παρεθέμην; h. e in quod etiam, vt ingentem Pamphili erga ſacras literas amorem ac ſtudium quaſi ante oculos cuiusque poneremus, indices bibliothecae, Origenis et aliorum ſcriptorum eccleſiaſticorum libros continentis, ab eodem conſtructae et coagmentatae, coniecimus. *Lamprias, Plutarchi filius compoſuit* πίνακα *eorum omnium, quae pater ipſius*

ſigitur et poematia, quo m) breuiter multi perſtringebantur, SATVRAE, vel, vt poſterius coeptum pronuntiari, SATIRAE dictae ſunt. Porphyrio poſt illa de Cereris lance, quae modo attulimus: *Ergo et hoc carmen propterea Saturam appellauerunt, quia multis et variis rebus refertum eſt.* Praeter allatas iam rationes, poſſumus hoc probare teſtimonio viri, ſine controuerſia exceptione maioris, IVVENALIS Sat. I. v. 85.

Quidquid agunt homines, votum, timor, ira, voluptas,
Gaudia, diſcurſus, noſtri eſt farrago libelli.

Vt ſatira, ſiue ſatura plurium rerum mixtio eſt: ſimiliter et farrago n). Ita enim appellatur, ait FESTVS, *id quod*

ipſius de graeca et romana ſcripſit hiſtoria. Suidas: Λαμπρίας, Πλουτάρχου τοῦ Χαιρωνέως υἱὸς, ἔγραψε πίνακα ὧν ὁ πατὴρ ἔγραψε περὶ πάσης Ἑλληνικῆς καὶ Ῥωμαϊκῆς ἱστορίας. *Ipſe vero Lamprias hunc indicem vocat* ἀναγραφὴν *in epiſtola ad amicum:* καὶ τὴν ἀναγραφὴν ὧν ἠθέλησας, ἔπεμψά σοι τῶν τοῦ πατρὸς βιβλίων, et quem patris mei optaſti librorum indicem, ad te mitto. Πίνακα *et* ἀναγραφὴν *coniunxit Callimachus*, et iam vidimus e Suida. CREN.

m) forte *quibus.* CREN.

n) *Farrago*, inquit idem Caſaubonus ad Perſii Sat. V. v. 78. p. 409, *proprie eſt non hominum, ſed quadrupedum pabulum, e genere tritici, vt in leguminibus vicia. In Gloſſis exponitur* γράστις. *Sane* γράστις, *ſiue, vt alii ſcribebant,* κράστις, *non ſolum gramen ſignificat, verum alia quoque pabula iumentorum, maxime farraginem, quae inter ſpecies tritici numeratur. Graeca vox ſyriaca eſt putiſſima:* גרס *ſiue* גרש *contundere,* גרש *triticum contuſum.* Χόρτος *Graecis, vt dicebamus ad XIV. Athenaei. Inde* γράστις, *etſi paullum diuerſa notione. Inde etiam eſt* γέρας, *prorſus ratione eadem ac* τέμενος *fit a* τέμνειν. Onomaſticon vocum latino-graecarum, olim quidem Argentorati anno MDXXXVI. editum, et Calepino praefixum, a Bonauen-

quod ex pluribus ſatis pabuli cauſa datur iumentis. Quid igitur eſt Satira Romana? Auctore IVVENALE ita definias recte: eſt carmen pro argumento habens farraginem, ſiue mixturam diuerſorum vitiorum, in quae inuehitur. Heic vero meminiſſe oportet eius, quod ante diximus, Saturae nomine diuerſae formae carmina Romanos appellaſſe. Quare non poteſt omnibus eadem definitio conuenire. Quam modo attulimus, propria eſt Lucilianae Satirae. Non minus ſatura fuit, dicique potuit et Varroniana, quin et maior ibi mixtura, vt ante probauimus o). Veriſſima itaque Satura; ſed quae paullo aliter hoc modo ſit definienda: ſcriptio proſa verſuque mixta, quo varia argumenta tractantur. Similiter etiam Ennianae et antiquiſſimae omnium, cuius meminit Liuius, ex iis, quae ſunt ſuperius diſputata, definitiones vtcunque poſſunt conſtrui. Apparet, fuiſſe omnibus illud commu-

tura Vulcanio vero ab innumeris iisque foediſſimis mendis, quibus ſcatebat, repurgatum, Philoxenique et aliorum veterum Gloſſariis Lutetiae Pariſiorum vulgatis anno MDCLXXIX in folio inſertum: *Farrago*, χιλός· γράςις. At in Gloſſ. Labbaei cit. vitium mihi videtur eſſe typographicum, vnumque et idem bis poſitum: *Farrago:* γράςις· γράςις C. γράςις· c. χιλὸς, γράςις· o. Vnum illud enim γράςις ſine cauſa repetitum eſt e Gloſſis Cyrilli; vltima vero verba χιλὸς γράςις. o. ex Onomaſtico ſunt recta. Matthias Martinius col. 780. Etymolog. adducit Gloſſas, in quibus vertatur *Farrago* γράςις item χλόη: *id*, inquit, *alioquin eſt gramen viride, quod pecudibus edendum offertur*, *a* γράω, *comedo.* Varro lib. I. Rei Ruſt. c. XXXI. extr. *Contra, ex ſegete, vbi ſata admixta ordeum et vicia, et legumina, pabuli cauſa viridia. Quod far ferro caeſa*, farrago *dicta*, *aut niſi quod primum in farracia ſegete ſeri coeptum. Ea equi et iumenta cetera verno tempore purgantur ac ſaginantur.* Aliqui a *farciendo* potius, hoc eſt, ſaturando, dictam farraginem volunt. Perottus. CREN.

o) lib. II. c. 2. pag. 199.

commune, quod multa miſcent ac diuerſa: quae vera cauſa eſt, cur idem ſaturae nomen omnibus quadret. Qui ſolius maledicentiae Satirarum rationem habuerunt, cauſam huius appellationis, non a lance ſatura, ſed a nomine ſatur facete petierunt. ISIDORVS: *aut a ſaturis nomen Saturae dictum, qui multa habent: vel ob ea, quae per vinolentiam dicunt, vt ebrii.* Ita ſcribendus hic locus, quo dupliciter exponitur hoc etymon. *Porphyrion* poſteriorem rationem clarius explicat, quem vide: nam quum certa ſint, quae de ſatura diximus, omnino in eo veriloquio acquieſcendum. PETRONII libellus mera eſt Satura Varroniana, vt ſuo loco dictum *p*). Ipſe tamen *Saturicum*, ſiue *Satiricum* maluit inſcribere; quomodo Commentarium dicitur pro commentario libro, Apologeticus pro apologetico libro. At qui *Satyricon* titulum Petronii reliquiis impoſuerunt, ii ſine dubio graecam vocis Satirae originem ſpectabant. Cuius rei nunquam auctori veniſſe in mentem, pro certo habeo. De MARTIANO CAPELLA minus auſim affirmare, propter antiquitatem huius erroris, ſicut oſtendimus. Et tamen in cauſa explicanda, cur opus ſuum Satiram inſcripſerit, nobiscum facit. Sic enim ait:

Tandem ſenilem Martiane fabulam
Miſcillo luſit quam lucernis flamine
Satira.

Et poſt:

Haec quippe loquax docta indoctis aggerans,
Fandis tacenda farcinans, immiſcuit
Muſas, deasque diſciplinas cyclicas.

R 2 CAPVT

p) lib. II. c. 2. pag. 210.

CAPVT V.

ARGVMENTVM.

COROLLARIVM huius libri, quo diſcutiuntur duae ab *Horatio* propoſitae quaeſtiones: AN SATIRA SIT POEMA? et, AN SIT IVSTVM POEMA? *Platonis* item et *Ariſtotelis* placita ſuper natura poeſeos expenduntur *).

Erat fortaſſe digna haec quaeſtio, quam relinqueremus iis tractandam, qui magnum ducunt, de omni re quamuis

*) Egregie hoc argumentum excuſſit noſter, ſed ita, vt, laturusne ſit omne punctum, fere dubitem. Quae enim de poeſeos indole atque natura diſputat, ſic ſe habent, vt a recentiorum criticorum ſententiis longiſſime recedant. Equidem fuerunt, qui cum *Caſaubono* ad poeſeos οὐσίαν metrum vel maxime referrent, omnemque orationem metro adſtrictam, poema et eſſe et dici debere, affirmarent. Cui ſententiae fauere videtur *Fraguierius*, diſerte docens, nullum eſſe poema, quantumuis ingenioſe ac magnifice conſcriptum, niſi metri habeatur ratio. Vide eius Diſſertationem in *Memoires de l'academie des Inſcriptions* Tom. VI. p. 265-277. edit. Pariſ. MDCCXXIX. Sed exploſerunt hanc ſententiam viri eruditiſſimi, qui et ipſi in varia ſcinduntur ſtudia. Alii enim imitationem naturae vtramque in poeſi paginam facere contendunt; alii ad fictionem referunt omnia; alii denique ſine ἐνθουσιασμοῦ menteque diuiniori, vt Horatius vocat, nullum dicunt eſſe poetam, nullum poema. Veniunt in hunc cenſum *Racinius*, *Batteuſius*, *Voltarius*, vt *Scaligerum*, *Voſſium*, *Baconem* alioſque omittam, quorum omnium ſententias collegit et illuſtrauit *Braemerus* in libro, cui titulus: *vom wahrem Begriffe der Dichtkunſt*. Adde Cel. *Curtii* diatriben de poeſeos natura, adnexam eius in Ariſtotelis Poeticam commentario. Nec omittendus *Schlegelius*, copioſe hac de re diſſerens ad Batteuſii *Einſchränkung der ſchönen Künſte auf einen Grundſatz*. In tanta igitur opinionum diuerſitate, quis miretur, Satiram ab aliis ad poemata referri, ab aliis ita remoueri, nihil ut eſſe poſſit a carmine magis alienum? *Ram.*

quamuis certiſſima poſſe dubitare: paratique ſunt ex inſtituto diſciplinae ſuae, vel manifeſtiſſimae veritati, quoties lubet, cornua obuertere. Qui hodie luſus eſt ſophiſtarum, et hominum τὸ μὲν σχῆμα σεμνοπροσωπούντων, τὸ δ' ἀληθὲς φαυνητιώντων. Nos melius horas noſtras collocare ſolemus: optamus quidem certe. Quoniam tamen antiqua haec quaeſtio eſt, habebimus vetuſtati hunc honorem, vt indiſcuſſam eam non ſinamus, abſurdaeque in ſpeciem dubitationis, cauſam aperiamus. HORATII verba ſunt ecloga quarta, libri primi Sermonum, v. 39.

Primum ego me illorum, dederim quibus eſſe poetas,
Excerpam numero.

Si ſcriptor Satirarum HORATIVS poeta non eſt: profecto nec Satira poema eſt. Quod enim non de ſe tantum modeſtiae cauſa, ſed de omnibus in genere Satirarum ſcriptoribus hoc pronunciet, ex ſequentibus apparet, vbi etiam de *Lucilio* idem dicitur. Paullo tamen aliter aliquanto poſt haec quaeſtio concipitur, cum, lectorum animos expectatione accuratioris disquiſitionis ſuſpendens, ſic ait de Satira: v. 63.

— alias iuſtum ſit nec ne poema
Quaeram.

Qui hoc quaerit, ſitne ſatira iuſtum poema? is tacite conſentit, poema eſſe. Quare duae heic ſunt quaeſtiones: de quibus dicturi, quaedam prius neceſſarie monebimus. Si, quantum veteres ſapientes diligentiae poſuerunt in praeceptorum, quae artes et diſciplinas conſtituebant, obſeruatione, tantum in natura cuiusque illarum limitibus ſuis circumſcribenda laboraſſent: neque huic quaeſtioni locus foret relictus, neque item aliis id genus quam plurimis. Verum quidem eſt, certam huius rei notitiam ad primum philoſophum ſpectare, non ad ſingularum artium, aut diſciplinarum magiſtros: ſed pote-

rant tamen, relicta illi cauſarum contemplatione, definitiones quaedam tradi, quae vicem interdicti Praetoris obtinerent, ſiquando finium regundorum actio inter confines artes oriretur. Sunt autem eiusmodi artes cum aliae multae, tum vel maxime illae, quae ad facultatem exprimendi ſenſa animi, et τὸν προφορικὸν λόγον ſpectant. Nam cum eſſet homo ab OPT. MAX. Deo in hanc rerum vniuerſitatem introductus, non ſolum vt omne hoc mente caperet; ſed etiam vt ad multiplicem vſum interiores animi conceptiones foras proferret: eluxit etiam in eo humanae mentis praeſtantia, quod circa rem eandem varias diuerſasque artes excogitauit. Quippe homini non ſolum loquendi, ſed recte et emendate loquendi ſtudium a natura erat inditum: neque hoc tantum, ſed et ornate: atque hoc amplius, ἐμμέτρως τέ καὶ ἐμμελῶς ac modulate. Hinc illae tres artes ſunt natae, Grammatica, Rhetorica, Poetica: quae omnes, vna cum diſſerendi facultate, circa τὸν λόγον verſantur, ac proinde λογικαὶ recte omnes dicentur. Quemadmodum autem, ſi plures circuli deſcribantur circa idem centrum, maior minorem ambitu ſuo ſemper complectetur: ita cum in aliis animae facultatibus vſu venit, tum in tribus, quas diximus, artibus: nam Rhetorica Grammaticen, Poetica vtramque intra ſe includit. Poetica enim non eſt ἀπόβασις, vt in alia re *Syneſius* ait, grammaticae vel oratoriae facultatis, ſed vtriusque ἐπανάβασις: neque poteſt ad poetices τὰ σεμνὰ μυστήρια quisquam aſpirare, quin illarum artium ſacris prius fuerit operatus. Haec ſunt illius τὰ μικρὰ μυστήρια. Tribus hiſce facultatibus commune eſt, quod inſtrumenta ſunt, τοῦ ἔξω προελθόντος νοῦ, vt loquitur *Simplicius*: quae enim mens animo concepit, ea vt expromat, oratione vtitur. Nemo autem oratione vti poteſt, quin earum, quas diximus, artium miniſterio adiuuetur. Omnes igitur τοῦ προφορικοῦ λόγου ſunt miniſtrae ac comites: ſed non omnes pari conditione vſurpantur. Grammatica non minus quam illa, quae verum a falſo docet diſcernere, neceſſario omnibus adhibenda, qui quacumque de re verba

verba faciunt: vere enim et emendate loqui, omnibus ex aequo et ſemper neceſſarium. Oratoria elocutio vbique neceſſaria non eſt: et ſunt ſubiecta, quae natura ſua ornatum reſpuant, doceri contenta. Poeticae minus quam Rhetoricae late patet vſus. Sic enim naturae legibus videas comparatum, vt nobilioribus quibusque rebus conſultum ſit, ne quotidiano vſu ſordeſcere opus habeant. Eſt autem trium harum facultatum vt vulgatiſſima Grammatica, ita Poetica nobiliſſima: Rhetorica inter vtramque media dignatione pariter et vſu. Haec quum non fugerent vetuſtiſſimos ſapientes, dignitati poeſeos optime conſuluerunt, cum ad grauiſſima argumenta illam adhibuerunt. Nihil dicam de Hebraeorum antiquiſſima omnium poeſi, quae in vnius Dei laudibus canendis fuit occupata. Quid Graeci? nonne et apud hos antiquiſſimi vates fuerunt, quos θεολόγȣς vocabant? In his Orpheus, Muſaeus, Linus, alii. Secuti hos ſunt Empedocles, Parmenides et ceteri, quos φυσικȣς appellarunt, quia Naturae arcana verſibus ſuis cecinerunt. Fuere et qui παραινετικὴν aut νȣθετικὴν poeſim ederent: illam, vt praecepta virtutis darent, hanc, vt a vitiis auerterent. Eiusmodi ſunt Theognidis, Phocylidis ac ſimilium carmina. Quaereres a magnis hiſce viris, cur iis de rebus verſu potius, quam ſoluta oratione ſcriberent: procul dubio reſponſum in hanc ſententiam ferres: non poſſe nobiliſſimum hoc Mentis inſtrumentum alibi melius, quam in his ſimilibusue argumentis occupari: porro argumenta eiuscemodi, quibus res omnium maximae explicarentur, praeſtantia ac nobilitate poeticae eſſe digniſſima; quum alioquin poetices, ſicut et ceterarum inſtrumentalium τȣ̃ νȣ̃ facultatum, nullum ſit certum ſubiectum, ſed pro ſubiecto illis ſit, quidquid eſt. Σύνναον denique dicerent τῆς φιλοσοφίας εἶναι τὴν ποιητικὴν; quod multo poſt, ſed ab eadem mente dixit *Syneſius*. Quum haec ita ſint, quis non miretur, iam olim naturam poeticae et legitimum eius vſum ita non ſolum vulgo, ſed ſummis etiam

viris fuiſſe incognitum, vt plane in aliis lyncei, in hoc videantur caecutiiſſe? Graecorum iſta vulgo erat ſententia, iam tum Socratis aeuo, nihil aliud poeſim eſſe, niſi fabulas verſu contextas, aut etiam ſine verſu nudas: nam et Sophronem ac Xenarchum mimos proſa conſtat ſcripſiſſe, quos tamen poetas vocant Graeci. Qui ſic ſentiebant, poeſin ita definiebant: *ἡ ποίησις λόγος ἐστὶν ἔμμετρος, μύθους περιέχων;* aut ſine voce *ἔμμετρος.* Secutus eſt iſtorum ſententiam et SOCRATES ille, *θνητῶν ἁπάντων σοφώτατος*, cum iuſſus *μουσικὴν ποιεῖν*, hoc eſt, vt ipſe tandem expoſuit, poema ſcribere, omnia expertus, per quae oraculo ſe obtemperaturum crederet, hymno etiam in Apollinis et Dianae laudem compoſito: nihil tamen egiſſe ſibi viſus eſt, niſi fabulas ab Aeſopo mutuatus, quia ipſe componere aut neſciebat aut nolebat, verſibus intexeret. Locus eſt inſignis in Phaedone PLATONIS ad communem hanc perſuaſionem hominum declarandam: *ἀσφαλέστερον*, inquit, *ἔδοξεν εἶναι, μὴ ἀπιέναι πρὶν ἀφοσιώσασθαι ποιήσαντα ποιήματα, πειθόμενον τῷ ἐνυπνίῳ· οὕτω δὴ πρῶτον μὲν εἰς τὸν θεὸν ἐποίησα, οὗ ἦν ἡ παροῦσα θυσία· μετὰ δὲ τὸν θεὸν, ἐννοήσας ὅτι τὸν ποιητὴν δέοι, εἴπερ μέλλοι ποιητὴς εἶναι, ποιεῖν μύθους, ἀλλ' οὐ λόγους· καὶ αὐτὸς οὐκ ἦν μυθολογικός· διὰ ταῦτα οὓς προχείρους εἶχον καὶ ἠπιστάμην μύθους, τοὺς Αἰσώπου, τούτων ἐποίησα οἷς πρώτοις ἐνέτυχον.* Ex his ſuauiſſimi philoſophorum verbis, non illud ſolum, quod dicebamus, poteſt cognoſci: verum etiam, quae cauſa fuerit perſuaſionis illius. Nam iſta, *ὅτι τὸν ποιητὴν δέοι, εἴπερ μέλλοι ποιητὴς εἶναι*, hoc plane ſignificant: nemini poſſe appellationem *ποιητοῦ* attribui, qui non *ποιῇ*, id eſt, fabulas fingat. Ita enim hoc loco exponendum, vbi a coniugatis argumentatur Socrates. *Ποιητικὴν* PLATO in Sophiſta definit, *εἶναι δύναμιν, ἥτις αἰτία γίγνεται τοῖς μὴ πρότερον οὖσιν ὕστερον γίγνεσθαι.* At qui commune hoc nomen huic facultati proprium fecere, id ſpectaſſe ſunt viſi, quod poetae res non narrarent factas, ſed fingerent, et quodammodo ipſi facerent. Ergo *ποιεῖν* poetis

ex

ex horum quidem mente, non eſt verſus facere; ſed fingere et fabulas componere. Haec vulgi, haec Socratis fuit opinio. Erat illis temporibus plurimus poeticae vſus in theatris et agonibus: quod genus poeſeos fabularum fere compoſitione conſtabat, tragicarum, ſatyricarum, comicarum. Inde paullatim irrepſit in animos hominum hic error, vt de poetica ſic loquerentur, ſic ſentirent, quaſi aliam nullam agnoſcerent, niſi theatralem et agoniſticam. Erat quidem ingens hic error, et dignus, quem in aliis docti potius corrigerent, quam auctoritate nominis ſui firmarent: ſed quid non deſignat conſuetudo? Haec iuxta doctis indoctisque perperam loquendi ſentiendique etiam heic, vt ſaepe in aliis, auctor fuit. Itaque ſic PLATO vbique in poetas inuehitur, quaſi in theatris, et tantum ad theatrorum voluptatem eſſet poeſis inuenta. In X. Legum ſunt haec illius verba: φαντάσματα ἀλλ' ἐκ ὄντα ποιῦσιν οἱ ποιηταί: ſaepeque apud eundem et ſcriptores alios, μῦθοι, μυθεύματα, μυθολογίαι, et φαντάσματα pro eo vſurpantur, ac ſi poemata dixeriſt non quia putarit PLATO, ψιλὴν μυθολογίαν, hoc eſt, fabulas quascunque, etiam ſine metro contextas, poema iuſtum conficere: verum ideo, quia, poema non conſtare ſine fabula, cum Attica ſua plebecula habuit perſuaſum. Poeticam igitur iis artibus docet adnumerandam, quae περὶ τὰ ἐκ ὄντως ὄντα, ἀλλὰ τῶν ὄντων εἴδωλα verſantur, quaeque dicuntur ipſi modo μιμητικαὶ, modo εἰκαστικαὶ: alibi εἰκονοποιοὶ, vel εἰδωλοποιητικαί. Saepeque in eius ſcriptis poſita eſt haec ſententia, omnem poeſim εἶναι μίμησιν. Quod ne nos quidem negamus: verum eo ſenſu et imitationis modo, quem in Epinomide ſua IVLIVS CAESAR SCALIGER docte exponit; non quomodo veteres illi exiſtimabant. Cognoſci enim poteſt ex ARISTOTELIS *De poetica* libello, et ipſum, et PLATONEM, cum vniuerſae poeſeos genus conſtituerent imitationem, nihil aliud eo nomine plerumque intellexiſſe, niſi fabulae compoſitionem, atque, vt ipſi loquuntur,

μύθου καὶ πραγμάτων σύστασιν. Itaque poetae haec deſcriptio exſtat apud eundem: poetam eſſe non eum, qui res dicat factas, ſed qui, cuiusmodi fieri potuerint. Ποιητής ἐστιν οὐχ ὁ λέγων τὰ γενόμενα, ἀλλὰ τὰ οἷα ἂν γένοιτο. Denique ex Platonis atque Ariſtotelis mente, poeſeos τὸ τί ἦν εἶναι, eſt figmentum, fabulae, mendacium. Ideo etiam *Homerum* laudat Philoſophus, quod, dicere mendacia recte, primus ceteros omnes docuerit: δεδίδαχεν, inquit, μάλιστα Ὅμηρος καὶ τοὺς ἄλλους ψευδῆ λέγειν ὡς δεῖ. Haec autem quam ſint abſurda, ex illis paret, quae de priſca poeſi, etiam Graecorum, ante dicebamus. Quo vero iure nomen generis ei ſpeciei proprium fecerunt, quae et poſterius prodierat, et mera legitimae poeſeos erat, non dicam παραφυὰς, ſed παρέκβασις? Fictione enim fabularum, et vniuerſâ dramaticâ antiquior eſt, vel ipſorum teſtimonio, poeſis illa, qua vetuſtiſſimi homines ad ſuperum aras vtebantur, cum pro acceptis beneficiis gratias agentes, laudes eorum canerent. Omnino dubitari non debet, quin et antiquiſſima et nobiliſſima omnium ſit haec poeſis: cuius procul dubio exemplum ceteris mortalibus dederunt, qui et vetuſtate et pietate omnes populos vincebant, Hebraei. Concedemus igitur PLATONI et ARISTOTELI, diuinam Hebraeorum poeſim, et ſi qua fuit illi ſimilis, quia nullae in ea fabulae, nulla φαντάσματα, nec μυθεύματα, poeſeos nomine cenſeri non debere? Apage tam iniquam, tam abſurdam ſententiam. Quinimo melióre iure contendat aliquis, ſolam hanc eſſe veram et legitimam poeſim, quae vel Deum canit, vel ad Deum homines ducit. Quod et PLATO tandem videtur intellexiſſe, cum pulſis de Republica ſua poetis, ſolos ὑμνογράφους retinuit, prudenter vereque diſcrimen faciens inter τὴν ἀγαθὴν ποίησιν et τὴν ἡδυσμένην μοῦσαν. At quorſum iſta longe adeo repetita? aliquis dicet. Nempe, vt oſtenderemus, non eſſe adeo mirandum, exſtitiſſe olim viros eruditos, quibus Romana Satira poema nequaquam videretur poſſe

dici.

dici. Nam cur ridiculam aut friuolam dubitationem eiusmodi exiſtimabimus? quum, ſi Platonis et Ariſtotelis ſtamus ſententia, fatendum ſit, Satirae ſcriptores non magis haberi poſſe pro poetis, quam *Empedoclem*, et ſimiles alios, quos φυσιολόγες, non ποιητὰς iubet ARISTOTELES appellari. Pari namque ratione etiam hi ἠθολόγοι, non poetae fuerint dicendi. In Satira fabulae nullae ſunt, niſi quod aeni interdum et apologi breues inſeruntur: ſed σύστησις πραγμάτων μυθικὴ prorſus nulla. Imitatio praeterea heic nulla: nam poeta ipſe loquitur, αὐτοπροσώπως τὴν ἀπαγγελίαν περαίνων. Diſerte autem ait PLATO, ſcriptionem eiusmodi imitationem nullam continere: et tamen ποίησιν, ceu oblitus ſententiae ſuae, nominat. Eius verba ſunt in tertio De republica: εἰ μηδαμῦ ἑαυτὸν ἀποκρύπτοιτο ὁ ποιητὴς, πᾶσα ἂν αὐτῷ ἄνευ μιμήσεως ἡ ποίησις τε καὶ ἡ διήγησις γεγονυῖα εἴη. Cautius ARISTOTELES, qui etſi imitationis ſpeciem hanc non praetermittit, ab ea tamen, quam poeſin dici voluit, tacite excludit, cum exemplum nullum ponit, vbi ſit locum habitura. Si igitur fabulas reſpuit, et imitatione caret Satira, poeſis eſſe ex horum ſententia non poteſt. Quod autem metro vtitur Satira, non propterea poema erit *Ariſtoteli:* qui adeo nullam metri rationem ducit, vt mimos, ſoluta oratione ſcriptos, habeat pro poematis; at contra, Herodoti hiſtoriam, ſi pedum legibus aſtringatur, poema futuram neget. Praeterea res geſtas vt plurimum narrat Satira: non, vt comoedia, fictas ad arbitrium poetae. Eſt igitur quodammodo poeſis haec hiſtorica: quod cum Ariſtotelis placitis pugnat prorſus. Quod enim ait, κἂν ἄρα συμβῇ γενόμενα ποιεῖν, ὐδὲν ἧττον ποιητής ἐστιν, quibus concedere videtur, etiam eum poſſe dici poetam, qui veras hiſtorias verſu deſcripſerit: aliter longe intelligendum, et ad ea ſolum dramata referendum, quorum hypotheſis ab hiſtoria eſt; vt Perſarum Aeſchyli: fabulae vero totius σύνθεσις ab ingenio poetae. Fruſtra vero obiiciat aliquis, inter ſpecies poeſeos vnam

poni

poni ab ARISTOTELE, quam vocat ψιλὺς λόγυς ἢ μέτρα. Nihil enim hoc ad Satirae Sermones, de quibus capite tertio dicebamus: nam eo loco Philoſophus epopoeïam intellexit, qualis eſt Homeri poeſis, quae et ψιλομετρία eidem dicitur. Hanc alibi appellat μιμητικὴν ἐν μέτρῳ, tribuitque etiam illi δραματικὺς μύθυς, et δραματικὰς μιμήσεις. Itaque ψιλοὶ λόγοι ibi ſunt, οἱ ἄνευ ῥυθμῦ καὶ ἁρμονίας vel μέλυς: non vt in tertio libro Rhetoricorum et ſaepe apud Graecos rhetores ψιλὸς λόγος vel ψιλὴ λέξις opponitur τῇ ἐμμέτρῳ καὶ ἐμμελεῖ: at in libello De poetica, et apud PLATONEM in ſecundo de legibus λόγυς ψιλὺς εἰς μέτρα τιθέναι, aliter accipiendum, quomodo iam diximus. Conſtat igitur, non poſſe Satiram ex doctrina ARISTOTELIS, et definitione poeſeos, quam ipſe eſt ſecutus, poema dici. Etiam HORATIVS, vt initio retulimus, eamdem tuetur ſententiam: ſed aliis argumentis. Ita enim diſputat. Poeſis non eſt tantum λόγος ἔμμετρος, neque a ſoluta oratione ſolo metro diſtat; verum etiam elocutione ac ſententiis: omnia enim ſectatur exquiſita, magna, ſublimia: quare Satira, quae detracto metro nihil ab eloquio pedeſtri diſtat, poeſis non eſt. Profert deinde comoediae exemplum: quam propter rationem eamdem a poeſi quidam abiudicarint. Quam variae ſuper natura ac definitione poeſeos iactatae ſint apud veteres ſententiae, HORATII locus iſte clare oſtendit. Nam tota haec illius argumentatio, definitioni innititur longe ab illa diuerſae, quam ex Platonis atque Ariſtotelis doctrina poſſe colligi, ſuperior diſputatio euincit. Refellit Philoſophus in commentariolo De poetica receptam a multitudine vulgi opinionem illorum, qui poeſin non aliud eſſe crederent, quam λόγον ἔμμετρον; et omnes, qui orationem ſuam metro vincirent, quacumque tandem de re ſcriberent, poetas nominarent. Ad hanc ergo inchoatam definitionem perficiendam, multa alii adiecerant, quibus conditiones exponebant, orationi numeris iam adſtrictae inſuper

per neceſſarias, vt iuſtum poema poſſet cenſeri. Non memini, vsquam apud Graecos inuenire definitionem hanc conceptis verbis expreſſam: ſed in Iudaeorum commentationibus de re metrica eam definitionem offendimus, quam cum ipſi fateantur a Graecis ſe accepiſſe, pro Graeca huc afferre non verebimur: eſt enim appoſitiſſima ad *Horatii* mentem. Poeſin Hebraei שִׁיר vocant, *ἀοιδὴν*: vel Graeca voce leuiter corrupta, פיוט: poetam משׁוֹרר, *ἀοιδὸν*, aut פַּיְּט: poeticam, מְלֶאכֶת הַשִּׁיר. Poeſim vero ita definiunt: השיר הוא מאמר מתיחס נקשר קצו בקצי מוריע כוונת המדבר במלות קצרות ערבות שקולות. Graece videtur fuiſſe: *ἔςιν ἡ ποίησις λόγος ἐπίσημος* (proprie *εὐγενὴς*, vel *γεννᾶιος*) *ȣ̓ τὰ μέρη πρὸς ἄλληλα σχέσιν ἔχει*, (*δέδεται*) *τὸν νȣ̃ν τȣ̃ λέγοντος δηλῶν διὰ λέξεως βραχείας, ἡδυσμένης, ἐμμέτρȣ. Poeſis eſt oratio nobilis* (vel *illuſtris*), *cuius partes inuicem vinctae ſunt, mentem loquentis declarans verbis breuibus, ſuauibus, libratis*, ſiue, *appenſis*. Vides, in hac pulcherrima definitione multas deſiderari conditiones ad iuſtum poema, quarum vltima eſt lex metri: ſiquidem שקל, quae vox pondus et librationem ſignificat, heic interpretemur de lege metrica; non de concinnitate orationis et ea, quam ipſi מליצה vel חלצה nominant. Prima conditio de connexione ſiue relatione partium inter ipſas, videtur adiecta propter genus poeſeos, quo vtuntur, quae ſimilitudine deſinentiae verſus inuicem alligat. In graeca et latina poeſi quid ſit *τὸ κατὰ σχέσιν* et *κατὰ σύςημα*, explicant metrici. In poeſi quidem *κατὰ ςίχον* et monometro, haec conditio locum nullum habet. Cetera ſunt communia. Proxima conditio במלות קצרות, *breuibus verbis*, eo ſpectat, quod, vt docet PLATO in Alcibiade *β*, plerumque obſcura eſt poetarum oratio: neque eſt cuiusuis, eorum ſcripta interpretari: *αἰνίττεσθαι*, inquit Socrates apud Platonem de Homero, *καὶ ȣ̓̃τος καὶ οἱ ἄλλοι δὲ ποιηταὶ σχεδόντι πάντες· ἔςι τε φύσει ποιητικὴ ἡ σύμπασα αἰνιγματώδης, καὶ ȣ̓ τȣ̃ προςυχόντος ἀνδρὸς γνωρί-*

γνωρίσαι. At במלות ערבות plane eſt, quod in definitione tragoediae poſuit ARISTOTELES, ἡδυσμένῳ λόγῳ: cuius interpretatio exſtat luculenta in aureolo eius libello, et apud PLATONEM. Huic definitioni par et gemina fuit, quam animo conceperat HORATIVS, cum illa faciebat, in I. Sermon. Sat. IV. v. 40.

> *— — neque enim concludere verſum*
> *Dixeris eſſe ſatis: neque, ſi quis ſcribat, vti nos*
> *Sermoni propiora, putes hunc eſſe poetam.*
> *Ingenium cui ſit, cui mens diuinior, atque os*
> *Magna ſonaturum, des nominis huius honorem.*

Etiam illi, qui negabant, comoediam poema eſſe, quod ſubiicit FLACCVS, eodem ſpectabant: vt vel inde appareat, quam ſit haec definitio ab *Ariſtotelis* mente aliena. Comoedia enim ſit poema, nec ne, non magis poteſt ambigi ex eius doctrina, quam ſitne *Homerus* poeta, an non? Quum ergo ad hanc obruſſam pedeſtreis Sermones ſuos FLACCVS exigeret, mirari nemo debet, pronuntiaſſe illum ὁμολογουμένως τῷ ἐκτεθέντι ὅρῳ, Satiram poema non videri; aut certe, non iuſtum. At enimuero ſi non eſt Satira poema, quid erit? aut quo tandem nomine illam apellabimus? πέζος enim certe λόγος, ſiue proſa, non eſt, neque dici poteſt, ſaltim κυρίως. Atqui duo haec ſola ſunt a veteribus prodita orationis ſumma genera, ſolutae et numeris aſtrictae: tertium genus ne ARISTOTELES quidem, auctor praecipuus huius παραδόξου ſententiae, valuit nominare. Sunt vero illius magni ſcriptoris e III. Rhetoricorum verba iſta, quae propoſitam quaeſtionem facile decident: Ὁ τοῦ σχήματος, inquit, τῆς λέξεως ἀριθμὸς, ῥυθμός ἐστιν, οὗ καὶ τὰ μέτρα τμητά· διὸ ῥυθμὸν δεῖ ἔχειν τὸν λόγον, μέτρον δὲ μή· ποίημα γὰρ ἔσται. Certum heic diſcrimen ſtatuitur inter eam orationem, quae poema dici poteſt, et quae

non

non poteſt. Diſcrimen illud eſt METRVM, quod proprium facit poemati, vt dictionis ſolutae rhythmum. Quare etſi verum eſt, quod Dionyſius Halic. aliique rhetores docent, οὐ τὴν αὐτὴν εἶναι τὴν μεταχείρισιν ποιήσεώς τε καὶ πεζοῦ λόγου, ἀλλ᾽ ὥσπερ τοῖς μέτροις οὕτω τοῖς ἐννοήμασι διενηνοχέναι: nihilominus tamen etiam illud verum certumque eſt, omnem metro aſtrictam orationem et poſſe et debere poema dici *). Itaque licet ἄμετρον ποιητικὴν, qualis fuit mimorum Sophronis, apud Ariſtotelem et Dionyſium Halicarnaſſeum legimus: πεζὸν tamen λόγον ἔμμετρον, neque legimus, neque dici poſſe, arbitrari debemus. Sed vt rhetoricae elocutionis varii gradus ſunt, varii characteres, varia denique ac multiplex differentia: ita etiam in poetica eaedem omnes diuerſitates poſſunt animaduerti, ſuntque adeo a peritis dicendi magiſtris ſumma cura animaduerſae. Horatiana definitio ei poeſi conuenit, quae proportione reſpondet orationi ſolutae, in ſublimi genere verſanti, verbis ac ſententiis elaboratiſſimae. Ab hoc culmine poteſt poeſis pro ſubiecti natura, vel ſcriptorum ingeniis, ad infima per gradus eosdem deduci: ita vt poema iis omnibus et verborum et ſententiarum notis nudetur, quae diſcrimen facere diximus inter vtramque orationem, λόγον καὶ ποίησιν. Quamdiu tamen verſui conſultum eſt, manetque oratio non ſolum ἔνρυθμος, ſed etiam ἔμμετρος, poematis nomen amittere non poteſt: quoniam, ſicut probauimus, in metro maxime poſitus eſt τῆς ποιήσεως ὁ τῆς οὐσίας ὅρος, de quo quaerimus. Docent itaque rhetores, nulla

*) Hic vero humani quid paſſus eſt *Caſaubonus*. Nam quis, quaeſo, ex ſolis metri legibus poema pendere, recte et cum ratione dixit unquam? Hoc enim ſi eſt, nihil impedit, quo minus Herodoti, Liuii, aliorumque hiſtorias poemata dicas, ſimulac metro concludantur. Atqui *Ariſtoteles*, quem paullo ante citauit Noſter, Herodoti Hiſtoriam, licet pedum legibus adſtringatur, poema futuram negat. Et recte. *Ram.*

nulla adaeque re ſolutae orationi ſimilem fieri poeſim, quam neglectu aut diſſimulatione numerorum. Ἔγγιστα γὰρ, inquit Dionyſius, φαίνεται λόγοις τὸ παρὰ τοὺς ῥυθμοὺς καὶ τὰ μέτρα πεπλανημένον. Diſſimulant numeros lyrici interdum, vt multis probat magnus ille criticus: cum diſſimiles et inaequales verſus continuant, οὐκ ἐῶντες ἡμᾶς ὁμοειδῆ ἀντίληψιν λαβεῖν ῥυθμοῦ. Parum enim intelligitur poema eſſe illa oratio, in qua non ſatis animaduertitur eiusdem metri ἡ ἀνακύκλησις. Contemnunt vero numeros comici Latini perſaepe: vt merito de eorum comoedia grauiſſimi viri olim dubitauerint, poema eſſet, necne: non quidem propter illam cauſam, quam affert Horatius; ſed magis propter hanc, quam modo indicauimus. Satira vero Romana, quae et monometros eſt epopoeïa, et legem metricam ſeruat exacte: quominus poema cenſeri debeat, et quidem iuſtum, nihil cauſae dici queat. Poema igitur ſunt etiam HORATII Satirae; quantumuis ſermoni propinquae et ſaepe, quod ipſe fatetur, humi repentes: at PERSII et IVVENALIS Satirae eo iuſtius, melius, nobilius poema ſunt, quo pluribus ideae poeticae notis, tum quod ad τὰς ὀνομασίας, tum quod ad τὰς ἐννοίας ſpectat, ſunt refertae. Longe ſiquidem ab Horatianorum Sermonum λογοειδείᾳ, aurea illorum carmina abeſſe, partim iam probauimus in editione Perſii, partim Deo volente facienteque apud Iuuenalem manifeſtiſſime probabimus *).

*) Perſium cum notis Caſauboni legimus; at Iuuenalem ab ipſo explicatum vidimus nunquam. CREN.

Cum

Cum GER. IO. VOSSIVS in c. II. Libri de Artis Poeticae natura et conſtitutione vltimum hoc Caſauboni caput non parum inluſtrarit, iuuat eius verba hic repetere.

> *In quaeſtione eſt*, inquit p. 5. §. 1 ſeq. *vtrum Poetae nomen ſint conſecuti a faciendis verſibus, an a fingendis fabulis: quod nimirum Dei inſtar res velut condant. Poſteriorem ſententiam ſequuntur veterum praeſtantiſſimi.*

Vti *Ariſtoteles* in reliquiis librorum de re poetica: vbi cum alia multa, praeter opinionem vulgi, dicuntur; tum illud inter cetera, imitationem eſſe animam poeſeos, atque Empedoclem, qui de rerum natura carmine ſcripſit, philoſophum magis eſſe, quam poetam; neque Herodoti hiſtoriam poema futurum, ſi poeticis fuerit numeris ligatum. Quomodo nempe Rufus Auienus, Seruio teſte, Liuium carmine expreſſit iambico. Sed et ante Ariſtotelem hoc ipſum docuerat *Plato*, cuius illud in Phaedone: *Ποιητὴν δεῖ, εἴπερ μέλλοι ποιητὴς εἶναι, ποιεῖν μύθους, ἀλλ᾽ οὐ λόγους.* Vtrumque ſecutus Plutarchus, qui, libro de audiendis Poetis, iudicat, Empedoclem et Parmenidem in Phyſicis, Nicandrum in Theriacis, Theognidem in ſententiis moralibus carmen, non poema condidiſſe; numeros autem pro vehiculo mutuatos eſſe a Poeta, quo pedeſtris effugerent ſtyli humilitatem. Nam inquit, *θυσίας μὲν ἀχόρους, καὶ ἀναύλους ἴσμεν· οὐκ ἴσμεν δὲ ἄμυθον, οὐδὲ ἀψευδῆ ποίησιν: Sacrificia nouimus, choris et tibiis carentia; Poeſim vero, fabularum et figmentorum expertem, non nouimus.* Itaque et Poeticen vocat *τέχνην μιμητικὴν*, et, ex vulgato Simonidis dicto, ſcribit, *ζωγραφίαν μὲν εἶναι φθεγγομένην τὴν ποίησιν, ποίησιν δὲ σιγῶσαν τὴν ζωγραφίαν: Picturam eſſe poeſim loquentem; poeſin autem tacitam picturam.*

2. §. *Solum profecto metrum poetam non facit.*

Neque enim putandum, quiſquis ſciat verſum pedibus inſtruere, eum cum Ennio obdormiuiſſe in Parnaſſo, ac derepente ſcilicet poetam prodiiſſe. Sane Horatius, qui plane ignorare non potuit, quid ſit, poetam eſſe, negat, ſe in Satyris, atque Epiſtolis nomen mereri poetae: vt in quibus nihil ſit praeter metrum; cum in poeta quiddam longe auguſtius requiratur. Sed audiamus vatem ipſum, lib. I. Sat. IV.

Primum ego me illorum, dederim quibus eſſe poetas,
Excerpam numero: neque enim concludere verſum
Dixeris eſſe ſatis, neque ſi quis ſcribat, vti nos,
Sermoni propiora, putes hunc eſſe poetam.
Ingenium cui ſit, cui mens diuinior, atque os
Magna ſonaturum, des nominis huius honorem.

Etiam FABIVS, lib. X. cap. I. Cornelium Seuerum meliorem ait verſificatorem, quam poetam. Quae ſatis oſtendunt, neutiquam ſufficere, vt rem metro non ineleganti incluſeris. Quid igitur hac parte ſtultius dici poſſit, Caeſare Michaële Parapinace? qui, cum poeticam nec primoribus deguſtaſſet labris, ſimulac accepiſſet rationem faciendi verſiculos, ſperauit, ſe iambos facturum aeternum duraturos: ſi vere de eo ſcribit Glycas in IV. Annal. P. 466. edit. Baſil. a. 1572. Eluſum ait a Pſello, quo magiſtro vtebatur. Eoque nomine ludibrium vterque debuerit.

3. §. *Nimirum, praeter metrum, minimum requiritur dictio non vulgaris; talis videlicet, qualis eſſe poetarum ſolet: et ea dictio debet animari ſpiritu poetico.*

Hinc Eumolpus apud Arbitrum praeclare inquit, *Sumendae voces a plebe ſummotae, vt fiat, Odi profanum vulgus, et arceo:* imo in epico carmine, vt idem ait, *per ambages, deorumque miniſteria, et fabuloſum ſententiarum tormentum, praecipitandus eſt liber ſpiritus, vt potius animi vaticinatio appareat, quam religioſae ora-*

tionis

tionis ſub teſtibus fides. Quae inprimis aduerſus Lucanum dicuntur. Sane eum hiſtoricis potius, quam poetis, adnumerari a quibusdam doctis viris ſolere, Martialis quoque epigrammate CXCIV. lib. XIV. ſatis conſtat. Seruii etiam verba ſunt in I. Aen: *Hoc loco per tranſitum tangit hiſtoriam, quam per legem artis poeticae aperte non poteſt ponere. Lucanus namque ideo in numero poetarum eſſe non meruit; quia videtur hiſtoriam compoſuiſſe, non poema.* Poſterioraque verba ex eo exſcripſit Iſidorus, Originum lib. VIII. c. VII. Similiter de eo Iornandes in hiſtoria Getica: *Lucano, plus hiſtorico, quam poeta, atteſtante.* Et Ioannes Saresburienſis, lib. II. Policratici c. XIX: *Innuit etiam poeta doctiſſimus: ſi tamen poeta dicendus eſt, qui vera narratione rerum ad hiſtoricos magis accedit* *)

4. §. *Atque vt multi ex ſolo metro male colligunt, aliquem eſſe poetam: ita contra aberrant alii, qui exiſtimant, ne quidem requiri metrum, ut poeta aliquis dicatur. Haec tamen ſententia a nonnullis ipſi tribuitur Ariſtoteli.*

Inter ceteros id facit eruditiſſimus vir, Franciſcus Robortellus. Huius igitur iudicio, ſine metro poema fuerit, ſi adſit imitatio. Vt videmus in Luciano, Heliodoro, Achille Statio, item Apuleio, Martiano Capella; etiam Vtopia Mori. Hoc quibus placet, primum vrgent, quod Ariſtoteles ἐποποιίαν fieri ſcribat, ἢ μόνον τοῖς λόγοις ψιλοῖς, ἢ μέτροις: *aut ſoluta oratione, aut metro.* Neque, inquit Robortellus, eſt, quod ambigat

*) Lege omnino *Meuſelii* Diſſertationes II. de Lucani Pharſalia, Halae 1768. Docet ibi vir celeberrimus, Lucanum, male a nonnullis habitum, vituperatumque, recte vocari hiſtoricum poetam, eiusque carmen longiſſime quidem abeſſe ab arte conſilioque Homerico; ſed orationis robur, ſoni grauitatem, cantum poetae grandiorem et ſubliminiorem, niſi in toto carmine, certe in plurimis eius partibus conſpicuum, proxime ad ſpiritum heroicum accedere. *Ram.*

gat quis, num orationem proſam per ψιλὲς λόγες ſignificet, cum ſimiliter locutus ſit libro III. Rhetoric. Hoc ſi placet, vocarit Ariſtoteles orationem pedeſtrem ψιλὲς λόγες, q. d. nudos ſermones, quia nudata ac deſtituta eſt illo aduentitio metri ornamento. Ac videtur haec ſententia et aliis poſſe adſtrui argumentis. Nam Plato quoque eodem modo locutus eſt, cum alibi, tum in ſecundo de Legibus, cum ait: λόγες ψιλὲς εἰς μέτρα τιθέντες i. e. *Nudos ſermones in metra redigentes.* Quare non mirum, ſi Ariſtoteles Socraticos ſermones, primo ab Alexamene, poſt illa a Platone ſcriptos, poematum nomine dignetur. Idem iudicium eſto de multorum epiſtolis amatoriis, proſa oratione ſcriptis. Nam vt ex Clearchi ἐρωτικῶν libro II. Athenaeus refert in decimo quarto operis ſui, καὶ τὰ Ἀσωποδώρε περὶ τὸν ἔρωτα, καὶ πᾶν τὸ τῶν ἐρωτικῶν ἐπιςολῶν γένος, γένος ἐρωτικῆς τινος διὰ λόγε ποιήσεώς ἐςιν. i. e. *Et ea, quae ſcripſerunt Aſopodorus de Cupidine, et omnes in totum amatorias epiſtolas, genus quoddam eſſe amatoriae poeſios in oratione ſoluta.* Ita enim eum locum εὐςόχως, ſeu *felici coniectura* emendabat Caſaubonus, *Lib.* XIV. *Animaduerſ. in Athenaeum* c. IX. Quanto autem magis poetis accenſeri debeant Lucianus, Heliodorus, et ſimiles, quos antea dicebamus! Quod plane aſſerit *Delrio* libro de tragoedia c. II. Et haec quidem pro Robortelli ſententia adferri poſſunt.

5. §. *At alii cenſent, Ariſtotelem nunquam agnouiſſe vllum poema ἄμετρον. Quicquid vero in contrarium adfertur, id ſubnixum aiunt vno alteroque loco male intellecto.*

Ex horum ſententia ψιλὸς λόγος ab Ariſtotele aliter in Poeticis, aliter in Rhetoricis ſumitur: in Rhetoricis ψιλὸς λόγος opponitur τῷ ἐμμέτρῳ: at in Poetica ſic dicitur oratio ſpoliata rhythmo, et harmonia: quae ſententia eſt Scipionis Gentilis, lib. II. Παρέργων c. XXIX, et Caſauboni libro II. de Satyra, c. vlt. Nempe iis ψιλὸς λόγος non ἁπλῶς,

ſiue

ſiue *ſimpliciter* eſt oratio ſoluta; ſed ea ſolum, quae vacua ſit aliqua re. Itaque nihil mirum, ſi λόγος lib. de Poetica non de proſa oratione intelligi debeat, ſed de Poetica; vtut hoc non exprimatur. Neque eſt, quod in verbis Ariſtotelis antea adductis, ἀντίθεσιν, ſeu *oppoſitionem* vrgeat quisquam; cum, ſi hos audimus, ea ibi loci nulla ſit. Nam particula ἢ correctionis, ſeu explicationis cauſa additur; quod et alias ab Ariſtotele crebro fieri, P. Victorius oſtendit. Itaque ſententia fuerit, *Nuda oratione, ſiue, vt rectius dicam, metro:* vel in hunc modum, *Nuda oratione, ſiue, vt clarius dicam, metro.* Differunt hi duo exponendi modi, quod in priori ſit ἐπανόρθωσις, ſeu *correctio*, in poſteriori ἐξήγησις, ſeu *interpretatio.* Ἐξηγήσει vero vſus ſit Ariſtoteles, quia λόγε vox late patet, cum etiam de ἀμέτρῳ, i. e. *metri experte* vſurpetur. Quare, vt Ariſtoteles oſtenderet, vſurpari a ſe λόγε vocem, quomodo et Plato ea vſus erat, pro λόγῳ ἐμμέτρῳ, ſeu *ſermone, qui metro concludatur:* eo ſubiecerit, ἢ μέτρῳ, *vel metro.* Certe eodem in libro, quod ante dixerat ψιλὲς λόγες, ἢ μέτρον, id vna voce appellat ψιλομετρίαν. Haec ſententia videtur ex ſerie etiam verborum Ariſtotelis poſſe comprobari. Nam primum enumerat ſex genera poeſios, ἐποποιίαν, τραγῳδίαν, κωμῳδίαν, διθυραμβοποιητικὴν, αὐλητικὴν, καὶ κιθαριστικὴν h. e. *Carmen epicum, tragicum, comicum, dithyrambicum, eamque poeſin, quae tibiis vtitur, ac cithara;* atque vniuerſas ait conſtare imitatione. Hinc ſimilitudinem adfert ab aliis artibus; vt ſculptura, quae ſolam figuram imitatur; pictura, quae et colorem et figuram exprimit. Subiicit, ſimiliter poeſin variare pro varietate eorum, quae imitatur. Verba eius ſunt; Οὕτω κἀν ἐν ταῖς εἰρημέναις τέχναις, ἅπασαι μὲν ποιεῦνται τὴν μίμησιν ἐν ῥυθμῷ, καὶ λόγῳ, καὶ ἁρμονίᾳ· τέτοις δὲ χωρὶς, ἢ μεμιγμένοις: *Sic in iis, quas diximus, artibus, omnes aut rhythmo imitantur, aut oratione, aut harmonia. Et his quidem vel ſeorſum, vel commixtis.*

Sicuti autem in eo hi errarunt, quod Socraticos dialogos ad metrum retulerunt, atque eo nullam agnouere epopoeiam proſaicam: ita alucinantur alii, qui putarunt; Ariſtotelem, quando ad epopoeiam, vt Socratis ſermones, ſic Sophronis mimos, refert, vtrobique proſae exemplum adferre. Eſt haec Sententia Robortelli. Sed ei impoſuit Suidas, qui Sophronis mimos ſcribit proſa fuiſſe compoſitos: cum verſibus ſcriptos fuiſſe, alibi Ariſtoteles diſerte teſtetur, et clare id oſtendant, quae ex iis Athenaeus, et Demetrius adducunt. At enim, inquiunt, nonne aperte apud Suidam de Soſitheo Syracuſano, vno ex Pleiade Tragica, ac Homeri Tragici aemulo, legimus haec verba? *γράψας καὶ ποιήματα καταλογάδην*: *ſcripſit et poemata oratione ſoluta*. Nimirum vulgati eos codices decepere. Nam plane legendum eſt, *γράψας καὶ ποιήματα, καὶ καταλογάδην*: *ſcripſit et poemata, et orationem proſam.* Quare *epopoeia* quidem Ariſtoteli tam late patet. vt comprehendat imitationem ſermonis, ſiue proſa fuerit, ſiue metro: at poeſis nonniſi ea complectitur, quae metro conſtant. Cuiusmodi fuere etiam Sophronis mimi.

7. §. *Et profecto, quomodo absque metro poema fuerit, cum eo aliquid modulis conſtringatur, vt cani poſſit?*

Vnde Hebrais poeta dicitur משורר, *meſchorer*, id eſt *cantor*, ac poema שיר, *ſchir*, hoc eſt, *canticum*: nempe a שור, *ſchur*, quod eſt, *canere*. Similiter Graecis *ἀπὸ τοῦ ἀείδειν*, canere, eſt *ἀοιδὸς*, Poeta; et *ἀοιδὴ*, *carmen*. Poetae etiam Latini *canere* ſe dicunt: Muſaeque iis *Camenae*, quae prius *Caſmenae*, et *Carmenae*; vt monitum Varroni lib. VI. *de* L. L. nempe ab antiquo *caſno*, pro *cano*: vnde et *caſmen*, quod poſtea *carmen*: quomodo *Papiſii*, *Valeſii*, *Fuſii*, *Auſeſii*; poſtea *Papirii*, *Valerii*, *Furii*, *Aurelii*: ac ex *aſa*, *Laſes*, *feſae*; *ara*, *Lares*, *feriae*; vt Fabio, Feſto, Macrobio, et Velio Longo obſeruatum: eodemque redeat, ſi forte ſimplicius videatur, ex *carnimen* eſſe *carmen*, vt a *genimen germen*.

Quae

* * * * * * * * *

Quae *Crenius* ad Caſaub. lib. I. c. I. p. 14. de *Dithyrambis* notauit, hic adiicere lubet, ne quis malae fidei nos accuſet, aut fruſtra id quaerat, quod in fine libri a nobis exhibitum iri, promiſimus. Equidem non opus erat hoc excurſu, in quo de Dithyramborum indole pauciſſima dicuntur, nec *Horatius* quidem citatur, lib. IV. Od. II. v. 9. de Pindaro dicens:

Laurea donandus Apollinari,
Seu per audaces noua dithyrambos
Verba deuoluit, numerisque fertur
Lege ſolutis.

Cur vero; exhibitis omnibus Crenii notis, hanc vnam lectoribus eripiamus?

„*Dithyrambus* dicebatur hymni genus, quod Baccho cani ſolebat. Nam quod a quodam Thebano, qui item *Dithyrambus* dictus fuerit, idque inuenerit, dictum volunt nonnulli, adprobari ſatis non poteſt. Nam ſi ſe res ita haberet, Pindarus certe ceteras inter laudes patriae ſuae hoc inuentum non tacuiſſet, quin vel magnifice extuliſſet. Nunc vero tantum abeſt, vt vnquam meminerit, ut laudem et inuentionem *Dithyramborum* potius Corinthiis diſerte adſcribat, quod et *Proclo* notatum in Chreſtomathia p. m. 8. edit. Hanouienſ. MDCXV. in 4to. *Arioni*, Poetae pariter ac Citharaedo, tribuit illos Ariſtoteles, vt ibidem auctor eſt Proclus. Eſt vero hic *Arion*, inſula Lesbius, vrbe Methymnaeus, ſeu hiſtoria, ſeu fabula de delphino vectore nobilis. Quem primum dithyrambos Corinthi docuiſſe, multo ante Ariſtotelem prodiderat Herodotus in Clio. At alii hanc gloriam adſignant *Philoxeno Cytherio*, vt auctor eſt Pindari Scholiaſtes: Carmine hic lyrico genealogiam Aeacidarum ſcripſit, teſte Suida. Sed praeterea quatuor et viginti dithyrambos reliquiſſe, idem Suidas obſeruat. Addit inter alia, quae apud eum legi malim, Euletidae fuiſſe filium, patria autem Cytherium: a Calliſtrato tamen credi, Heracleae Ponticae natum. De patria, Suidae aſſentit Iſacius Tzetzes: διάσημος ποιητὴς, Φιλόξενος ὁ Κυθήριος, ὃς διθύραμβον, ἤτοι κυκλικὸν χορὸν, ἐν Κορίνθῳ πρῶτον ἔστησεν: *inſignis poeta, Philoxenus Cytherius, qui dithyrambum ac chorum cyclicum primus inſtituit Corinthi.* Andreas Schottus, notis in Procli Chreſtomathiam, ſuperiora Tze-

tzae verba ita interpretatur, quaſi et quidam fuerit dithyrambicus poeta *Diaſemus*. Sed Philoxenus eſt is, qui διάσημος, ſiue *illuſtris* poeta nuncupatur. Meminit huius *Philoxeni* quoque Ariſtoteles in Poetica, Dionyſius Halicarnaſſeus περὶ συνθέσεως ὀνομάτων, et Zenobius Prouerbio, Οἵῳ με ὁ δαίμων τέρατι συγκατεῖρξεν, i. e. *quali me monſtro Deus hic incluſerit.* Sed quid ſibi ibidem volunt haec Tzetzae verba? Δεύτεροι δὲ Λάσσος, Λαβρίνης, Ἑρμιονεύς. Si quid video, ait Voſſius in III. Inſtitutionum Poeticarum cap. XVI. p. m. 37, librarii, vel Tzetzae manifeſtus eſt error. Nam vnus idemque eſt poeta, Λάσος Χαβρίνου Ἑρμιονεύς, i. e. *Laſus Chabrini vel Chabriae filius ex Hermione, Achaiae vrbe.* De quo vide Suidam. Sane id cum non videret doctiſſimus Schottus, loco citato ſemel iterumque ex vno tres nobis fabricat poetas, Laſſum, Labrinum et Hermioneum. De eodem ſic Clemens Alexandrinus libro I. Στρωμάτων: Διθύραμβον ἐπενόησεν Λάσσος Ἑρμιονεύς. i. e. *Dithyrambum excogitauit Laſſus Hermioneus.* Huius Laſi, ſiue Laſſi, meminit quoque Aelianus libro VII. Hiſtor. Animalium cap. XLVII. *Teleſtae* dithyrambos ab Harpalo dono miſſos eſſe Alexandro Regi, vna cum Tragicis, Aeſchylo, Sophocle et Euripide, narrat in eius vita Plutarchus. De quibus etiam tragoediae principibus, vt hoc obiter admoneam e Schotto, Ptolemaeo Aegypti Regi Alexandriam, magni muneris loco miſſis, legant Poeticae ſtudioſi *Galenum* Commentar. in librum tertium Ἐπιδημιῶν Hippocratis, vt, quo in pretio haberi debeant, hic diſcant. Fit quoque Teleſtae mentio apud *Athenaeum*, a quo Dithyramborum Scriptores hi fere nominantur: *Alcymnius Chius*, *Amphis Comicus*, *Anaxandrides*, *Chomenes Reginenſis*, *Lamprocles*, *Melanippides Mileſius*, *Philoxenus Cytherius*, et *Teleſtes*. Sane Melanippides Mileſius *Dithyramborum* reliquiſſe libros, quos et Xenophon ſit admiratus, ab aliis quoque dicitur, et Pericletes Lesbius primus concinuiſſe. *Pindarus* quoque in his excelluit, vt auctor eſt Scholiaſtes et Flaccus: ſed interciderunt omnia. *Diagoram* etiam *Melium* primum Dithyrambicum fuiſſe, Sextus Empiricus lib. πρὸς μαθηματικοὺς refert. Sic enim elegans ille ſcriptor libro VIII. Διαγόρας δὲ ὁ Μήλιος διθυραμβοποιὸς, ὥς φασι τὸ πρῶτον γενόμενος, ὡς εἴ τις καὶ ἄλλος δεισιδαίμων, ὅς γε καὶ τῆς ποιήσεως ἑαυτοῦ κατήρξατο τὸν τρόπον τοῦτον· Κατὰ δαίμονα καὶ τύχην πάντα τελεῖται.

Ἀδικη-

Ἀδικηθεὶς δὲ ὑπό τινος ἐπιορκήσαντος, καὶ μηδὲν ἕνεκα τούτου παθόντος, μεθηρμόσατο εἰς τὸ λέγειν μὴ εἶναι θεόν. Quem eo libentius graece, hoc eſt, ſua *quam aliena lingua loquentem induxi, vt videant, quanto eruditionis fructu careant, qui graecarum literarum inſcientia non contenti, ab hac etiam et abhorreant vehementer, et alios improbe deterreant*, ſubiicit doctiſſimus Schottus Notis in Chreſtomathiam Procli p. 35. — A Latinis hoc carminis genus minus fuit celebratum, etſi contrarium dicere videtur *Cicero*, in libri *de optimo genere Oratorum* principio. *Poematis tragici, comici, epici, melici etiam, ac dithyrambici, quod* magis *eſt tractatum a Latinis, ſuum quoduis eſt diuerſum a reliquis genus.* Sic enim eſt in codicibus vulgatis: ac retinet eam lectionem Adrianus Turnebus libro primo Aduerſariorum c. IV. p. m. 9, Gulielmius et Grüterus. Sed non dubium, quin verius ſit, quod *Voſſius* lib. II. Inſtitutionum Poeticarum c. I. §. 7. p. 4. et lib. III. c. XVI. §. 8. p. 89. dixit, placuiſſe Romulo Amaſaeo et Dionyſio Lambino *quod minus* (ita enim in Voſſii poſteriore loco pro *magis* eſt legendum, quod vel memoriae ipſius auctoris vitio, vel typographi irrepſit,) *eſt tractatum a Latinis.* Vel legendum, *quod minore vi:* vt ſaepius laudatus coniectat Schottus citato loco. Non audiendus igitur Ioannes Antonius Viperanus, qui lib. III. de re poetica c. XII. vulgari lectione deceptus, mirari ſe, ait, negari a nonnullis, *dithyrambos* fuiſſe in vſu Latinis, cum Cicero dicat, magis id carmen tractatum eſſe a Latinis. Nec ſolum Ciceronis aeuo, atque antea, ſed poſt etiam neglectui fuit. Hodie quidem nihil putant eiusdem extare. Meminit eorundem rurſus *Cicero* in III. de Oratore ad Quinctum Fratrem c. XLVIII. *Etenim ſicut ille ſuſpicatur, et ex illis modis, quibus hic vſitatus verſus efficitur, poſt anapaeſtus, procerior quidam numerus, effloruit; inde ille licentior et diuitior fluxit dithyrambus, cuius membra et pedes, vt ait idem, ſunt in omni locupleti oratione diffuſa.* Ceterum erat hoc carminis genus ita compoſitum, vt inuentione, dictione et numeris, a caſtigata ratione abiret longius, et miram licentiam audaciamque cum tumore quodam referret, vt non tam a ſanis et ſobriis, quam concitatis furore bacchico videretur ſcriptum Lyricis, naturamque illius dei, cuius honori dedicatum erat, imitaretur. Quare et initium inter pocula cepiſſe *dithyrambos* in ruſticorum conuiuiis et luſibus, memoratus in Chreſtomathia teſtatur his

verbis

verbis Proclus p. 9. Ἔοικε δὲ ὁ μὲν διθύραμβος ἀπὸ τῆς κατὰ τὰς ἀγρὰς παιδιᾶς, καὶ τῆς ἐν τοῖς πότοις εὐφροσύνης, εὑρεθῆναι: *Videtur dithyrambus in ruſticis luſibus inter pocula et hilaritates eſſe inuentus.* Itaque deinceps etiam in dithyrambo fuere, ut idem ibidem ait, μέθη, καὶ παιδιά, *temulentia et luſus.* Ac, vt apud Athenaeum legas lib. XIV. pag. 628. editionis Commelinianae, Φιλόχορός φησιν, ὡς οἱ παλαιοὶ σπένδοντες, οὐκ ἀεὶ διθυραμβοῦσιν, τὸν μὲν Διόνυσον ἐν οἴνῳ καὶ μέθῃ, τὸν δ' Ἀπόλλωνα μεθ' ἡσυχίας καὶ τάξεως μέλποντες: *Philochorus ait, veteres, cum libarent, non ſemper eſſe vſos dithyrambis, ſed vino madidos et temulentos, Liberum ſi patrem invocarent; ſin Apollinem, placide et ordine cecinisse.* Subiicit, deinde Archilochi illud: Ὡς Διονύσοιο ἄνακτος καλὸν ἐξάρξαι μέλος οἶδα διθύραμβον, οἴνῳ συγκεραυνωθεὶς φρένας: *Bacchi regis canticum elegans dithyrambicum auſpicari ſcio, vini fulmine percuſſa mente.* Item hoc Epicharmi in Philoctete:

Οὐκ ἔστι διθύραμβος, ὅκχ' ὕδωρ πίῃς.
Dithyrambus haud futurus eſt, ſi aquam bibas.

Hinc Prouerbium:

Διθυραμβοποιῶν νοῦν ἔχειν ἐλάττονα.
Habere, quam dithyrambici, mentis minus.

Furoris dithyrambici meminit et Proclus in Chreſtomathia, cum p 9. ait: Ἔστι δὲ ὁ μὲν διθύραμβος κεκινημένος, καὶ πολὺ τὸ ἐνθουσιῶδες μετὰ χορείας ἐμφαίνων, εἰς πάθη κατασκευαζόμενος, τὰ μάλιστα οἰκεῖα τοῦ θεοῦ, (al. τῷ θεῷ): *Eſt vero dithyrambus incitatus, et multum furoris cum ſaltatione oſtendens, atque ad ciendos affectus comparatus, inprimis eos, qui huic deo conueniunt.* Hinc et διθυραμβεῖν pro *furere.* Pluribus hoc argumentum pertractant *Iulius Caeſar Scaliger* lib. I. Poetices c. XLIV. p. 126 ſeq.; eruditiſſimus *Eraſmus Schmidius* in peculiari diatribe de Dithyrambis, quam Pindari ſubiunxit Commentario: b. *Olaus Borrichius* Diſſert. I. de Poetis §. LXIII. pag. m. 26 ſeq.„ Hactenus CRENIVS. Quibus omnibus vel hoc vnicum addo, ſcripſiſſe noſtra aetate *dithyrambos*, veterum dithyramborum ἐνθουσιασμὸν ſpirantes, Cl. *Willamouium;* cuius praefationem qui legerit, dithyramborum naturam rectius intelliget; quam ex iis, quae Crenius attulit, perſpici poteſt. *Ram.*

CYCLOPS

CYCLOPS
EVRIPIDAE
LATINITATE
DONATA
A
Q. SEPTIMO FLORENTE CHRISTIANO.

ISAACVS CASAVBONVS

CLAVDIO CHRISTIANO

FLORENTIS FILIO

S. D.

Euripideam Cyclopem latine olim a clariſſimo viro, parente tuo, verſam, et nudius ſeptimus mihi a te communicatam, eruditiſſime Chriſtiane, magna cum voluptate, vt omnia illius, legi. Quae praecipua laus in hoc genere ſcriptionis merito cenſetur, *ὄγκους καὶ πίνος τῆς ἀρχαιότητος*, et Antiquorum ſine affectatione aut damno ſententiae, aemulatio: ea laude ſic excellunt quaecunque vel de Latinis Graeca, vel Latina de Graecis, *ὁ μακαρίτης* pater tuus fecit, vt praecelſumne, et Veteribus comparandum eius ingenium, an abſolutam vtriusque linguae notitiam prius admirer, haud facile ſtatuam *). Etſi autem non ignoro, factum iri iniuriam pietati tuae aduerſus optimum parentem, et amori erga Muſas, quas ſtudioſe colis, ſi quis te in publicandis illius ſcriptis fuiſſe hactenus ceſſatorem dicat: non tamen dubitabo, vel *ἐκ περιουσίας* te conuenire, hortarique etiam atque etiam, vt communi huic ſtudioſorum voto relictis rebus quamprimum ſatisfacias. Interea vero fabulam hanc, quae, vt liquido probauimus, Satyrica eſt, cum iis, quae de genere illo Graecae poeſeos diſputamus, in lucem ſimul edere, quoniam fidei noſtrae eam permiſeras, placuit: neque tu, opinor, conſilium improbabis. Vale.

*) Florentem Chriſtianum in Epiſtolis ſaepius laudat Caſaubonus. Sic in Epiſtola ad Ioſephum Scaligerum perſcripta, qua eſt epiſtolarum Iſ. Caſauboni a. MDCCIX. Roterodami in Fol. ab Almeloueenio editarum DLX, eum vocat *virum graece et latine ſine controuerſia facundiſſimum, et rectiſſimi iudicii.* Nec non in litteris ad Dauidem Hoeſchelium datis, laude ſua ornat Flor. Chriſtianum, eundemque anteponit Apollinari, quem in Pſalterio graeco veritatem hebraicam interdum migraſſe, ſaepe etiam graecae poeſeos genium ignoraſſe dicit. Floruit autem Chriſtianus ſeculo poſt Chriſtum natum decimo ſexto, diemque ſupremum quinquagenario maior obiit a. MDXCVI. Vitam eius deſcripſerunt Sammarthanus et Niceronius. *Ram.*

Q. SEPT. FLOR. CHRISTIANI
OPERA. *)

Libri editi.

Pax Ariſtophanis latine verſa.
Philoctetes in Lemno Sophoclis.
Septem thebana Aeſchyli.
Andromacha Euripidis.
Sphaera vetus Empedoclis.
Tetraſticha graecis et latinis verſibus Pibracii.

Libri edendi,

quos habet penes ſe Claudius Chriſtianus, Florentis Filius.

Veſpae et Lyſiſtrata Ariſtophanis.
Cyclops, Bacchae, Iphigenia Taurica Euripidis.
Trachiniae Sophoclis.
Prometheus Aeſchyli.
Theocriti Idyllia, eiusdem, vel Simmiae Rhodii Ara, Securis, Alae, Ouum. Item
Muſaei Poematium. Omnia latine verſa, cum notis ad Graeca.
Pars maxima epigrammatum graecorum Anthologiae latina facta.
Apollonii Rhodii Argonaut. verſio latina cum notis.
Iliados Homeri liber primus.
Euangelium Lucae et Acta Apoſtolorum graecis verſibus, cum notis.
Liber Danielis graecis verſibus.
Aliquot Pſalmorum Dauidis graeca paraphraſis.
Eclogae Virgilii in graecum translatae.
Thebais Senecae graeca.
Homiliae X. Chryſoſtomi e graeco in latinum ſermonem translatae.
Varia poemata graeca et latina.

*) Conf. *Fabricii* Biblioth. Graec. paſſim.

EVRIPI-

EVRIPIDIS CYCLOPS
TRAGOEDIA.

Q. SEPTIMO FLORENTE CHRISTIANO INTERPRETE.

Silenus.

Te Bromie propter, quot labores haurio
Nunc, et iuuentas noſtra cum vireſceret!
Iunone primum quando agente, tu furens
Nymphas alumnas deſerebas montium;
Dein cum Gigantum dura bella praelians,
Tuis et adſtans armiger veſtigiis,
Per ſcutum adacta cuſpide Enceladum dedi
Leto. Quid? an me vana ludunt ſomnia?
Haud certe: aperta ſpolia vidit Euius.
Nunc grandiores anculo [a]) aerumnas miſer.
Nam Iuno poſtquam iniqua praedones tibi
Tyrrhenicos inuexit, vt longe viam

Ires,

a) gr. ἐξαντλῶ, *haurio. Caſaub.*

Ires, ego iſtud reſciens cum liberis
Conſcendo nauem, quaeritans te, et dirigens
Pro puppe ſumma cardinem ſeruaculi.
Pueri ſedentes remigabant, et ſalis
Spumas ruebant albicante palmula.
Tu quaeſtio illis, o here [b]), ac Maleam prope
Enauigantes plena flans in carbaſa
Apeliotes [c]) nos in hanc Aetnae ſpecum
Abiecit, in qua teſca [d]) Coclites loca
Hominum necatrix ſtirps colunt Neptunia.
Nunc vnus ex hîs ſeruitutis aſperae
Nos compotiuit, cuius in tectis ſumus,
(Polyphemus illi nomen eſt,) et impio
Greges Cyclopi paſcimus, non Bacchicos
Cantus fouentes. Iam mei pueri foris
Teneras in altis vallibus ſeruant oues.
Mihi verrere ipſa tecta et implere alueos
Iuſſum eſt, Cyclopi qui dapes nefarias
Spurco miniſtrem. Nunc neceſſe eſt, exſequi
Mandata domini, et hirpice aedes ferrea [e])
Euerrere iſtas, antra ut intret tempori
Purgata Cyclops, moxque venturi greges.
Sed ecce pueri qui greges paſtos agunt.
Quid eſt, quod adeo ſubſilitis? an et hic
Sicinnis illa eſt, qualis olim in gratiam
Saltata vobis Liberi Altheae domum,
Cum ſerta ducebatur armati chori,
Verſus canente delicatos barbito?

CHORVS

b) *ἐζήτουν σ' ἄναξ.*

c) *Ventus ſubſolanus.*

d) Vtitur eadem voce *Horatius* Epiſt. I, 14. 19. Sunt autem loca teſca, quae alias *deſerta* vocantur, *ἀντρα ἔρημα.*

e) *σιδηρᾷ ἁρπαγῇ*, *ferreis raſtris*, vertente Aemilio Porto.

CHORVS SATYRORVM.

Epodicae, Stropha.

Quo patrum praeſtantum progenies
Et foetorum ſoboles,
Quo te fers in ſcopulos?
Non dulcis hic ſtrepit aura,
Non herbae, aut gramina ſunt,
Nulli fluminum latices
Hic implent lintres prope ſpe-
    luncas, non foetus teneri
Mugiunt. Abin' ocyus? iugum
Hoc roſcidum potin' vt
Linquas? Ohe! Vel lapidem
Iaciam tibi, ni recedes
Cornipeta ſtabuli dux
Cyclopici agriuage *f*).

Antiſtropha.

Praegnates *g*) laxa mammas ouis o
Foeta, et praebe teneris,
Agni qui ſeruant thalamos *h*),
Petuntque te timidi illi
Balantes lucicubae *i*).
Quando nota ſepta repetes,
Linquens herbida iſta iuga
Aetneos intra ſcopulos.
Non enim hic Bromius, aut tripudia,
Bacchaeue thyrſigerae,

 Aut

f) Poſtremus tres verſus rectius, me quidem iudice, ita reddit *Portus.*

Reducam, reducam te caper cornute,
Ad paſtoris ſtationem montanam
Cyclopis agreſtis.

g) *turgentes*

h) i e. *ouilia.*

i) *ἁμερόκοιτοι*, *interdiu dormientes.*

Aut tympanorum vlulatus
Ad fontium aquae tubulos,
Non vini guttae virides,
Nec Nyſſa, neque Nymphae.

Epodus.

Iacchicum Iacchicum ecce
Canto carmen Cythereae,
Quam dum venaturio
Albis cum Maenadibus,
Incitus auolo. Quo dulcis
Nunc Bacche vagans
Flauos quaſſas crines?
Ego heu miniſter tuus
Addictus Cyclopi
Seruio luſco,
Triſtis inerrans, pellemque hanc
Indutus, tui eheu
Moerens diſſidium [k]).

Silenus.

Tacete, pueri, ſcrupeosque in fornices
Famulos iubete inigere compaſtum pecus.

Chorus.

Ite ergo: ſed quid iſta ſic ſatagis [l]) pater?

Silenus.

Scapham Pelaſgam cerno ad oram littoris,
Aptosque remis principes cum exerciti
Ductore ad iſtud currere antrum, inania
Ceruice vaſa qui ferunt et vrceos
Laticis capaces: victum egeni quaeritant.
Eheu miſellos hoſpites, qui neſciunt,
Inhoſpitale quale tectum eſcenderint,
Polyphemus et quam ſit ferus. Mala alite

Homi-

k) σᾶς χωρὶς φιλίας.
l) σπουδὴν ἔχεις.

Hominum voraces qui petunt Cyclopicas
Malas. Silete, quo ſciamus, qui genus,
Vnde applicarint rupis Aetneae iuga.

Vlyſſes.

Monſtrate, ſultis m); hoſpites, qua fluminis
Poſſimus nuda nunc ſitim reſtringuere,
Aut vnde nautae praeſtinemus indigi
Cibos. Quid hoc rei? ecquid hoc Bacchi oppidum eſt?
Satyros ad antra ſaltitantes intuor.
Saluere primum aetate maiorem volo.

Silenus.

Salue Hoſpes et tu, effare patriam et genus.

Vlyſſes.

Ithacus Vlyſſeus, Rex Cephalleni ſoli.

Silenus.

Noui virum argutum n), et acre Siſyphi genus.

Vlyſſes.

Ille ipſe ſum, ſed abſtine a conuitiis.

Silenus.

Vnde ergo tandem acceſti in oram Sicelin?

Vlyſſes.

Ex Ilio alta et Troicis laboribus.

Silenus.

Viam ad penates neſciebas patrios?

Vlyſſes.

Huc me procellae pepulere ingratiis.

Silenus.

Papae! Ergo ſortem ſuſtines parem meae.

Vlyſſes.

An hucce nolens tu quoque aſportatus es?

Silenus.

Sectans latrones auehentes Liberum.

m) *ſi vultis.*
n) *loquacem*, ἄνδρα κρόταλον.

Vlyſſes.

Quaenam iſta regio eſt? Qui viri terram incolunt?

Silenus.

Trinacriae Aetna culmen excelſiſſimum.

Vlyſſes.

Vbi oppidum et turrita praeſimuria o)?

Silenus.

Deſerta tantum ſaxa tellus haec habet.

Vlyſſes.

Hominesne tesqua inculta vel ferae tenent?

Silenus.

Colunt Cyclopes antra, non ſtructas domos.

Vlyſſes.

Quis iura dat? num populus imperii capax?

Silenus.

Gens barbara iſta eſt, neminique obnoxia.

Vlyſſes.

Seruntne dona Cereris? aut quis victus eſt?

Silenus.

Viuunt ouilla carne, lacte, caſeo.

Vlyſſes.

An et fruuntur flore Bacchi viteo?

Silenus.

Minime: etenim ſunt incolae ingrati ſoli.

Vlyſſes.

Suntne iſti amantes hoſpitum et ſancte pii?

Silenus.

Vt qui p) ſuaues ferre carnes autument.

Vlyſſes.

Quid ais? an hi veſcuntur humana dape?

Silenus.

Mactatur hoſpes, quisquis hucce venerit.

Vlyſſes.

o) gr. πόλεως πυργώματα.

p) *quos.* Al. *Dulciſſimas dicunt carnes hoſpites ferre.*

Vlyſſes.

Vbi ille Cyclops dirus eſt? an intus eſt?

Silenus.

Foris eſt ad Aetnam, vbi catulis captat feras.

Vlyſſes.

Fugam ut paremus, ſcin' quis expediat modus?

Silenus.

Clam me eſt Vlyſſeu. Dic modo, adiurim libens.

Vlyſſes.

Far vende nobis, noſtra quae penuria eſt.

Silenus.

Nos tantum habemus carnem, vt ante diximus.

Vlyſſes.

Dulce certe eſt et hoc famis ſolatium.

Silenus.

Acremque caſeum atque lacte bubulum.

Vlyſſes.

Proferte: nam lux aequa mercimoniis.

Silenus.

Quantum rependes auri in iſtam gratiam?

Vlyſſes.

Nullus fero aurum, ſed liquorem Liberi.

Silenus.

Dulces amores, queis caremus tamdiu!

Vlyſſes.

Dei propago poculum hoc dedit, Maron.

Silenus.

Quem nempe puſum q) quondam in vlnis ſuſtuli.

Vlyſſes.

Bacchi ille natus, vt ſcias diſertius.

Silenus.

Teneſne, quaeſo, an nauis in foro latet?

Vlyſſes.

Hunc celat vtris iſte, quem vides, ſenex.

q) παῖδα.

Silenus.

Non eſt, vt iſtam implere maxillam queat?

Vlyſſes.

Bis tantidem auget, quantum ab vtre fluxerit.

Silenus.

Fons nempe pulcher et mihi gratiſſimus.

Vlyſſes.

Vin' experiri primulum guſtum meri?

Silenus.

Iure iſtud inquis. Guſtus emtorem vocat.

Vlyſſes.

Iam poculum ecce profero, atque vtrem ſimul.

Silenus.

Fac, vt recorder: en recludens concute r).

Vlyſſes.

Eccum.

Silenus.

Papae! Venuſtus huic ineſt odos.

Vlyſſes.

Tibine viſus?

Silenus.

Non, ſed olfactus modo.

Vlyſſes.

Nunc guſta, vt iſtud ne aeſtimes verbis tenus.

Silenus.

Babae, Euius me ſaltitare volt. Ha! ha! ha!

Vlyſſes.

Adeone fauces ille turbauit tuas?

Silenus.

Vt vsque ad vngues vltimos defluxerit.

Vlyſſes.

Praeter merum iſtud, aureum nummum dabo.

Silenus.

Faceſſat aurum, tu modo vtrem ſoluito.

Vlyſſes.

r) Port. *Age, excutias, vt, cum bibero, recorder, ac ſciam, quale ſit.*

Vlyſſes.

Et caſeos efferte, tum foetus nouos.

Silenus.

Faciam, nec hilum heri minas curauero,
Paratus, vno Liberi vel poculo
Mutare Cyclopum omnium armenta et greges,
Et iacere ab alta Leucadis rupe in mare,
Hilaris remiſſa fronte, vino ſaucius.
Qui potus haud laetatur, inſano aſſidet.
Quin tum libido tenſa gaudet ſurgere,
Mammasque tractat, atque laſciua manu
Saltum paratum affectat et ſaltat lubens,
Obliuioni dans mala. Hunc exoſculans
Merum liquorem, iubeo flere barbarum
Cyclopa, et orbem, fronte quem torua gerit.
Adesdum Vlyſſeu: nempe paucis te volo.

Vlyſſes.

Fas eſt amicis ut cum amicis colloqui.

Silenus.

Troiamne vos Helenamque cepiſtis manu?

Vlyſſes.

Et vniuerſam euertimus Priami domum.

Silenus.

Ergo hanc receptam vos puellam feminam
Omnes viciſſim depſuiſtis s)? Nam virûm
Ambibat illa plurimorum nuptias,
Patriae virique proditrix, quae cum Parin
Pictis videret crura amictum Perſicis,
Monile collo qui gerebat aureum,
Amore perdita Menelaum deſerit,
Homuncionem illum optimum. „Vellem, omnibus
„Omnes periiſſent feminae, praeter mihi.„
En iſta nutrimenta paſtorum cape,
O rex Vlyſſe, augmenta balantis gregis,

s) gr. διεκροτήσατ᾽. Port. *ſubagitaſtis.*

Lactiſque preſſi et caſeorum copiam.
Aufferte numero et ocyus faceſſite,
Bacchique donis gratiam rependite.

Vlyſſes.

Hei mi! Ille Cyclops en! adeſt. Quid facto opus?
Senex! periimus. Qua fugam parabimus?

Silenus.

Intra petram iſtam vos latebitis facul.

Vlyſſes.

Malum graue inquis, currere intra retia t).

Silenus.

Nihil pericli. Effugia multa habent petrae.

Vlyſſes.

Non ſic abibit. Hoc doleret Ilio,
Si nos homo vnus territet, qui ſaepius
Vmbone clypei mille repulimus Phrygas.
„Aut vita noſtra priſtinum ſeruet decus,
„Aut, ſi occubandam eſt, occubemus fortiter.

Silenus.

Omitte! Da! Quid tergiuerſaris? quid eſt?

Cyclops.

Quid iſta volt bacchatio? Haud hic Euius,
Haud tympanorum plauſus, aut ſiſtra aerea.
Nouella in antris quid mihi foetura u) nunc?
Matrumne ſugunt vbera? an premunt latus?
Preſſumne fiſcos lac repleuit iunceos?
Quid dicitis? Quid autumatis? Forſitan
Plorabit aliquis x). Ora ſurſum tendite!

Silenus.

En! Nos ad ipſum extollimus oculos Iouem,
Et aſtra video et Oriona fulgidum.

Cyclops.

Structumne rite eſt et paratum prandium?

Silenus.

t) *in plagas euadere.*
u) *agit?*
x) Port: *Mox veſtrûm quis hoc ligno lacbrimas emittet.*

Silenus.

Praeſto eſt. Vide, vt ſis apparato gutture.

Cyclops.

Quid? ſuntne mulctô plena laete cymbia y)?

Silenus.

Vt, ſi volente ſit tibi, potes z) cadum.

Cyclops.

An eſt ouillum, an bubulum, an promiſcuum?

Silenus.

Quod adlubeſcat, dum me ne bibas modo.

Cyclops.

Nunquam hoc futurum eſt. Namque ventre in intimo
Veſtri enecarent me modi ſaliſubſuli.
Hem! Quae iſta turba eſt ad ſtabula, quam conſpicor?
Abigei a) in hoc venêre, vel fures ſolum.
Videoque ab antris vimine intorto meis
Agnos, quibus ſunt colligata corpora;
Et lacte plena vaſa; tum caluum ſenem,
Contuſa plagis ora cui protuberant.

Silenus.

Proh! Volneratus febrio b) infelix. Eheu!

Cyclops.

Quis, vetule, pugnis contudit tuum caput?

Silenus.

En quos c), quod iſta aufferre nullus ſiuerim.

Cyclops.

An neſciebant, me Deum et Diis proſatum?

Silenus.

Dixi quidem; ſed obtulêre pecuniam,

Ac

y) *κρατῆρες.*
z) *ebibas, ὥς᾽ ἐκπιῶν.*
a) gr. *λῃσταί*
b) gr. *πυρέσσω, febricito.*
c) gr. *ὑπὸ τῶν, ab bis* fui percuſſus.

Ac me eſitarunt non ſinente caſeos,
Agnosque ſuſtulére. Quin et triplici
Vincto numella interminabantur tibi
Per vmbilicum [d]) expectoraſſere ilia,
Et preſſa flagris terga verberaſſere:
Hinc te reuinctum, et nauis iniectum foris,
Ad onera quaeuis baiulanda vendere.

Cyclops.

Ita ergo verum eſt? Numero [e]) abi et ſeceſpitas
Mihi redde acutas, ligneisque faſcibus
Suppone flammas, vt ſtatim mactem hoſpites,
Stomachum latrantem qui impleant viuo ſuper
Carbone, calidam qui dapem facit popae.
Partem in lebete coctam et elixam volo:
Nam me ferinae iamdiu taedet dapis,
Nimis leoninae atque ceruinae ſatur.,
Humana pridem non cibant me funera.

Silenus.

Deſueta ſemper fercula, o Cyclops here,
Sunt dulciora. Nempe factum eſt iamdiu,
Cum nullus antris hoſpes acceſſit tuis.

Vlyſſes.

Cyclops! viciſſim et hoſpites nunc audias.
Victum ſtudentes merce nobis quaerere,
E naue noſtra ad antra venimus tua.
Hic illico agnos pro meri mercatus eſt
Cratere, et hauſto poculo nobis dedit
Volens volentibus, nec vlla vis fuit.
Nam quae eſt locutus, falſa ſunt et perpera,
Clam deprehenſus vendidiſſe res tuas.

Silenus,

Egone? Dii te perduint!

Vlyſſes.

ſi mentior.

Silenus.

d) gr. κᾶτα τὸν ὀφθαλμὸν μέσον.
e) gr. ὡς τάχισ᾽.

Silenus.

Teſtor parentis numen, o Cyclops, tui.
Tritona teſtor maximum atque Nerea.
Teſtor Calypſo Nereique filias,
Sacroſque fluctus, tum omne piſcium genus.
O mi herule, Cyclopiſce, mi formoſule,
Ne crede. Nunquam vendidi hoſpitibus tua.
Si fallo, chara pereat haec ſoboles mihi.

Chorus.

In te expetunt haec. Vidi ego hoſpitibus prius
Haec te ipſa commutantem. Ita eſt. Pereat pater,
Si falſa dico: at hoſpites ne laeſeris.

Cyclops.

Mentimini omnia: hunc enim ſpero ſenem
Rhadamante multo iuſtiora proloqui.
Lubet rogare. Vnde enataſtis, hoſpites?
Quae patria? quae vos educauit ciuitas?

Vlyſſes.

Genus Ithacenſe eſt; Ilioque diruta,
Vento marinis intonante fluctibus,
Detruſi in oras adſumus tuas, Cyclops.

Cyclops.

Heleneſne raptus qui ſecuti adulterae
Troiam petiiſtis, quae Scamandro proxima?

Vlyſſes.

Ipſi, labores qui graues anclauimus f).

Cyclops.

Proh! quam pudenda militia! cum feminae
Vnius ergo nauigaſtis ad Phrygas.

Vlyſſes.

Deus iſta fecit: neminem incuſaueris.
At te, o marini clara progenies dei,
Oramus ore ſupplicantes libero,
Nolis amicos, antra qui tua applicant,
Occidere, impieque malis mandere,

Qui

f) *exhauſimus, tolerauimus*, gr. ἐξηντληκότες.

Qui tot parenti templa poſuimus tuo,
O rex, et aras in frequenti Graecia.
Sacer integerque Taenari portus manet,
Maleaeque ſumma columina, atque Sunii
Diuae Mineruae petra ſtat ſubcandida,
Geraeſtiumque aſylum: et ipſi barbari
Nullum imputabunt Graeciae probrum Phryges [g]).
Quam gloriam et tu fac tuam: nam Graeciae
Habitas receſſus ſub iuga Aetnae flammea.
Mortalis vtque lex iubet, feros loci
Mores relinque, animumque mitem concipe [h]),
Vt ſupplicantes hoſpitalis naufragos
Sub tecta capias, veſtibusque indulgeas,
Non fixa magnis membra verubus inſtruens,
Latrantem vt aluum et guttur expleas tuum.
Sat regna Priami hauſere Graii ſanguinis.
Sat hoſticus vaſtauit enſis, feminas
Orbans maritis, atque matres filiis:
Canosque patres ſat dedit. Nunc ſi cremas
Vorasque, Martis queis pepercit alea,
Vbi tuta ſedes? Sed mihi crede, o Cyclops,
Inſanientis aufer hunc gulae inpetum.
„Pius eſſe malis, quam impius: nam plurimis
„Inhoneſta magnum lucra conciliant malum.

Silenus.

Mihi es monendus, ne quid huius carnium
Prorſus relinquas, quippe ſi momorderis
Linguam, diſertus et loquax [i]) Cyclops eris.

Cyclops.

O homule, Plutus eſt deus ſapientibus
Decora verba cetera et ſtrepitus puta.
Arces marinas, quas meus ſtatuit parens,

Nihil

g) vel, *Graeciae non ferenda probra, Phrygibus non condonauimus.*

h) gr. εἰς λόγους ἀποστρέφου, *ad colloquium te conuerte.*

i) gr. λαλίστατος.

Nihil moror. Quid iſta verbis efferam?
Nec contremiſco, o hoſpes, ad fulmen Iouis:
Praeſtantiorem hunc nec puto prae me deum.
Nihilque curo cetera. Hoc cur autumem,
Audi. E ſupremo cum aethere imbrem funditat,
Tum rupi in iſta denſa habens tentoria,
Aſſumque vitulum epulatus aut aliquid ferum,
Iacens ſupino ventre, lactis ſeria
Pota [k]), ſatur pertundo pallium, et ſonis
Certans meis contra Iouis tonitrua.
Aquilo deinde cum ſpuit [l]) canas niues,
Spoliis ferarum tum meum caput [m]) tegens,
Focumque flammis exſtruens, ſic negligo [n]).
Terram neceſſe eſt, ſeu velit, ſeu non velit,
Herbas ferentem, impinguet vt meum pecus.
Mihi inde ſoli ſacra patrans offero,
(Nulli deorum,) iſtique ventri maximo [o]).
Totis diebus edere, potare affatim,
Hoc eſt Iouem eſſe, humana ſi quid mens ſapit:
Nec ſe dolore macerare. Vapulent [p]),
Mortalium qui ſimplicem vitam prius
Variare fixis inſtituerunt legibus.
Nec deſinam vsque facere meo animo volup,
Et te vorare. Munera hoſpitalia
(Ne culper,) haec ſunt, ignis et patrius lebes,
Qui bulliente membra veſtra [q]) murmure
Pulcre tenebit. Ite nunc intro, et deo
Stabuli iocos parate, dein epulas mihi.

Vlyſſes.

k) gr. *ἐπεκπιὼν γάλακτος ἀμφορέα.*
l) *fundit*, *χέῃ.*
m) gr. *σῶμα.*
n) *χιόνος οὐδὲν μοι μέλει.*
o) gr. *τῇ μεγίστῃ γαστρὶ τῇδε δαιμόνων.*
p) gr. *κλαίειν ἄνωγα.*
q) gr. *σὴν σάρκα δυσφόρητον*, *ponderoſam carnem.*

Vlyſſes.

Heu! Heu! Labores troicos euaſimus
Saeuumque pelagus; nunc cor applicauimus
Hominis nefandi importuoſum, inhoſpitum.
O Pallas! o regina, progenies Iouis!
Succurre quaeſo. Troicis anguſtiis
Maiora longe inuenimus diſcrimina.
Haec tu, micantium ſiderum ſedes tenens,
Vide, hoſpitalis Iuppiter. Nam ni vides,
Fruſtra arbitramur te Deum, qui nil ſies.

MONOSTROPHICA.

Chorus.

Lati gutturis tui, o Cyclops,
Acuta labra ſunt: parata nam tibi
Toſta caro aſſaque nunc ſatis igne carbonum,
Scindas edasque membra, age, hoſpitum
Tepida, in pelle ſacruficata caprae.
Vah! ne ſcinde mihi [r]).
Feras, rogo, vnus vnico ratis ſcapham.
O vale aula! Viuite antra!
Vos valete ſacra, quae
Patrat impius, heu!
Vorans homines Cyclops
Ex Aetna, hoſpitibus
Tremendus, ille ſanguinem
Humanam adulans [s]) corde
Ah! fero nimis, ſuae
Peregrinos mactat aduenas domi:
Scindit, mandit corpora cocta epulans
Hominum horribili
Rictu, e carbonibus calentia.

IAMBI.

r) gr. *μή μοι, μὴ προδίδε.*
s) gr. *ξενικῶν κρεῶν κεχαρμένος βορᾷ*, *qui hoſpitum carnibus vorandis delectatur.*

IAMBI.

Vlyſſes.

Proh Iuppiter! Quam diritatem vidimus
Patratam in antris. Dicta vix facient fidem,
Hominum nec apta moribus, ſed fabulis.

Chorus.

Quid eſt Vlyſſeu? Num tibi charos Cyclops
Comites, nefandus deuorator, perdidit?

Vlyſſes.

Duo prehendit corpora, et manibus tulit,
Quae pinguiora et habitiora viderat t).

Chorus.

Miſelle! quonam facinus hoc factum eſt modo?

Vlyſſes.

Vbi hoc petroſae aſcendimus terrae ſolum,
Accendit ignem primitus; lato foco
Truncata quercus robora altae ſubiicit,
Quantum tria olim plauſtra vix ferant onus.
Deinde frondes ſternit abiegnas humi,
Satuitque pronus propter ardentem focum.
Cratera lacte tum coronat candido,
Vitulasque mulget: is decem crater fere
Eſt amphorarum. Ederae prope apponit ſcyphum,
Tres latum ad vlnas, et profundum ad quatuor.
Hinc aes lebetis ſubdit igni, vt ferueat,
Veruaque deinceps ſumma Volcano admouet,
Non falce, ſed polita Rhamni ſtipite u).
Aetnea vaſa deinde victimaria,
Securibus dolata, vbi orciuus coquus
Cuncta apparauit, hoſtis infeſtus Deum:
Duos prehendens ex meis ſodalibus,

Mactat

t) gr. οἳ σαρκὸς ἆχὸν ἐντρεφέστατον πάχος.
u) gr. παλιούρου κλάδῳ.

Mactat quaſi in numerum x); hunc quidem
intra aheneum
Iugulat lebetem; illum e pede ad collum rapit,
Frangensque acutum ad rupis vnguem y), limina
Spargit cerebro, et enſe carnes diſtrahens,
Lucentem ad ignem torret, et partem artuum
Coquendam aheno tradit. Interibi miſer
Ego flens Cyclopi ſubminiſtrabam popae.
Trepidi latebant ceteri, vt pulli alites
Spelunca in ima; exſanguis his erat color.
Vbi ſe meorum expleuit impia dape,
Grauemque ab ore eructat halitum cubans,
Virtute Diuûm haec machinor z): ſcyphum mero
Maronis implens, praebeo illi, vt hauriat,
Haec verba fatus: Orte Neptuno Cyclops,
Age, experire, quale vites Graeciae
Nectar tulerunt, dulce Bacchi gaudium.
At ille foetus a) impudente ferculo
Accepit, vno ſpiritu hauſit impiger,
Laudatque, et alte ſuſtulit manum, inquiens:
Bonum dediſti poſt bonas potum dapes,
Dulciſſime hoſpes! Atque ſic laetum videns,
Calicem regeſſi denuo, haec mecum putans:
Hunc ſauciabit Bacchus ad poenas vocans.
Iam coeperat cantare, cum ſuper ingerens
Calicem ſuperque, ardere cogo viſcera
Potu frequenti: at ille, dum plorant mei,
Inconditum cantillat; huic reboant ſpecus.
Tacite hinc regreſſus, me teque, ſi voles,
Saluom dare opto. Dicite, ecquid barbarum
Effugere monſtrum voltis, et Bacchi ſacra
Celebrare rurſus atque Nympharum choros.

Iam

x) gr. ῥυθμῷ τινὶ, *numero quodam* et ritu.
y) i. *angulum.*
z) gr. εἰσῆλθέ μοι θεῖον.
a) gr. ἔκπλεως ὢν.

Iam veſter intus iſta laudauit pater;
Sed languet ille debilis, vino madens,
Vinctusque viſco Liberi, alis haeſitat,
Tu, quem iuuenta roborat, mecum incipe
Nunc ſoſpitari; recipe priſtinum tuum
Dionyſum, amicum, iſti Cyclopi diſparem.

Chorus.

O ſi viderem, vir bone, optatam diem,
Cyclope quae nos liberet ſacerrumo!
Dulci caremus iamdiu ſiphunculo
Iacchi: at iſtinc exitus nullus patet.

Vlyſſes.

Aduerte iam nunc, quo modo hoc hominis ſcelus
Vlciſcar, vnde ſeruituti te extrahas.

Chorus.

Age, fare. Nam nec audiam libentius
Citharam Aſianam, quam Cyclopa mortuum.

Vlyſſes.

Fratrum Cyclopum iturus ad conuiuium eſt,
Gauiſus iſta potione Bacchica.

Chorus.

Teneo, cupis mactare concinno impetu
Solum repertum, aut praecipem e ſaxis dare.

Vlyſſes.

Nil tale; ſed doloſa machinatio eſt.

Chorus.

Quaenam illa? Nam te cautum et aſtutum ferunt.

Vlyſſes.

Suaſurus, iſtud ne petat conuiuium,
Dicam, expedire, vt ſolus hôc potu fruens
Vitam ſuauem degat, haud Cyclopibus
Impertiatur. Cumque ſomnos duxerit
Vino ſepultus, grandem oliuae ſtipitem
Intus prehenſum, hoc enſe ſpicatum imitus,
Demittam in ignem, et cum praeuſtum videro,
Trudam locatum fronte ſub Cyclopica:

Mediumque terebrans igne lumen eruam.
Quod fabricator nauis expertus ſolet,
Geminis habenis dum terebram dirigit:
Sic in Cyclopis luminoſis vultibus
Torrem rotabo, et excauabo pupulas.

Chorus.

Io! Io! Inuenta laudo, et laetor inſanum in modum.

Vlyſſes.

Mox te et ſodales et ſenem imponens rati
Properans gemella palmula hinc abduxero,

Chorus.

Licebit ergo, (quod deûm luſtralibus
Sacris ſolemus,) oculicidam ſumere
Torrem? Adiuuare prorſus hanc caedem volo.

Vlyſſes.

Hoc torris iſte poſtulat grandiſſimus [b]).

Chorus.

Centum eſſedorum ferre pondus nec grauer,
Oculum vt Cyclopis perdite execrabilis
Fartim obteramus, ceu crabronum examina.

Vlyſſes.

Vos nunc ſilete, cum doli eſtis conſcii.
Quae deinde iuſſo, tum architectis [c]) ſedulo
Parete, amicos quippe cum reliquerim
Sub antra, ſolum me piget ſeruarier:
Egreſſo ab illis ſit licet facilis fuga.
Sed non honeſtum eſt fas nec aequum, vt deſerens
Comites amicos, ſolus effugiam malum.

ANAPAESTI.

Chorus.

Age, quis primus, quisue ſecundus
Ordine, torris remigium ferens,

In

b) *grauiſſimus* gr. *μέγας δαλός.*
c) i. e. *huius doli auctoribus.*

In Cyclopis medios adigens
Vultus, penitum ruet orbem d)?

SEMICHORVS.

Intus canens.

Muſſa! muſſa e)! Scilicet ebrius
Numeros modulans valde inamoenos
Laeuus ſiticen, flere paratus,
Scrupea gradiens tecta relinquit.
Age, cantantes erudiamus
Hoc rude pectus.
Certum eſt, illum fore caecum.

ANACREONTICA.

Animi beatus is, qui
Latices ſuauis uvae
Bibit, Euioque patrat
Vitulante ſacra cantu,
Puerum fouens tenensue
Meretriculam capillis;
Bono odore vnguine nardi
Nitidus. Sed loquitur. Quis recludet?

Cyclops.

Pa pa pae f)! Satur Lyaeo,
Hilaris cibo et liquore,
Oneraria vt carina
Tabulata ad vsque ventris
Gemmo ſumma. Vere pulcro
Epulas Cyclopum adibo,
Bona nam cortis aget me.
Agedum huc, hoſpes, ſiſte mihi vtrem.

d) gr. λαμπρὰν ὄψιν διακναίσει;
e) gr. σίγα, σίγα.
f) Port. *Quo, quo, quo feror?*

Chorus.

Oculis ſuaue cernens
Viden', vt domum relinquit?
Aliquis deus colit nos.
Decor at tuus nitentes
Superat faces, et intra
Thalami antra, bella Nympha es.
Varii tamen colores
Caput ex floribus ambient iſtud.

I A M B I.

Vlyſſes.

Cyclops age, audi! quippe noui funditus
Bonum hunc Iacchum, quem propinaui tibi.

Cyclops

Quis iſte Diuus, quem vocatis Liberum g)?

Vlyſſes.

Magnus profecto ad laeta vitae commoda.

Cyclops.

Ego igitur iſtum laetus eructo deum.

Vlyſſes.

At neminem ille laedere ex animo ſolet.

Cyclops.

Cur vtrem habere pro domo deum iuuat?

Vlyſſes.

Qua collocabis, inde ſe facilem dabit.

Cyclops.

Sub pellibus non decet cubare deos.

Vlyſſes.

Modo hic voluptas, nil amari in peſcia eſt h).

Cyclops.

Odi quidem vtrem, at poculum iſtud diligo.

Vlyſſes.

g) vel, *iſtum Lyaeum dic mihi an ferunt deum?* CRKN.
h) gr. τί δ' ἅ σε τέρπει γ'; ἢ τὸ δέρμα σοι πικρόν; *Quid vero? ſi te vinum delectat, an pellis te offendit?*

Vlyſſes.

Ne deſere ergo, quin bibe audacter, Cyclops.

Cyclops.

Potum hunc ſuauem fratribusne impertiar?

Vlyſſes,

Solus potitus plus honoris auferes.

Cyclops.

Sed dans amicis audiam vtilior meis.

Vlyſſes.

Bella atque rixas inuehit conuiuium.

Cyclops.

Large bibamus, nemo me taxit tamen.

Vlyſſes.

Heus tu, domi eſſe conuenit potum probe.

Cyclops.

Qui potus epulum non adit, nullus ſapit.

Vlyſſes.

Sapiens ſed ille eſt, qui manet domi ebrius.

Cyclops.

Siléne, quid agam? Cenſen', vt maneam domi?

Silenus.

Cenſeo, nec alios quaere conuiuas tibi.

Cyclops.

Nempe herba floret grandior, humum veſtiens.

Silenus.

Quin vrit aſſus aeſtus, et bibere expedit.
Accumbe nunc reſupinus, atque hic adſide.

Cyclops.

Ecce, quid iſtum pone me ſcyphum locas?

Silenus.

Ne forſan illum vindicet quis.

Cyclops.

Scilicet.
Potare furtim poſtulas. Age, effer huc!
Tu nomen, hoſpes, fare, quo te nuncupem.

Vlyſſes.

Nullus [i]: ſed ecquam gratiam a te iniuero?

Cyclops.

Epulabor omnes poſt ſodales te ultimum.

Vlyſſes.

Bellum redhoſtis hoſpiti munus [k], Cyclops.

Cyclops.

Heus tu, quid audes? Clanculum vinum bibis?

Silenus

Imo intuenti bellulum [l] fert oſcula.

Cyclops.

Plorabis, vt qui non amans te vinum ames.

Silenus.

Quidni autem amet, cum pulcrum amare me inquias?

Cyclops.

Infunde, plenum da mihi ſolum ſcyphum.

Silenus.

Qui, quaeſo, mixtum eſt? Viderimus obſecro.

Cyclops.

Vah enicaſſis [m], ſic volo.

Silenus.

Haud certe prius,
Quam tibi coronam videro et guſtauero.

Cyclops.

Iniuſtus es pincerna.

Silenus.

Sed dulce eſt merum.
Abſtergere expedit, facilius ut bibas.

Cyclops.

i) οὔτιν, quaſi diceres, *neminem me vocant.*
k) gr. *καλόν γέρας δίδως.*
l) gr. *ὅτι καλὸν βλέπω.*
m) gr. *ἀπολᾶς, peribis, perdes te.*

Cyclops.

En labra pura. En vndique exterſi pilos.

Silenus.

Cubitum decenter apta et ordine: ita bibe,
Vt me bibentem, nec bibentem conſpicis.

Cyclops.

Hem! Quid facis tu?

Silenus.

Amyſtin, inquam, ſuauiter n).

Cyclops.

Pateram cape hoſpes, et miniſtra nunc mihi.

Vlyſſes.

Ergo arguetur vitis ex mea manu.

Cyclops.

Age, ingeras nunc.

Vlyſſes.

Ingero. Sileas modo.

Cyclops.

Vix faciat iſtud, qui adfatim potauerit.

Vlyſſes.

En, ſume et hauri: reliquum nil feceris.
Tacentem oportet potione inemori.

Cyclops.

Papae! Suaue vineae lignum ſapit.

Vlyſſes.

Sin potum adaxis plurimum ad multas dapes,
Siccumque ventrem maceres ſic, dormias o).
Sin quid relinques, ſiccum Iacchus deſeret.

Cyclops.

Io! Io! Vix enataui, purima iſta gratia eſt p).

V 5 Coelo

n) gr. ἡδέως ἠμύστισα. Port. *ſuauiter exhauſi vno impetu.*
o) gr. εἰς ὕπνον βαλεῖς, *in ſomnum te coniicies.*
p) gr. ἄκρατος ἡ χάρις.

Coelo videtur terra commiſcerier.
Videre videor ſidera et ſolium Iouis,
Coeleſtiumque numen omne daemonum.
Si Gratiae me nunc rogent, non oſculer.
Catamitus iſte mi ſat eſt q), qui praeferam
Pueros tenellos feminarum amoribus.

Silenus.

Ego namque, Cyclops, ſum ille catamitus Iouis.

Cyclops.

Quem certe ab Ida Dardani raptum fero.

Silenus.

Pueri! extimeſco, dura ne forſan feram.

Chorus.

Accuſa amantis ebrii laſciuias.

Silenus.

Heu, heu, ſopori forſitan graui r) dabor.

Vlyſſes.

Agite, o propages Liberi, generoſa gens,
Homo iſte ſomno praepeditus, forſitan
Cruenta fruſta e faucibus diris vomat.
Torris vapore fumat intus flammeo,
Ad hoc paratus, vt Cyclopis perforet
Lumen ſepultum: ſed vide, vt iam vir ſies.

Chorus.

Adamantis atque rupis obtinebimus
Robur; ſed intro vade, ne infirmus malum
Pater reperiat: cetera haec curabimus.

Vlyſſes.

Volcane, Rex Aetnaee, vicini improbi
Poſt lumen vſtum et erutum, abſiſtas rogo s).

Tuque,

q) gr. ἅλις Γανυμήδην τόν δ' ἔχων, ἀναπαύσομαι. Port. *Quieſcam, contentus iſto Ganymede.*
r) gr. πικρότατον ὕπνον ὄψομαι τάχα.
s) gr. ἀπαλλάχθητ' ὅπως.

Tuque, o nigrantis Somne noctis vinnule t),
Mere et profunde viſita immanem feram,
Nec Troicorum poſt malorum turbines,
Perdendum Vlyſſem cum ſuis nautis date
Monſtro, quod homines temnit, atque omnes deos.
Aut credere aequum eſt, eſſe fortunam Deam,
Vis cuius ipſis maior antiſtat Deis.

SYSTEMA.

Chorus.

Apprehendam valenter
Colla dura forcipe
Hoſpitum crudiuori
Gumiae, cadent
Igne pulſa lumina.
En iam ſtipes igneus calens
Contegitur cinere,
Stolo roboris ingens u)
Sed ſuum Maron
Nunc opus perficiat,
Atque oculum perimat
Cyclopis, vt bibat male.
Aſt gaudentem ederâ Bromium
Ego amabilem videre poſtulo,
Et ſolum Cyclopa linquere.
Tantone gaudio fruar?

Vlyſſes.

Satyri ſilete! per deos quieſcite!
Componite oris neruias! Quin neminem
Nuſtare, flare, conſecrare hic ſiuerim,
Vt ne excitetur haec lues, donec feros
Viſus Cyclopis ignis exturbauerit x).

Chorus.

t) gr. μελαίνης νυκτὸς ἐκπαίδευμα.
u) gr. δρυὸς ἄσπετον ἔρνος.
x) *expugnauerit.* CREN.

Chorus.

Tacemus, aëra exedentes faucibus.

Vlyſſes.

Intro eſt eundum, brachiisque ſtipitem
Ductare tempus, ſat calentem et igneum.

Chorus.

Ergo imperabis, atque primos deliges,
Qui vecte ſumpto amburere orbem commode
Poſſint Cyclopis, ſitque communis labos.

Semichorus.

Equidem minores y) ſtamus ante limina,
Nec ſat valentes vectem iniquum extrudere.

Chorus.

Et claudicantes iam modo heu facti ſumus.

Vlyſſes.

Idem ergo mecum damnum habetis.

Chorus.

Stantibus
Spaſmo impediti, neſcio, vnde ſunt pedes.

Vlyſſes.

Stantesne conuulſi eſtis?

Chorus.

Imo haec lumina
Cinerem imbiberunt, neſcio vnde, aut puluerem.

Vlyſſes.

Ignauiam iſti inutiles produnt ſuam.

Chorus.

Quod miſereat me vertebrarum et tergoris,
Pigeatque dentes verberatum perdere,
Hinc lacrimae illae, et quam vocas ignauiam.
Verum efficaci naenia, qualem Orpheus
Canta-

y) gr. μακρότεροι, *remotiores.*

Cantauit, excantabo, vt vltra mobilis
Vrat gigantem torris iſte Coclitem.

Vlyſſes.

Tale eſſe dudum noueram ingenium tuum,
Nunc certius cognoui. Amicos expedit
Adhibere certos. Ergo ſi inualida eſt manus,
Hortare ſaltem: fac tuis incentibus,
Ne defetiſcant iſti, et animo vt ſint bono.

Chorus.

Faciemus iſta; in Care ſit periculum.
Cyclops crĕmetur iſta per celeumata.
Io! Iô! Incumbite ſtrenui viri.
Exurite palpebram
Lurcoſi hoſpiticidae.
Vſtus Aetnae cadat
Ferus nunc Vpilio.
Verſa illum trahe, vt ne dare forſan
Damnum tibi poſſit.

Cyclops.

Heu! luminoſum amburimur frontis decus.

Chorus.

Quam bella, Cyclops, cantilena! Age, occine.

Cyclops.

Periimus eheu funditus! Vis haec quidem eſt;
At non per iſtam habetis effugium petram,
Nec auferetis hoc inultum homunculi.
Nam limen obſidebo, et opponam manus.

Chorus.

Quid clamor iſte volt ſibi, o Cyclops?

Cyclops.

Perii.

Chorus.

Turpis videris.

Cyclops.

Cyclops.

Quin et infelix magis.

Chorus.

Medioſne in ignes ebrius dilapſus es?

Cyclops.

Nullus peremit me.

Chorus.

Ergo nulla iniuria eſt.

Cyclops.

Nullus oculum aufert.

Chorus.

Ergo tu non caecus es.

Cyclops.

Ita ſis tu.

Chorus.

At ecquo Nullus hoc fecit modo?

Cyclops.

Ludis me. Vbi ille Nullus eſt nunc?

Chorus.

Nuſpiam.

Cyclops.

Hoſpes ſceleſtus perdidit me: intelligis?
Dum poculo me dapſili inuitat nimis.
Nam Bacchus acer atque luctator grauis.
Sed ſuntne in antris, an foras eliminant?

Chorus.

En! Illi opacam clanculum tenent ſpecum.

Cyclops.

Qua parte?

Chorus.

Dextra.

Cyclops.

Cyclops.

Vbi?

Chorus.

Prope hanc ipſam petram.

Teneſne?

Cyclops.

Proh, malum malo additur! Mihi eſt
Offenſione effracta calua.

Chorus.

Pedem ſtruunt z).

Cyclops.

Quod autumabas, non quidem hic ſunt.

Chorus.

Nec reor.

Cyclops.

Quanam ergo?

Chorus.

Partes circitant ſiniſtras.

Cyclops.

Ridemur eheu! Tu mala haec ludos facis a).

Chorus.

Nihil minus; nunc Nullus en prurit tibi.

Cyclops.

O improbiſſime omnium, vbi es?

Vlyſſes.

A te procul
Hoc ſeruo Vlyſſis corpus in cuſtodiam.

Cyclops.

Quid ais? Nouo nunc nomine immutas tuum.

Vlyſſes.

z) gr. *καὶ σε διαφεύγουσι γε, iam te effugiunt.*
a) gr. *κερτομᾶτε μ' ἐν κακοῖς.*

Vlyſſes.

Sic nominauit me parens Vlyſſea:
Sed te manebant poenae ob impias dapes,
Fruſtra igne Troiae diruiſſem Pergama,
Niſi vltus eſſem ſic ſodalium necem.

Cyclops.

Heu! Heu! vetuſti oraculi arguitur fides,
Quod me futurum dixit orbum lumine
Per te reuerſum ab Ilio; ſed te quoque
Poenas daturum facinoris tanti vicem,
Multum diuque vndante iactatum ſalo.

Vlyſſes.

Tu flebis, inquam, lucis orbus vapulans.
Ad littus interim ipſe contendam, et ratem
Mittam in Sicanum pelagus, et patriam meam.

Cyclops.

Haud ſic abibit: rupis huius fragmine
Te remigesque facile comminuam tuos.
Quamuisque caecus, vado, vt exſuperem hoc iugum,
Biforem per aulam dirigens veſtigia.

Chorus.

Nos vero Vlyſſis claſſiuectores cati,
Poſthac Iaccho libere ſeruibimus.

AD

EVRIPIDAE CYCLOPA
NOTAE
Q. SEPTIMI FLORENTIS CHRISTIANI.

Ex Homeri Vlyſſea ſumtum eſt huius fabulae argumentum totum, niſi quod illic de Sileno et Satyris nulla, vt hîc, iniecta mentio. Nos hypotheſim noſtram dabimus, qualem ferre poteſt neceſſitas numerorum et breuitas acroſtichidis ad exemplum Plautinarum.

Ὑπόθεσις τοῦ Κύκλωπος δράματος Εὐριπίδεως
ἐν ἀκροστιχίδι.

Κέλσας Ὀδυσσεὺς εἰς Κύκλωπος ἄξενα
Ὑψηλὸν ἄντρον θῆρας εὗρε βακχικὰς,
Καὶ τοῖσιν οἶνον δῶκεν, ἄρνας καὶ γάλα
Λαβών. Κύκλωψ δὲ φωράσας τὴν ἁρπαγὴν
Ὠμοῖς ὀδοῦσιν ἓξ ἑταίρους ἤσθιε·
Ψυχὴν δ' Ὀδυσσεὺς σῶσε τυφλώσας φάγον.

Idem Latine.

Cogente vento, ſaxa Cyclopum ardua
Vt applicauit dux Vlyſſes, repperit
Chorum Satyricum ſeruientem Principi
Luſco: ſed agnos lacque pro vino auferens
Offendit ipſum Coclitem, qui ſex virûm
Prebenſa mandit corpora. Hîc Ithacus cauens
Sibi ipſe, monſtrum occaecat, et ſtruit pedem.

Hanc fabulam, neſcio, an tragoediam vocare debeam. Neque enim ex illa vulgari, (non tamen certa, aut ſemper vera,) definitione exitum habet triſtem; imo laetum in rebus Vlyſſeis, quae principio turbidae; ſubtriſtem quidem in caſu Polyphemi, ſed non tragicum. Deinde mixtae perſonae ex tragicis et comicis. Silenus enim et Satyri non ſunt heroës. Solus Vlyſſes et Polyphemus nobiles perſonae. Itaque, quod praefatus eſt Plautus in Amphitruone, arbitrer, poſſe hanc fabulam dici Tragico-comoediam. Ceterum quod aiunt Sophoclem de Aeſchylo dixiſſe, vinum, non ipſum Aeſchylum auctorem eſſe ipſius tragoediarum, vt hinc liquido conſtat, et de Euripide verum reperietur.

Γηγενῆ μάχην δορὸς). Mirum mihi videtur, Silenum contra Gigantas ſtetiſſe, cum ipſe ſit γηγενὴς, vt teſtatur *Nonnus* libro nono Dionyſiacorum, habueritque tres filios, Aſtraeum, Maronem et Lenaeum.

Τῇ δέ μ' ἀρπαγῇ δόμυς). Id eſt, *irpice* vel *hirpice*, vel, vt Cato c. X, *vrpice*. Vide *Varronem* libro primo *) de lingua latina, et *Heſychium*, qui ὀξίνην *hirpicem* vocat.

Κρότος σικινίδων). De Sicinide videnda Scholia Aeſchyli in Perſas; ſed praecipue *Iulius Caeſar Scaliger*, antiquorum nemini cedens, in libris Poetices.

Κῶμοι). Malim legere κ' ἁμοί.

Αλθαίας δόμυς). Althaea mater fuit Deianirae, Theſtii filia, quae Oeneo nupſit, et a Libero amata, Deianiram peperit. Etiam Meleagri mater, vt ait Apollodorus.

Ῥίψω πέτρον τάχα σε). Vel σοὶ legerem, vel κατὰ σϋ.

Τυρὸς ὀπίας). Huiusmodi caſeus eſt δριμὺς, et ſic dictus, quia coactus τῆς συκῆς ὀπῷ. Apud Athenaeum legitur διὸς, non βοὸς γάλα. Atque haud ſcio, an melius. Neque enim ſolo boum lacte abundabat Polyphemus.

Βέλει σε γεύσω). Malim, σὺ γεῦσαι.

Διεκροτήσατ' ἐν μέρει). Id eſt, διεκρύσατε. Videor mihi vocem recte interpretatus, cum verti, *depſuiſtis*: nam διακροτᾶν hîc verbum eſt obſcoenum, vt *batuere*. Putaueram olim, legendum διεκορήσατε: fruſtra, vt arbitror.

Θυλάκυς σὺς ποικίλυς). Puto, θυλάκυς eſſe crurium tegumina, qualia Paris habebat; et erant δερμάτινα. Aliis θύλακος eſt aſcopera, quam Galli vocant, *vne eſcarcelle*: nam proprie eſt δέρματος σακκίον. De thylacis, braccis vel feminalibus vide *Ariſtophanem* in Veſpis.

Ὀν

*) Male: eſt enim lib. IV. p. m. 33. *Irpices, regula cum pluribus dentibus, quam item vt plauſtrum boues trahunt, vt eruant, quae in terra ſunt.* Vbi vide Scaligerum in Coniectan. p. 58, adducentem hunc locum Euripidis, e quo et *Florens* hanc notam deſcripſit. *Heſychii* adducti integer locus hic eſt: Ὀξίναι, ἐργαλεῖόν τι γεωργικὸν, σιδηρᾶς γόμφυς ἔχον, ἑλκομενον ὑπὸ βοῶν. Feſtus: *Irpices genus raſtrorum ferreorum, quod plures habent dentes ad exſtirpandas herbas in agris.* Confer *Ioh. Meurſium* in notis ad Catonis locum cit. p. m. 243. edit. Franekerenſ. 1620. in 8uo. CREN.

῞Ον ἂν θέλῃς συ). Si ad γάλα refertur σαλευκίξα, et debuit eſſe ὃ, ſed excuſandus poeta, et ad πίθον reſpexerit. Tamen qui nos audiet, leget ὡς pro ὃν.

Ἐπεὶ γ᾽ ἂν ἐν μέσῃ). Non placet repetitio τοῦ ἂν; itaque legerem ἐπεὶ γέ μ᾽ ἐν μέσῳ. Et hanc ſane puto veram lectionem.

Δήσαντες δέ σε). Quia mox ſequitur συνδήσαντες, hic antea legebam δείσαντες. Sed nihil mutandum puto; tantum vbi habes ὀφθαλμὸν, malim ὀμφαλὸν. Nam quorſum legetur oculus?

Ἐξαμήσασθαι βίᾳ). Id eſt effodere et efferre, vt Suidas interpretatur. Simili genere loquendi dicit Ariſtophanes, τοὺς πνεύμονας καὶ τ᾽ ἄντερ᾽ ἐξαμήσω: voluit enim τὰ ἔντερα, vt hîc σπλάγχνα. Qua ratione hîc habes τὰ δῶλια, pro τὰ ἐδώλια. Ne cum *Cantero* legas, ἐς θ᾽ ἐδώλια. Paullo poſt pro θερμὴν ἔδοντος neſcio, an praeſtet διδόντος.

Ἐκτὸς ἔχ᾽). Hunc chorum putem eſſe ex Ithacenſibus, non Satyris. Sed pro τοῦ σε malim τὸν δὲ, et λέγειν pro λέγω.

ὑμεῖς δέ σ᾽ ὦ) Lego ἡμεῖς.

Ταινάρου μένει λιμήν). MELA libro II. c. III. v. 128. ait *in ipſo Taenaro Neptuni templum* *). Ceterum Ariſtophanes Equitibus Neptunium etiam vocat σουνιάρατον καὶ γεραίστιον.

Οὐκ ἀμφιβουπόροισι). Lego duabus vocibus ἀμφὶ βουπόροισι. Dixit autem ὀβελοὺς βουπόρους, interprete Heſychio, μεγάλους ὀβελίσκους.

Δαινύμενος ἐν στέγοντι). Diſtinguo poſt δαινύμενος. Deinde quae ſequuntur, ἐν στέγοντι γαστέρ᾽ ὑπτίαν, non intelligo. Ea re, (quae ignorantia mea eſt,) ariolor legendum ἔνθ᾽ ἔχωντε. Nam quid ſit στέγον, iuxta ſcio cum imperitiſſimo. Inuenio apud Grammaticos, στέγην etiam dici γαστέρα. Quod autem paullo poſt ait πέπλον κρέκω, ſimile eſt illi Catulliano, Epigr. XXXIII. extr.

Nam pranſus iaceo, et ſatur ſupinus
Pertundo tunicamque palliumque.

Ἄλλως νομίζῃ ζεῦ). Elegans locutio, et Atticis familiaris. Ἄλλως, pro *fruſtra* et *ſine ratione*. Sic Antipater in

*) De Taenaro oppido, Neptunique illic templo prolixe agit *Io Meurſius* lib. IV. Laconicor. Miſcellaneor. cap. XI. toto, p. m. 289 ſeq. CREN.

in epigrammatων Florilegio: ἄλλως τ' ὄνομ' ἔχουσι. Aliquando idem valet, ac forte fortuna, et τύχῃ, non τέχνῃ: vt apud Lucianum in deorum iudicio Venus ait, ἄλλως ἠρώμην.

Ἀνθρακιᾶς ἀποσχνάνειν). Fortaſſe legendum ἀποχλιάνειν, vel, vt Canterus, ἀποκναίειν. Mox βρύκειν, non βρύχειν.

Μόνος μόνῳ). Verſus hic olet mihi prouerbium.

Ἀποβώμιος). Recte Heſychius, ἀπόβωμος ἄθεος exponit, et θυσίας ἀποβώμους, quae in aris non fiunt.

Διασοὺς γ' ἀθρήσας). Canterus ἀθροίσας legit, me non probante. Nam de duobus non ἄθροισις, ſed συνδυασμὸς dici poteſt. Et ſane ἀθρήσας magis conuenit eligenti pingues et habitiores.

Τένοντος ἀρπάσας). Male olim putabamus legendum ἄχρις ποδός. Nam τένων ποὺς hic dicitur, vt in Bacchis *pedis tendinem* dixit. Pro καθαρπάσας autem, neque male, legas κατασπάσας.

Αἰθέρ' ἐξιεὶς βαρύν). Pro aëre et fumo dixit aetherem.

Τῇ κύλικι λελημμένος). Mauult Canterus λελησμένος, quod eſt oblitus, hôc (vt mihi quidem videtur) loco ἀπροσδιονύσου. Potius retinenda lectio λελημμένος, vel λελαμμένος, id eſt captus, et victus. Paullo poſt pro ἐκ' ἔχομεν, quis non videt, legendum ἔχοιμεν?

Διπλοῖν χαλινοῖν). Sumpta translatio ex Homericae Vlyſſeae lib. X. Ait enim illic.

> Δίνεον ὡς ὅτε τις τρυπῷ δόρυ νήϊον ἀνὴρ
> Τρυπάνῳ, οἱ δ' ἔτ' ἔνερθεν ὑποσσείουσιν ἱμάντι
> Αψάμενοι ἑκάτερθεν. — —

Nam duplices habenas, quas hic vocat, lora vtrinque apta Homerus dixit. De hac fabricae ſpecie meminit antiquarius ſcriptor Arnobius lib. VI, cum ait, *terebrarum excauata vertigine.*

Ὥσπερ ἐκ σπονδῆς). Quia in σπονδαῖς et ἱεροποιΐαις ſolebant, vt ait Heſychius, titionem iniicere in peluim vel χέρνιβα, et aram circum adſpergere, vt diximus in Irena Ariſtophanis.

Σφηκίαν ἐκτρίψομεν). Sane enim δαλὸς etiam vocatur σφηκίσκος ab Ariſtophane in Pluto.

Γάνυμαι

Γάνυμαι δὲ δαιτὸς ἥβης). Interpretantur vulgo *conuiuium iuuenum*. Mihi hoc non placet, non qui habeam, quid certius reponam; ſed noſtro more male ſedentem locum agitabimus, et mouebimus coniecturarum crebro ſuccuſſu, ita vt fortaſſis non male ſedeat. Primum legi poteſt δαιτὸς ἴσης, ſenſu et bono, et Homero aliisque auctoribus vſitato. Deinde diſtingui poteſt, δαιτὸς, ἥβης ἀσυνδέτως, id eſt, *conuiuio et iuuenibus*. Poſtremo optimus etiam ſenſus eliciatur, ſi legamus, γάνυμαι δὲ κἀυτὸς ἥβης. Et ſic ἥβη eſſet ἄμπελος, vel Heſychio teſte.

ὑπάγει μ' ὁ χόρτος εὔφρων). Ambitum hilarem interpretantur iſti, qui non mentis, ſed verborum ſignificationem tantum ſatagunt. Sed quid id eſt, rogo? Fortaſſis autem ſubſtituendum κορμὸς, vt ſtipitem intelligamus et ſcipionem, quo nitatur ille *vuidus, et nimio incedens trepidanter Iaccho.*

Φιλεῖ τις ἡμᾶς). Totus hic locus videtur mihi mancus et luxatus. Si ſub perſona Cyclopis, auſim dicere, ex induſtria affectaſſe Euripidem ſermonem confuſum et ſaucium flore Liberi, qui Polyphemo pedes tentauerit, et linguam vinxerit. Putabam tamen aliquando, hunc verſum eumdem eſſe debere cum duobus praecedentibus; et, vt ſimilis eſſet et Anacreonticis, legebam ſublato aſteriſco, θεὸς ἐν φιλεῖ τις ἡμᾶς vel καλός. Mox pro χρόα, χροίᾳ repono, et ἐξομιλήσαι expono ἀπαντήσει, ἐντεύξεται.

μένων ἐν αὐτῷ). Emendat Canterus μένων νῦν αὐτῷ. Ego malo coniecturam meam, quae me iudice non fallit, μέν' ἐν σὺν αὐτῷ. Facile fuit, ex μέν' ἐν facere μένων, et ex σὺν, ἐν factum, mutato αὐτῷ in αὐτῷ.

Φῆς ἐρᾶν.). Puto φησ' pro φησί. Quia me tam formoſum amare inquit: niſi haec mauis referre ad ſequentia, quibus ſe Silenus Ganymedem Iouis Cyclopis facit.

Ιδὲ καθαρὸν τὸ χεῖλος). Nondum vidi ex graecis Tragicis, qui in ſecunda ſede Anapaeſtum locaret: itaque tranſpono iſta, ἰδὲ τὸ χεῖλος καθαρὸν. Quod autem ait ἠμύστικα, hoc eſt ἀπνευστὶ πέπωκα. Sed et iure ſtatim pro ἡ ἄμπελος legerem ἡ 'μπελος, et cum ait συνεκθαῖν δὲ σιγῶντα, tollerem δὲ, vt nocens menſurae pedum.

ἢ τὴν τύχην μὲν δαίμονα). Hinc Iuuenalis in Satyra,

Te facimus, fortuna, deam.

καρκίνος). Eſt hic cancer, forfex et πυράγρα. Corrigendus Heſychius ſuper hac voce. Ait enim: ἐςὶ δὲ καὶ δεσμάς τὶς καὶ τῇ πάρυγρος. Lego καὶ ἡ πυράγρα.

δρυὸς ἄσπετον ἔρνος). Pro omni arbore δρῦς. Nam ſi ſpeciem ſpectes, eſt hic ex olea ſtipes.

σιγᾶτε πρὸς θεῶν θῆρες). Vel Heſychio teſte θῆρες ſunt Satyri.

ἡμεῖς δὲ χωλοί γ). Alibi monuimus, prouerbiale eſſe χωλὸν γένεσθαι. Et ſic vſus Theocritus Adoniis, et Nicarchus in Epigrammate, ἔα χωλόν με γένεσθαι.

ἐν τῷ καρὶ κινδυνεύσομεν). Non ſatis haec capio. Etiam haec ſapiunt prouerbium, et reſpexit fortaſſis Homericum illud ἐν καρὸς αἴσῃ, quia primi Cares ſeruitutem ſeruierunt bello capti: vnde ſeruoli nomen Ariſtophanicum *Carion*. Fortaſſis etiam κορὶ dicit pro κρατὶ: nam κὰρ Homero κεφαλή. Auſus ſum aliquando haec interpolare, et hanc lectionem periclitari, δράσω τὸ δ', ἐν τῷ γὰρ τὶ κινδυνεύσομεν; *hoc*, inquit, *faciam; quid enim in hoc periculi?*

κατέκαυσε). Non poteſt hoc verbi conſiſtere in fine iambici verſus: propterea emendauit *Canterus* κατέκλυσε. Quod ſi rectum eſt, idem erit ac impleuit, et inebriauit madidumque fecit. Sed malim aliud quid comminiſci.

πέτραν ἐπήλυγα). Rupem nigram et obſcuram, et velut caligine obductam, id eſt, ἐπιλυγαίην.

ἀλλὰ πρόσθεν ὄντος ἐςὶ). Legendum ἔτις. Paullo poſt vero non ἀμφιτρίτης; ſed ἀμφιτρήτης (quae eſt αὐλή) procul dubio legendum.

*) *Ioſ. Scaligeri* in Euripidis Cyclopem notas, praefationi ſuae adiecit Crenius, quam vide. *R.*

EZECHIE-

EZECHIELIS SPANHEMII
DISSERTATIO
DE
IVLIANI CAESARIBVS
DEQVE
SCRIPTIS VETERVM SATYRICIS
VNIVERSE.

Rem neque ab inſtituto noſtro alienam, neque lectoribus iniucundam, facturum me putaui, ſi eruditiſſimam *Spanhemii* diatriben in lucem iterum prodire iuberem, ac Caſaubonianae diſſertationi velut comitem adiungerem. Eſt enim illa digna omnino, quae excipiat Caſauboni libellos, ſiue argumentum ſpectes, ſiue doctrinae, qua effulget, vbertatem. Itaque non habet Caſaubonus, cur hac ſocietate erubeſcat, et tantum virum in aſpectum lucemque ſecum proferri recuſet. Parum enim refert, in conſcribenda hac diſſertatione Spanhemium gallico vſum eſſe idiomate, cum ipſe ſit a gallica leuitate maxime alienus, et eruditionis, quae Spanhemios quondam ornauit, laude florentiſſimus. Conſtitueram quidem, hoc ipſum, quod Spanhemius adhibuit, idioma cum alio commutare, omnemque eius diſſertationem reddere latinam. Arridebat quoque hoc conſilium ita, vt vertendae huic diſquiſitioni per aliquot dies inhaererem, nec exiguam huius laboris partem abſoluerem. Iam vero me poenitet conſilii,

non ſatis prudenter et praeter cauſam ſuſcepti. Mutaui igitur mentem, et ea, quibus ſtilum latinum accommodaui, abieci ſtatim, nihil curans, quo tandem fato pereant. Quamobrem qui haec legent, talem habebunt Spanhemii diſſertationem, qualis iam olim edita fuit, h. e. gallicam *). Nec defuturos puto, quibus mutati huius conſilii probentur rationes. In tanto enim literarum latinarum neglectu atque ignorantia, quae multos iam occupauit, ſupina, cur ego latina reddam, quae gallice ſcripta ſunt, eoque ſermone expreſſa, quem, quo quis eſt doctior, eo minus ignorat, venuſtuli vero omnes ita appetunt et conſectantur, vt vel hac lingua cognita, egregie ſibi ſapere et πολυμαθέϛατοι videantur. Dabunt igitur mihi hanc veniam lectores, vt Caſaubono latine dicenti gallum adiungam hominem, non hercle ineptum futilemque, aut leuis armaturae militem, ſed literarum praeſidiis optime inſtructum.

*) Praemiſſa eſt haec diſſertatio *Iuliani Caeſaribus*, quos gallice redditos cum eruditis communicauit Spanhemius. Neque poſt fata viri defuerunt, qui elegantiſſimum hunc librum recudi curarent Optima editio eſt, quae prodiit *Amſtelodami*, hoc indice: *Les Ceſars de l'Empereur Iulien, traduits du grec par feu Mr. le Baron de Spanheim, avec des remarques et des preuves, enrichies de plus de trois cens medailles, et autres anciens monumens, gravés par Bernard Picard le Romain.* MDCCXXVIII. 4.

Rambach.

Sur

Sur les Céſars de Julien, et en général ſur les ouvrages ſatyriques des Anciens.

Quand je commençai la premiere fois cette traduction, ce fut dans la vue, de ſatisfaire aux déſirs d'un grand Prince, qui témoignoit de le ſouhaiter; et dans celle, de me délaſſer moimême d'autres occupations, par un amuſement, qui me paroiſſoit également utile et agréable. Je crûs même, ne pouvoir rien faire, qui fut plus conforme au goût de notre Siècle, et au divertiſſement du Public. Un Ouvrage, ou, s'il faut l'avouer, une Satyre de la façon d'un Empereur; une Raillerie, qu'elle contient, auſſi fine et auſſi ingenieuſe, de ceux, qui avoient été aſſis comme lui, ſur le premier et le plus auguſte Thrône du Monde; un jeu d'eſprit par conſéquent ſur la matiére la plus noble et la plus délicate, ſur laquelle il pu s'egayer et nous inſtruire; tout, en un mot, me parut concourir, à me flatter dans cette entrepriſe. Je m'aperçu même bientôt, en y travaillant, qu'elle m'engageoit plus loin, que je n'avois cru; que j'y decouvrois des beautés plus grandes encore et plus ſinguliéres, que je ne m'attendois pas d'y trouver, et qui auſſi n'y avoient pas été remarquées jusqu'ici. Cependant je remis à un autre tems et à plus de loiſir, de rendre compte un jour au public, ſi j'en jugeois ainſi par entêtement, ou par connoiſſance; ſi c'etoit un effet de ma prévention, ou de ma raiſon. Et c'eſt ce qu'il y aura lieu de faire aujourd'hui, par le moyen de quelques réflexions ſur l'auteur de ce livre et ſur ſon ſujet; ſur les ouvrages ſatyriques des Anciens et les différences, qu'il eſt queſtion d'y faire; ſur le rapport de ces Céſars avec ces ſortes d'ouvrages; et en quoi conſiſtent les beautés de celui-ci, et enfin, ſur ma traduction et ſur mes remarques.

Je

Je ne m'étendrai pas ici ſur les qualités perſonnelles d'un auteur, qui n'eſt pas moins connu par le nom d'Apoſtat, que par celui de Julien, ou par la dignité d'Empereur. En faiſant l'Eloge de ſon ouvrage, je ne prétens pas de faire le ſien, que par le raport de l'un à l'autre; et ainſi, ſans m'engager de faire ſon apologie, avec ſes Panégyriſtes d'entre les Payens, pour ne pas dire parmi les Chrétiens; ni auſſi à compoſer une nouvelle invective contre lui, avec des Sáints Péres. Je ne plaide point la cauſe d'un déſerteur, aux depens de la Religion et de ſes illuſtres défenſeurs. L'impieté de ſa deſertion, la haine, qu'elle lui inſpira contre un culte, qu'il abandonnoit; les moyens et les artifices, qu'il emploia pour le détruire; les railleries, les inſultes, les blaſphémes, dont il ſe ſeruit, pour le décrier; les livres, qu'il compoſa à ce ſujet, et quelques traits malheureux, qu'il en a laiſſé dans celui-ci; tout cela, dis-je, lui attira la juſte indignation et les ſanglans reproches de ces grands et de ces ſaints Docteurs de l'Egliſe *). Ils crûrent ne devoir pas épargner la memoire d'un homme, qui n'avoit rien épargné pour trahir et pour outrager ſon Dieu; et que ce caractére auguſte, dont il étoit revetu durant ſa vie, mais dont il étoit ſi indignement abuſé, ne les obligeoit pas après ſa mort à diſſimuler ſes vices, ou leurs reſſentimens; mais au contraire les obligeoit à en faire un tableau hideux, qui fit horreur, et ſeruit d'inſtruction à ſes ſucceſſeurs *).

Je

*) Praeter *Cyrillum*, cuius *contra impium Iulianum* libri decem exſtant, ab Ezech. Spanhemio editi, referri huc poteſt *Gregorius Nazianzenus*, vt alios omittam. *R.*

*) Quae ὡς ἐν παρόδῳ hic tetigit Spanhemius, copioſe ac erudite expoſita habes in *Crichtonii*, Cel. apud Francof. Profeſſoris, *Betrachtungen über des Kayſers Iulians Abfall von der chriſtlicen Religion und Vertheidigung des Heidenthuns.* Halae 1765. Praeclare etiam de Iuliano ſentit *Cunaeus* in Praefatione Caeſaribus Iul., latine a ſe redditis, praemiſſa. *R.*

Je laiſſe a part maintenant, ſi ce zéle, d'ailleurs ſi juſte, les a porté trop loin, comme quelques-uns prétendent; s'il y á mêlé des taches et des défauts, dont Julien fut exempt en effet, ſuivant des témoignages non ſuſpects des Hiſtoriens et d'autres Péres de l'Egliſe. Qu'on ne lui conteſte pas, ſi on veut, qu'il nè fut chaſte; qu'il ne fut juſte; qu'il ne fut liberal; qu'on acorde même, que ſa conduite dans la guerre fut admirable, ſa valeur extrême, ſon courage héroique; qu'en un mot, à ſon Apoſtaſie près, comme en parle et comme en juge un Auteur moderne, il fut le premier des Céſars. Je ne voudrois pas de vrai garantir ce dernier éloge, qui enchérit ſans doute par deſſus ce qu'en ont dit ſes plus grands admirateurs d'entre les Payens; ſur tout parcequ'on en doit recueillir de celui d'entre eux, qui a écrit avec la plus de ſincérité et de bonne foi l'hiſtoire de ſa vie; et qui en publiant les vertus de ſon Héros n'en a pas diſſimulé les défauts et les vices [b]). Il l'accuſe hardiment de préſomtion, de legéreté, de ſuperſtition, d'oſtentation; le traite de grand diſcoureur, de trop crédule, d'imprudent même et de témeraire dans la fatale expédition, qui lui couta la vie, et à l'empire ſa réputation et la perte des grandes et belles Provinces. En ſorte, que de juger autrement de ce dernier fait, comme prétend ce même Ecrivain moderne, c'eſt vouloir entendre mieux la Guerre et mieux juger aujourd'hui d'un évenement, qu'un Auteur, qui etoit du mêtier, qui accompagna Julien dans cette même expedition, qui en fait une deſcription exacte, et qui en attribuë, comme j'ai dit, le malheureux ſuccès à la conduite de cet Empereur.

Mais il n'eſt pas ici queſtion de la Morale de Julien, ni de ſes vertus civiles et militaires, ni du rang, qu'il doit tenir parmi les Heros de l'antiquité, et entre autre parmi

b) Is eſt *Ammianus Marcellinus*, grauis et Iuliano familiaris auctor. *R.*

parmi les Céſars, dont il péſe le mérit dans ce livre, qui en porte le nom. Il ſuffira de le conſiderer par un endroit, qui a plus de rapport avec notre ſujet, et dont ce même livre et ſes autres Ouvrages nous ſont encore aujourd'hui de bons et de fidels garands. C'eſt d'eux en effet, que nous apprenons, quand on ne le ſauroit pas d'ailleurs, que Julien aima les lettres et les ſciences; qu'il les cultiva avec ſoin dès ſon enfance; qu'il les étudia ſous de grands et habiles maîtres [c]), et qu'il égala ſes maîtres, ou les ſurpaſſa. Auſſi y joignit-il le travail et l'application; un détachement de ce qui amuſoit ou occupoit les gens de ſon âge et de ſa fortune: et il alla lui-même ſur les lieux, ou il crut trouver plus d'occaſion et plus de loiſir à s'inſtruire. C'eſt par là, qu'il fortifia, qu'il remplit cet éſprit, qu'il avoit excellent, de toutes les lumiéres, qu'on peut tirer de l'étude et de la converſation; qu'il ſe perfectionna particuliérement dans la Philoſophie et dans l'Eloquence. Il ne négliga de vrai aucune des autres connoiſſances utiles ou curieuſes, la Critique, l'Hiſtoire, la Poëtique, toutes celles enfin, qui pouvoient ſatisfaire une avidité inſatiable de tout ſavoir: mais après tout il fit ſes favorites, de ces deux, dont je viens de parler. Platon et Ariſtote fut dans l'une et dans l'autre ſes veritables maîtres et ſes meilleurs guides; et il fit également ſon étude et ſes délices de leurs écrits, ſuivant la Philoſophie melée, qui avoit cours de ſon tems. C'eſt ce qu'il fait connoitre en divers endroits de ſes ouvrages, qui ſe ſont conſervés jusqu'à nous, et qui marquent ſi clairement le grand attachement et la vénération particuliére, qu'il eut pour ces deux hommes merveilleux.

Mais

c) Quorum e numero eſt *Libanius*, *Maximus Epheſius*, *Chryſanthius*, *Iamblichus* et alii, qui eruditionis gloria prae ceteris tum excellere credebantur. *R.*

Mais ce n'eſt pas ici l'endroit, ni mon deſſein, de parler en détail des ouvrages de Julien, comme il y aura lieu de le faire, et avec plus de fondement, dans la nouvelle edition Gréque et Latine que je prétens d'en donner au public [d]). Je me contenterai de dire en paſſant, qu'on y voit par tout un beau génie; un eſprit vif, aiſe, fécond; un ſavoir exquis; une recherche et une connoiſſance profonde de l'Antiquité; une éloquence de ſiècle de Demoſthéne; une élégance en un mot et une juſteſſe d'expreſſion, non de Conſtantinopel, mais d'Athénes, et d'Athénes floriſſante, d'ailleurs bien audeſſus de celle de ſon maitre, ou, comme il l'appelle en quelque endroit par un excès d'amitié, de ſon cher frere Libanius. Il ne faut que conſulter les Lettres et les Harangues du Diſciple, pour juger ſans peine qu'elles ne tiennent point du déclamateur et du Sophiſte, comme font celles du maître.

Cependant quelque mérite, qui recommende en géneral les Ouvrages de Julien, on ne ſauroit nier avec juſtice que ces Céſars n'en remportent le prix. C'eſt un avantage qu'ils tirent également de la dignité du ſujet, et de la maniére, dont il eſt traitté. Celui-la ne pouvoit être ni plus noble, ni plus agreable, ni plus utile; et le titre ſeul, qu'il porte, ſuffit pour le faire avouer ſans peine. Auſſi n'y en avoit-il point ſans doute, qui fut plus digne des reflexions d'un Auteur, qui etoit lui-même Céſar, lui-même du rang et du metier, pour ainſi dire, de ceux, dont il parle. Car ſi en effet chacun ſe doit mêler de ſon métier; ſi on doit croire chaque Artiſan dans ſon Art, comme on a dit il y a long tems, â qui apartenoit à plus juſte titre, d'examiner la conduite de ſes prédéceſſeurs, de juger de leurs actions, de decider de leur

d) Prodiit illa Lipſiae MDCXCVI. in Fol. hoc iudice: *Iuliani Imp. opera, quae ſuperſunt, omnia, et S. Cyrilli Alexandriae Archiepiſcopi contra impium Iulianum libri decem.* R.

Reuerſum ex hoc itinere Fridericus Morellus, qui Dionem Chryſoſtomum nuperrime ediderat, continuo adit, ac flagitat, vt, quae eo in ſcriptore forte obſeruaſſet, literis mandaret. Promittit igitur, quo erat ingenio facili, et ad quaeuis officiorum genera parato, notulas quasdam, Morelli ſcholiis inſerendas. Quas dum deſcribit, ecce liber naſcitur, raptim ille quidem conſcriptus, quemque ipſe lucubratiunculam αὐτοσχέδιον vocat, ſed plenus eruditionis, quam promtam ſemper habebat, plenus lectionis, quae prope erat infinita!

Haec cum ſcriberet, vehementius iterum laceſſitur a Theodoro Marcilio, Eloquentiae apud Pariſienſes profeſſore. A quo ad iram ita prouocatus fuit, vt eum vocaret *Aſinum Marrucinum, bipedum arrogantiſſimum, Scholae cuiusdam Pariſinae Ludimagiſtrum*, indignum plane, cui cathedra committatur, ex qua Turnebus et Mercerus oracula olim tradidiſſent. Nec hoc ſatis; verum hominis ſtupendam *aſinitatem* et ignorantiam oſtenſurus, in A. Perſium lectiones, quas olim Geneuae habuerat, edit. Id illo quidem tempore inuitus feciſſe videtur, tum quod aliis laboribus operam impendere conſtituiſſet, tum quod de ſuis in Perſium notis tam parum magnifice ſentiret, vt ſupprimere eas, et blattis tineisque deuorandas tradere vellet. O! inſignem viri modeſtiam, quem ſcimus, Perſium ita illuſtraſſe, vt habeamus, cur de eo Commentario nobis gratulemur.

Verum hac ipſa modeſtia, quae in omni eius vita conſpiciebatur, callide abuti non erubeſcebant Ieſuitae. Namque de nouo eum tentare, ſuaeque fidei deſertorem facere ſtudebant, elaborante in id omnesque calliditatis neruos intendente Frontone Ducaeo, quem tamen ipſe Caſaubonus, non ignarus et in hoſte laudandam eſſe virtutem, virum vocat longe meliorem, quam vt pro germano

mino Loiolita poſſit haberi. Sed irriti erant conatus omnes; Caſaubono autem tam moleſti, vt locum aliquem quaereret commodiorem, maxime cum afflictis prope fortunis eſſet conſulendum. Itaque credo, libenter eum accepturum fuiſſe conditiones, quae a. cIↃIↃcv. a Nemauſenſibus Conſulibus offerebantur, honeſtiſſimas, ſi id licuiſſet per loci diſtantiam atque per metum, ne regem offenderet.

Abeundi ſtudium valde augebatur a. cIↃIↃcv, (in quem annum incidunt libri *de Satyrica Graecorum Poeſi et Romanorum Satira* ſcripti,) quod vehemens terror iniiceretur omnibus, qui puriora ſacrarum literarum dogmato ſequebantur. Erant enim, qui nouam meditarentur piorum lanienam, ad eamque peſſimos quosque homines, affixo palam programmate, conuocarent. Quae res cum ſucceſſu careret, multo vehementius inflammauit Caſauboni inimicos, vt Regis animum ab eo auerterent, omnemque eius famam in ſummum adducerent diſcrimen. Itaque non impedire ſolum eum ſtudebant, quo minus Patres, quorum doctrinae fauebat, ederet, veriti, ne illa monimenta corrumperet, vel verae religionis cauſam inde apertius vindicaret; ſed falſas etiam fingebant epiſtolas, Caſauboni nomine inſignitas. Alii, quos inter ipſe Papa et Baronius, ſubornabant nequiſſimum hominem, Gaſparum Scioppium, qui, non ſufficere ratus, in Praefatione in M. Varronem vehementer perſtrinxiſſe Scaligerum atque Caſaubonum, librum calumniarum plenum edit, in quo, praeter alia bene multa flagitia, Caſaubono exprobrat Thraſoniſmum, Atheiſmum, et ignorantiam rerum tantam, quanta eſſet ſolet, cum ſumma eſt: omnem enim latine loquendi, ac in iſtis literis quicquam intelligendi facultatem ei abiudicat. Has vero calumnias ita ridebat Caſaubonus, vt ne dignas quidem putaret, quibus ad iram prouocaretur. Quod optimum eſſe ſolet vindictae genus, ſi tibi res ſit cum homine proteruo, et

quae-

quaecunque mens maleſana ſuadet, in optimum quemque effutienti: is enim nullo modo ferre poteſt contemtum, qui mors eſt ſuperbiae, qua, quo quis eſt artibus nocendi inſtructior, eo magis tumet. Neque facilius mendacia refelluntur, quam ſi nihil reſpondeas. *Spreta enim exoleſcunt; ſi iraſcare, agnita videntur* d). Itaque Caſaubonus eo vsque ſpreuit, quae calumniabatur Scioppius, vt in literis ad amicos datis raro eorum faceret mentionem. *Scioppii amentiam*, inquit epiſtola DXVIII. ad Rittershuſium, *facile contemno, qui me Atheum et Thraſonem vocat. Homo impurus, ſi maledicere volebat, cur non aliquid fingebat, quod ſpeciem veri haberet? Nunc ea mihi tribuit, quae omnes ſciunt eſſe a me alieniſſima. Enimuero ſi Thraſo eſſem, aliter mea ſcripta loquerentur; ſi Atheus, Romae eſſem, quo optimis conditionibus fuiſſe me euocatum, multi norunt.*

Sub idem tempus Reip. Venetae Patres leges, iam olim latas, renouant, quibus cauebatur, ne abſque Senatus ſuffragio templa aut coenobia noua conderentur, aut praedia, fundi, aliaque ſoli bona iis addicerentur. Hinc ſumma lis inter Paulum V. Pontificem Romanum, et Remp. Venetam exorta. Quae licet ad Caſaubonum plane non pertineret, Reip. tamen in ſe ſuſcipit cauſam. Importunis enim quorundam precibus motus, librum ſcribit anonymum *de libertate eccleſiaſtica*, in quo Dei Regumque cauſam a Papae conatibus defendit, tanta moderatione, vt quis eſſet auctor, non tam ex iis, quae dicta erant, quam quae ſilentio praetermittebantur, facile colligi poſſet. Sed mutatis rebus, et lite compoſita, dum ſub prelo ſudat hic liber, excuditurque Lutetiae anno cIↃ IↃ cvII, vetat Rex Henricus vltra progredi, iubetque, vt, quod iam fuerat editum, ſupprimatur. Pauciſſima igitur prodierunt exemplaria libri, ex quo, aeque ac ex Exerci-

d) *Tacitus* Annal. IV, 34.

Exercitationibus in Baronii Annales, intelligi nullo negotio poteſt, quam eruditus fuerit in Antiquitatibus eccleſiaſtibus Caſaubonus.

Et profecto, quid non ſcripſiſſet tantus vir, ſi literis vnice viuere potuiſſet! Quid non ingenio, quo pollebat plurimum, quid non iudicio, quod habebat intelligens et acre, ex ipſis tenebris eruiſſet! Verum tanta, quae quotidie experiebatur, odia, tot curae, quae animum fere exedebant, domeſticae, tantae calamitates, quibuscum conflictabatur, frangebant interdum viri diligentiam, quantumuis ferream. Magna ſunt, quae de his calamitatibus diximus; ſed maiora forſan, quae reſtant. Namque a. cIↃ IↃ cVIII. Ioſephi Scaligeri morte adeo percellitur, vt non profuſiſſimis ſolum lacrymis defleret, ſed auocare animum ab acerrimo doloris ſenſu et memoria tanti viri non poſſet, quem viuum pari ſemper proſecutus fuerat veneratione, pietatisque affectu. Nec ita multo poſt ſe ſuosque, multiplici hominum rapacium fraude deceptos, ad inopiam pene redactos videt. Quam quidem iacturam fert moderate, ſed non ſine gemitu, non ſine querelis. Ita enim in Diario: *Nos omnibus propemodum vitae praeſidiis ſumus deſtituti. Opes habemus nullas, neque praeter liberos et libros quicquam fere mihi ſupereſt. Accedit nouum onus ſororis, filiae, eius affinium, quos penitus deſerere impium ſit. Stupet animus recordatione tot cladium.* —— Haec vtut grauiſſima, cumulabantur tamen obitu matris, et ſubitanea morte filiae natu maximae, Philippae, in qua omnis ſtabat cura chari parentis.

Tot malis, quibus degeneres animi facile ſuccumberent, fere obrutus, aequam tamen ſeruauit mentem atque intrepidam. Vitae autem, quam Pariſiis degebat, ob liberam religionis profeſſionem ſibi ſuisque denegatam, adeo erat pertaeſus, vt abeundi deſiderium vehementius in dies exardeſceret. Quae igitur tum ab Heidelbergenſibus

ſibus et Nemauſenſibus eodem tempore offerebantur, conditiones lubenti accepiſſet animo, ſi, quo ſpes erat, res perduci potuiſſet, ſique tantus fuiſſet Patronorum feruor, quanto flagrabant eius aduerſarii. Hi enim dies noctesque tenaciter vrgent grauiſſimum de religione negotium. Petronius adeo, eccleſiae romanae Purpuratus, iuſſu Regis Caſaubonum vocat ad colloquium. In quo nonnullis viſus eſt haeſitare, et ad quaedam capita non ſatis dilucide ex tempore potuiſſe reſpondere. Nec mirum. Perronius enim paratus ſemper et praevio conſilio ad contentionem accedebat, cum contra Caſaubonus ignoraret, quibus de religionis capitibus acturus eſſet aduerſarius, cuius callidum erat ad ineſcandos homines ingenium.

Inter has turbas, quarum veretur ne nimis multa in ſcriptis ſuis reperiantur veſtigia, a. cIↃIↃCIX. ad finem perducit Hiſtoriographorum facile principem, *Polybium*, ita latine redditum, vt omnibus, qui tantum ſcriptorem prius adſpicere non potuerant, obuius nunc eſſet ac facilis. Praeclara ſunt erudituſſimorum hominum iudicia de hac Polybii editione, cui etiam adiecit vetuſtiſſimum ſcriptorem graecum, *Aeneam*, cuius vel ſolius publicatione non dubitabat, quin apud candidos lectores gratiam aliquam eſſet initurus.

Anno inſequenti amittit Caſaubonus grande praeſidium et dulce decus ſuum, *Henricum* IV, Galliarum regem, cui neſcio an vlla aetas ventura multos ſimiles vnquam ſit latura. Is enim dum Pridie Idus Maias regio curru vehitur, ecce! irruit in eum ſummae immanitatis parricida, Franciſcus Ravaillac, homo deperditus et ad perniciem profligatus, qui Patriae Patrem pugione interficere ſuſtinet. Hoc vero parricidium ita afficiebat Caſaubonum, vt dolendi, gemendi, flendi vix faceret finem. Nec iniuria. Non enim publica ſolum timenda erant mala, cum in eum locum res eſſent redactae, vt viderentur breui tempore omnes Galli eſſe mancipia Loiolitarum;

 ſed

ſed habebat etiam Caſaubonus, cur in tam lugubri caſu ſibi timeret, ac omnis fortunae ſuae ruinam metueret.

Itaque nunc tandem ſerio cogitat de itinere in Angliam, quod iam dudum meditatus fuerat. Scribit ad Regem Angliae, Iacobum, a quo ſaepiſſime erat inuitatus, et ad nonnullos alios, in quibus haud vltimus erat Archiepiſcopus Cantuarienſis. Frequenter enim conuenit Legatum Angliae, Henricum Wottonum, Pariſiis tunc degentem, cuius tam propenſa erat in Caſaubonum voluntas et tantus amor, vt ſe ſuo aere ac ſumtu eum in Angliam deducturum promitteret. Nec fefellit datam fidem Wottonus, quo comite a. d. VIII. Iduum Octobr. iter Londinenſe ingreditur. Moleſtum erat hoc iter, et propter tempeſtatem horrendam, qua inter Caletum et Dorouerniam iactabatur, valde periculoſum. Tandem d. XIII. Kalendar. Nouembr. Cantuarium venit, et a *Carrierio*, quocum intimam in Gallia coluerat amicitiam, perquam blande excipitur. Is reliqui itineris comitem ſe adiungit Caſaubono, cumque eo tendit Londinum, vrbem ſplendidiſſimam, quam III. Kalendar. Nouembr. cIↄ Iↄ cx. ingreditur. Hic vero nouus ille hoſpes Anglis gratiſſimus, ab omnibus fere Gallis oppreſſus, expulſus ſuis bonis, fugiens Ieſuitarum tela, continuo adeſt viris ſummis, integros ſaepe cum iis conſumens dies. Mox enim Epiſcopus Vigornenſis, mox Londinenſis, mox Archiepiſcopus, modo Epiſcopus Elienſis Lancellottus, aliique eum prandio excipiunt laetiſſimi et ſingularis beniuolentiae affectu amplectuntur. Sed quantacunque erant, quibus tum fruebatur, gaudia, vnum tamen deerat, quod vel maxime optabat, quodque ad fundamenta amplioris fortunae iacienda putabat efficaciſſimum. Regem enim, qui tanto viro mirifice delectabatur, nondum viderat, nedum cum eo collocutus fuerat. Verum et hac felicitate non diu caruit Caſaubonus. Namque a. d. V. Iduum Nouembr. iuſſu Regis accitus in aulam perducitur. Vbi

ſimulac

ſimulac Regem videt, benigniſſimo eius vultu et verbis affectu plenis laetatur impenſe. Ita enim eum alloquitur: „Poſt longam exſpectationem libentiſſimo animo te video, „et opto, vt felix tuus in meum regnum ſit aduentus. „Atque vtinam id aſſequi poſſem, vt patriae obliuionem „in animum tuum inducerem.„ Multa deinde de literarum ſtudiis, deque variis autoribus, praeſertim de Tacito, Plutarcho, Cominaeo differuntur, quos omnes ita diiudicat Rex, vt appareret, quam acre eius eſſet iudicium, et diuturno literarum vſu ſubactum. His aliisque ſermonibus bene multis quatuordecim fere dies conſumebantur. Atque erat tanta Regis benignitas, vt non amicus ſolum cum amico loqui videretur, ſed vt, quae vellet, quaeque optaret Caſaubonus, ea ſtatim a Rege offerrentur. Cum enim forte illi excidiſſet, velle ſe Cantabrigiam et Oxoniam inuiſere, exiguo temporis ſpatio interiecto mille librae gallicae ſoluuntur. Nec ita multo poſt duae ipſi Praebendae aſſignantur, altera Cantuarienſis, Weſtmonaſterienſis altera, quae facile ad duo millia librarum annui reditus accedebant. Quibus deinde Rex adiecit ſtipendium bis mille librarum. Vt igitur veriſſimum ſit, quod in epiſtola ad filium Ioannem dicit Caſaubonus: *Ego apud Regem ſum, qui me, ſi fas dicere, in deliciis habet; qui omnia prolixe pollicetur; qui primum aduenienti duplum ſtipendium obtulit eius, quod habeo Lutetiae, cum certa ſpe, fore, vt liberalitatem eius ſaepe experiar.* Magnum quoque fuit regiae benignitatis documentum, quod Caſaubonum dimittere nollet, et Reginam Galliarum per literas rogari iuberet, vt diuturniorem in Anglia moram ipſi elargiatur. Quam ſimulac ſibi conceſſam intelligit Caſaubonus, ſtatim amicos ſuos ac in primis Cardinalem Perronium certiores reddi curat, eſſe ſibi apud Regem Iacobum quam optime.

Verum enimuero ea eſt rerum mortalium viciſſitudo, vt raro ſtabili loco fortuna conſiſtat. Mox enim

quoſdam haud parum a ſe alienatos videt Caſaubonus. In quo valde ei obfuit Petrus Molinaeus, qui in epiſtola ad Iacobum Montacutum, Bathonienſem Epiſcopum, data, eum accuſat Papiſmi, a quo tamen alieniſſimus erat, quippe qui non temere recedendum putabat ab iis dogmatis fidei, quae omnium conſenſu vetus eccleſia probarat. Atque ex hac Molinaei epiſtola ſua hauſiſſe videtur iniurius in Caſaubonum auctor libelli, qui inſcribitur, *l'Eſprit d'Arnauld.* Cuius verba adſcribere lubet, vt petulantia hominis intelligatur: „*Caſaubon, l'homme du monde le plus flottant, comme chacun ſait, qui a vecu et qui eſt mort ſans faire choix de Religion; Caſaubon, qui nous accuſe d'avoir abandonné l'Antiquité, dans laquelle il n'étoit que mediocrement verſé; c'eſt bien un homme comparable dans cette eſpece de litterature à un Martyr, à un Aubertin, à un Bochard, à un Daillé, à un Rivet; c'eſt un Grammairien, un demi-Theologien, et rien dans le fond. Caſaubon enfin, qui étoit Papiſte, s'il étoit quelque choſe. Fronton le Duc Jeſuite, qui a paſſé pour honette homme en ſon tems, dans ſes Notes ſur St. Baſile dit, que Caſaubon avoit donné parole au Cardinal Du Perron et à lui, de renoncer aux erreurs de Calvin les prochaines fetes de la Pentecoſté; qu'il croyoit de la Sainte Euchariſtie ce que l'Egliſe Romaine en croit. En effet ce fut Monſieur du Moulin, qui l'arreta ſur le bord du precipice, et qui l'empêcha de faire cette lacheté.*„

Non poterat non Molinaeana illa obtrectatio vehementer affligere virum integrum, et antiquae fidei aſſertorem ſtrenuum. Sed erant adhuc alia, quae Caſaubonum offendebant, eique inter Anglos viuenti perquam erant moleſta. Videbat enim, medicinam, cui filium Mericum deſtinauerat, in Anglia iacere, iurisprudentiam veterem negligi, nec ſtudium antiquitatum diligenter coli, ſed ſolis literis theologicis propoſita eſſe praemia. Quod et Hugo Grotius teſtatur, ita ad Meurſium ſcribens: *Venio ex Anglia; literarum ibi tenuis merces. Theo-*

Theologi regnant; Leguleii rem faciunt. Vnus ferme Caſaubonus habet fortunam ſatis fauentem, ſed, vt ipſe indicat, minus certam. Ne huic quidem in Anglia locus fuiſſet, vt literatori induere Theologum debuerit. Nihil vero grauius ei erat, quam carere libris, quos e Gallia diſcedens omnes reliquerat, quique ad conficienda ea, quae rex Iacobus ipſi imponebat, ſummopere requirebantur. Itaque per literas orat, flagitat, obſecrat Thuanum, apud quem libros in dolia coniectos depoſuerat, velit apud reginam Galliarum intercedere, vt bibliothecae in Angliam abducendae facultatem ſibi concedat. Eam vero impetrauit nunquam, niſi quod regina, longioris temporis interuallo emollita, precibusque tandem expugnata, tertiam bibliothecae partem, eamque libros minus neceſſarios continentem, poſt annum amplius integrum abduci pateretur.

Agitabantur ſub idem fere tempus quaeſtiones theologicae variae, de quibus Caſauboni praeſertim iudicium exigebat Rex, hoc vnico literarum genere mirifice captus. Nec facile praeteribat dies, quo non ad Regem perferretur nouus liber, ab aliquo, vt plurimum, Ieſuita ſcriptus. Erat in iis Conradi Vorſtii *de Deo* liber, cuius opinionem palam deteſtabatur. Erat etiam Petri Bertii, ad Pontificios poſtea transfugae, *Apologia ad Fratres Belgas*, improbata a Rege. Erant et alii bene multi, quos haud obſcure in epiſtolis innuit. Haec vero Caſaubonum cogebant, ſequi Regem; haec alia meditari, quam animo conceperat, ſuadebant, adeo vt apud Carolum Labbaeum conqueratur, priora ſua ſtudia funditus interiiſſe.

Deſtitutus licet maxima bibliothecae, de qua paullo ante diximus, parte, nudus etiam ab Aduerſariis, ex infinito librorum numero collectis et ad omne literarum genus accommodatis: componit ſe tamen ad elaborandas Exercitationes contra Baronium, quas ante aliquot an-

nos, cum Pariſiis eſſet, adumbrauerat, a quibus vero perficiendis auocabatur odio, quo Pontificii in eum flagrabant, immortali. At Henrico IV. rebus humanis erepto ſeriò de eo opere cogitare coepit, quia Regem Iacobum ſibi habebat fauentem, maioremque in Anglia nactus erat ſentiendi libertatem. Scilicet ferre non poterat Caſaubonus, Baronium vsque adeo laudari, ac ſi nulli in tam immenſo opere reperirentur errores, nullaeque extarent maculae, quas tamen opere praeſertim in longo vel incuria fundit, vel humana parum cauet natura. Neque impetrare a ſe poterat, vt reticeret conuitia acerbiſſima, in Proteſtantes a Baronio plurimis in locis effuſa. Atque earundem iniuriarum impatiens Rex, vt cum Baronio in arenam deſcendat, vehementer rogat Caſaubonum, omnemque regiae bibliothecae ſupellectilem ei ſuppeditari iubet. Itaque his velut praeſidiis inſtructus, Baronium aggreditur, quem, ſi non omnino conficit, ita tamen vulnerat atque debilitat, vt inferior e praelio diſcedere cogeretur. De ipſo hoc Caſauboniano opere varia fuerunt et inter ſe diſſidentia eruditorum iudicia. Alii quidem magnifice de eo ſenſerunt, quos inter ſunt Lingelshemius, Taubmannus, Hugo Grotius, Daniel Heinſius. Alii Caſaubono exprobrarunt commiſſos hinc inde errores, quos euitare vir optimus vix poterat, cum exorſam telam celerrime perficere cogeretur, eo quod Rex ardentius inſtaret, et, quotiescunque ei adeſſet, penſi rationem exigeret. Alii denique, ſtudio partium abrepti, maxime Pontificii, furioſe in hunc librum ſunt debacchati. At enimuero iſte furor non valde ſollicitabat Caſaubonum. Vehementius autem eum mordebat, quod Montacutius, Epiſcopus Bathonienſis, idem aduerſus Baronii annales opus ederet. Quapropter non ſolum ad Montacutium literas dat irarum plenas, ſed etiam Archiepiſcopum Cantuarienſem adit, a quo facile impetrat, vt Montacutii liber ſupprimatur. Quod reliquum eſt, intra octodecim menſes omne opus perfecit Caſaubo-

ſaubonus, finem illi imponens a. d. XII. Kalend. Febr. clↄ Iↄ cxiv.

Vix vno alteroue menſe interiecto, corporis, quod a natura debile ac infirmum acceperat, languorem ſummum ſentit, exortum ex laboribus et vigiliis, quibus vires ſuas exhauſerat, diuturnis. Sed alia adhuc erat mortis cauſa, quam exanimati corporis apertio demonſtrabat. Singulare enim et nemini hucusque viſum conſpiciebatur veſicae monſtrum, quod copioſe deſcripſerunt, natumque inde vitae periculum ſignificarunt Brouardus et Raphael Thorius, medici illa aetate celeberrimi. Tandem acutiſſimis diuturni morbi doloribus excruciatus, languoreque ſummo confectus, quidquid mortale habebat, deponit, anima ad beatorum ſedes euolante. Id factum ipſis Kalend. Iul. clↄ Iↄ cxiv, die, bonis omnibus illaetabili, ac Muſis funeſto. Deplorabant eius mortem non ſui ſolum, quos tenerrimo amore complexus fuerat, quibusque ob rarae pietatis exemplum erat cariſſimus; ſed etiam omnes, qui, quantam in eo viro iacturam vniuerſa res literarum publica feciſſet, ſatis aeſtimare poterant. Hoc vero prae ceteris intellexiſſe videtur *Thomas Mortonus*, Epiſcopus Dunelmenſis, qui Caſaubonum in Weſtmonaſterienſi templo, tot heroum et eruditorum monimentis ſplendide inſtructo, ſepultum, hoc Epitaphio digniſſimo ornauit:

ISAACVS CASAVBONVS,

(*o doctiorum quidquid eſt, aſſurgite huic tam colendo nomini*)

quem Gallia reip. literariae bono peperit, Henricus IV. Francorum Rex inuictiſſimus Lutetiam literis ſuis euocatum bibliothecae ſuae praefecit, charumque deinceps dum vixit habuit, eoque terris erepto Iacobus Mag. Brit. Monarcha, Regum doctiſſimus, doctis indulgentiſſimus, in

 Angliam

Angliam acciuit, munifice fouit, poſteritasque ob doctrinam aeternum mirabitur,

H. S. E. inuidia maior,
obiit aeternam in Chriſto vitam anhelans
Kal. Iul. cIↃ IↃ CXIV. *aetat.* LV.

Viro opt. immortalitate digniſſ.
Thom. Mortonus Ep. Dunelmens.
iucundiſſimae, quoad frui
licuit, conſuetudinis
memor Pr. S. P. CU.
cIↃ IↃ CXXXI.

Qui noſſe vult Caſaubonum
Non ſaxa, ſed chartas legat,
Superfuturas marmori,
Et profuturas poſteris.

Aliud adhuc epitaphium, ſiue verum, ſiue fictitium, ſuppeditat Almeloueenius e *Franciſci Sweertii* Epitaphiis ioco-ſeriis, quod, licet non omnino placeat, adſcripere tamen lubet.

Hoſpes, ſi profanus es, caue.
Lapis, quem calcas, unio eſt:
Pretioſus, inquam, lapis.
Surdus es?
Iaſpis prae illo lutum eſt,
Topaſius vitrum,
Adamas verruca,
Smaragdus carbunculus, pyropus
Nugae, quisquiliae, feſtucae
Nihili.
Hic enim ISAACI CASAVBONI
Reliquias
Incluſas tenet.
Totum dixi. Abi.

Reſtat,

Reſtat, vt de Caſauboni moribus, indole, genio ac ſtudiis dicamus. Haec vero vtinam ita depingere poſſemus, vt expreſſa tanti hominis imago exhibeatur. Habet enim iucunditatis aeque ac vtilitatis plurimum, noſſe ſummorum virorum mores, eorumque exempla ita ſibi ob oculos ponere, vt, quid imitemur, quid vitemus, inde nobis capiamus; ſed eſt etiam graue ac lubricum, poſt tot annos ita velle deſcribere quemquam, vt, qualis ille fuerit, recte intelligatur. Ne igitur erremus atque decipiamur, iuuat, ipſum Caſaubonum ſequi ducem, in epiſtolis multa ingenue de ſe profitentem, nec ea diſſimulantem, quae vitio verti poterant.

Fuit igitur Caſaubonus eius praeſertim laudis cupidus, quae a viris laudatis proficiſcitur. Quare quo quem doctiorem videbat, et vel ingenio, vel virtutis indole illuſtriorem, eo magis eum fouebat et amplectebatur. In deligendis vero amicis ſummam adhibebat circumſpectionem, nec facile alios ſibi familiares reddebat. Quos elegerat, eos omni officiorum genere obſeruabat et meliora monentibus obſequebatur. Cuius rei exempla in epiſtolis extant plurima. Ita enim viros ea tempeſtate celeberrimos, Harlaeum, Thuanum, Petauium, Ioſephum Scaligerum, Danielem Heinſium, Bongarſium, Hugonem Grotium, Claudium Salmaſium, Velſerum, Labbaeum, aliosque complures compellat, ita fouet, ita conſulit et data conſilia veneratur, vt obſcurum nemini eſſe queat, propenſiſſimam eius in amicos fuiſſe voluntatem, affectumque tenerrimum.

Ab oſtentatione vanaeque laudis ſtudio alieniſſimus ſemper fuit, quippe quem non natura ſolum ita finxerat, ſed etiam inſtitutio formauerat, vt, quae ad ingenii famam et pompam magis, quam ad eruditionem promtam paratamque pertinebant, ea ſemper ceu ſpecie inani blandientia ſperneret. Itaque parum magnifice de ſtudiis ſuis ſenſit, nec quidquam aliud in ſe laudari voluit, quam

diſcendi

diſcendi ardorem et de literis bene merendi cupiditatem.

Lites porro omnes atque iniurias vehementer eſt deteſtatus, cum pacis eſſet amantiſſimus. Quod, ſi aliunde, certe ex eo patet, quia ita ſemper vixit, ita ſtilum temperauit, vt, ſi bonorum ſtudia promereri non potuerit, odium certe cuiusquam non ſit meritus. Atque credo, aliter pronuntiaturos fuiſſe, quos ſibi habebat infenſiſſimos, ſi qua fuerit indole, et quibus in ſtudiis vitae maximam partem poſuerit, cognouiſſent.

Longe etiam abfuit ab auaritia, licet anguſta plerumque res eſſet domi, et curta ſupellex. Equidem nefandum hoc vitium a maleuolis quibusdam ei exprobratum ſcimus; ſed ipſe hanc calumniam in epiſtolis diligenter remouet, nec tantam turpitudinis notam nomini ſuo iniuri patitur. *Clamant*, inquit, *perditiſſimis moribus eſſe me, pecuniae ἐξωλέστατον mancipium; neque vident, ſi venalem conſcientiam habuiſſem, et Lutetiae et Romae emtorem potuiſſe me reperire.* Et alio loco: *Ego ſi aurum pluris quam pietatem feciſſem, hodie in Anglia non eſſem.* Nam anno CIↃ IↃXCIX. Romam non ſemel magnis ſplendidisque conditionibus fuit inuitatus, teſtibus, quas diligenter cuſtodiebat, Baronii literis. Sed abhorruit ab iſtis conditionibus, quod in omni literarum genere nihil veritate prius, nihil antiquius haberet, ac religionem, cui erat innutritus, ſancte coleret, nec ulla ratione a veteri eccleſia abduci pateretur, cuius ſimplicitatem ac conſenſum laudabat et tuebatur, nullam priuatam fouens opinionem.

Studia a puero coluit diligentiſſime, nec quidquam aliud in votis habuit, quam vt frueretur voluptate, quam literae afferunt, ingenua et liberali. Itaque nulla dies ipſi fuit ſine linea; nullum tempus, quo non legeret, meditaretur, ſcriberet, aut in Aduerſaria quaedam referret. Namque tenaciſſima licet praeditus memoria, quae ipſa

ipſa in ſenectute ſuggerebat ante triginta annos lecta, plures tamen confecit Aduerſariorum libros, iis omnibus, quae memoratu digna putabat, refertos, quo poſſet plenius, quae cogitabat, ardua ac magna perficere. Verum huius voti compos, vt ipſe ait, numquam fuit factus, quoniam animo ac voluntati enitenti deerant praeſidia et otium. Continuae enim migrationes ex vrbe in vrbem, inque iis de domo in domum, haud exiguum ſtudiis eius afferebant detrimentum. Vt igitur mirandum ſit, tot libris ſcriptis, tot auctoribus graecis atque latinis editis inclaruiſſe Caſaubonum, qui, licet maiore cupiditate raperetur legendi, quam ſcribendi, nihilominus amicorum precibus eniximis permouebatur, vt, quae in optimos vtriusque linguae ſcriptores collegerat doctiſſima, cum eruditis communicaret. Quod quam facile, quamque frequenter fecerit, declarat index ſcriptorum Caſaubonianorum, a *Niceronio* exhibitus, quem vt nunc etiam repetamus, cauſis quibusdam impellimur. Scripſit igitur Caſaubonus, quae ſequuntur.

1. *In Diogenem Laertium notae Iſaaci Hortiboni.* Morgiis 1583. in 8.

   Hortibonum ſaepius ſe vocat Caſaubonus, qui erat mos eruditorum illius ſeculi, gallica nomina in latina, germanica in graeca commutantium. Rationem mutati nominis docent Menagiana Secunda, his verbis: *Caſaubon etoit de Dauphiné. Dans les premiers ouvrages, qu'il fit imprimer, il prit le nom* d'Hortibonus, *qui eſt le même que* Caſaubonus, *parceque Caſau en Dauphiné veut dire* jardin, *d'où il fit* Hortibonus, *etc.* Quae ſi vera ſunt, egregie errauit Rauius, Caſaubonum *Hortiboni* exſcriptorem vocans. V. *Placcii* Theatr. Pſeudonymor. pag. 369.

2. *Iſaaci Hortiboni lectiones theocriticae*, Geneuae 1584. in 12.

3. *Stra-*

3. *Strabonis Geographiae libri XVII. graece et latine, ex Guil. Xylandri interpretatione, edente cum commentariis Iſaaco Caſaubono.* Geneuae 1587. in fol.

4. *Nouum Teſtamentum graecum cum notis Iſaaci Caſauboni in quatuor Euangelia et actus Apoſtolorum.* Geneuae 1587. in 16.

5. *Animaduerſiones in Dionyſium Halicarnaſſenſem.* Adiectae ſunt Dionyſio vna cum Aemilio Porto, a. 1588. Geneuae edito.

